STATE LIBRARY OF PENNSYLVANIA
3 0144 00360025 1

SR
CLASS 878 BOOK V236

VOLUME 2

PENNSYLVANIA
STATE LIBRARY

VALERII MAXIMI

FACTORUM DICTORUMQUE

MEMORABILIUM

LIBRI NOVEM.

VOL. II.

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
This project is made possible by a grant from the Institute of Museum and Library Services as administered by the Pennsylvania Department of Education through the Office of Commonwealth Libraries

https://archive.org/details/vol2valeriimaxim00vale

VALERII MAXIMI

FACTORUM DICTORUMQUE

MEMORABILIUM

LIBRI NOVEM

EX EDITIONE JOANNIS KAPPII

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITI.

VOLUMEN SECUNDUM.

LONDINI:
CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.
1823.

CAP. II.

DE GRATIS.[1]

1 Senatus Romani.
2 Juventutis Romanæ.
3 Plebis Romanæ.
4 M. Minucii Rufi magist. eq.
5 Q. Terentii Culeonis.
6 Civium e Græcia liberatorum.
7 Q. Metelli Pii Cos.
8 C. Marii Cos. 4.
9 L. Syllæ dictatoris.
10 Libitinariorum.

EXTERNORUM REGUM.

1 Darii Persarum.
2 Mithridatis Ponti.
3 Attali Asiæ.
4 Masinissæ Numidiæ.

GRATAS vero ingratasque animi significationes et facta libuit oculis subjicere,[2] ut vitio ac virtuti justa merces æstimationis ipsa comparatione accederet. Sed quoniam contrario proposito sese distinxerunt, nostro quoque stylo separentur: prioremque locum obtineant, quæ laudem, quam quæ[3] reprehensionem merentur.

1. Atque ut a publicis actis ordiar, Marcium patriæ interitum conantem,[4a] admotoque portis Urbis ingenti Volscorum exercitu, funus[5] ac tenebras Romano imperio minitantem, Veturia mater et Volumnia uxor nefarium opus exequi precibus suis passæ non sunt. In quarum hono-

1 Ita habent omnes codd. Torren. et edd. ante Pighium, qui inscripserat: *De Gratitudine.*—2 'Sic dedit Pighius ex Camp. et aliis Mss. et post eum alii editores. Veteres editt. et tredecim Mss. *Gratas vero animi significationes et ingrata facta libuit oculis* (*hic* Vet. inserit) *subjicere, &c.* Mox *virtuti ac vitio* etiam a Pighio est, cum Mss. et editt. vetustæ habeant *vitio ac virtuti;* ut recte Torrenius edidit.' *Kapp.*—3 Sic Pighius ex Mss. quibuscum facit Vet. ut ad *facta* referatur, sed decem Mss. cum Mog. et aliis, *qui laudem, quam qui,* ut ad homines referatur. Mox Vet. *meruerunt.*—4 'Sic uterque Brand. codex Schegkii, Basil. decem Mss. Torrenii, Mog. Herbip. et Lips. Thanneri. Nec aliter Vet. nisi quod hæc cum Vet. Lipsii addat *perficere,* Periz. vero *p. i. c. oppugnare,* utrumque ex glossa. Vulgo edebatur: *Coliolanum patriam oppugnare conantem;* at *Coriolanum* abest a decem Mss. Vet. Lips. 1. 2. Lugd. et forsan multis aliis. *Patriam oppugnare conantem* est in solo Leid. sext. et inter var. lect. Leid. sept. et quibusdam editt. Nostra lectio multo melior est vulgata, ut mirer, Torrenium maluisse vulgatam re-

NOTÆ

[a] *Patriæ interitum conantem*] De Marcio Coriolano jam alibi dictum est a nobis. De æde Fortunæ muliebris lib. I. cap. 8. num. 4.

78639

rem[6] senatus matronarum ordinem benignissimis decretis adornavit. Sanxit namque 'ut fœminis semita[7] viri cederent,' confessus 'plus salutis Reipublicæ in stola quam in armis fuisse:' vetustisque aurium insignibus[8b] novum vittæ discrimen adjecit. Permisit quoque his purpurea veste et aureis uti segmentis.[9c] Super hæc ædem[10] et aram Fortunæ Muliebri eo loco, quo Coriolanus exoratus fuerat, faciendam[11] curavit, memorem beneficii animum suum exquisito religionis cultu testando.*

Quem secundi etiam belli Punici tempore exhibuit. Cum enim[12] a Fulvio Capua obsideretur, ac duæ Campanæ mulieres benevolentiam erga Romanos dimittere ex animis noluissent, Vestia Opidia[13] materfamilias, et Cluvia Facula[14] meretrix; quarum altera quotidie pro salute nostri exercitus sacrificavit, altera captis militibus Romanorum

tinere.' *Kapp.*—5 Medic. 2. *fumum;* Harl. *fimicum.* Bitur. 1. 2. Barb. et Vet. *minantem.*—6 Octo codd. Torren. cum Vet. et Mog. *honore.* Vett. Lipsii cum Vet. *senatus gratitudine motus matronarum;* contra omnes codd. Torren.—7 Vett. Lipsii et Vet. *de semita;* Pigh. *uti fœminis semita.* Nonnulli codd. Torren. *in schola quam in armis;* Medic. 2. *in schola publica.*—8 Lipsius malit, *crinium insignibus;* Pigh. *inaurium insignibus;* Perizon. *earum insignibus;* sed *aurium* retinent omnes codd. Mox *vitæ discrimen* Brand. 1. 2. et multi Torren. cum edd. vett.—9 Nonnulli codd. *tegmentis, tegimentis,* vel *tegumentis* hic exhibent.—10 *Insuper ædem* Leidd. 6. 7. *Super hoc ædem* Vet. Venett. aliæ; *Super hæc* retinent alii codd. cum Mog. Mediol. 3. et Leid. 7. manu recenti. *Fortunæ muliebris* Leid. 1. Leid. 7. a m. sec. et Mog. Mox Copes. *in quo Coriolanus.*—11 Sic edidit Vorstius, consentientibus octo codd. Torren. et Vet. ceteri codd. cum edd. antiq. *faciundum,* vel *faciendum.* Deinde Copes. Leidd. 5. 6. Harl. et Ultraj. 1. cum Venett. Aldd. Ascens. Colin. Gryph. et Steph. *exquisitæ;* sed Vet. Mog. et Mediol. 3. cum reliquis codd. Torren. *exquisito* servant.—12 Bitur. 1. delet *enim.* Tum Medic. 2. *Capuunæ mulieres.* Leid. 7. *benevolentiam erga nos;* scriptum erat *Ros.*—13 *Vestia Oppia* Dan. *Vestigia Opidia* cod. Lavern. Barb. 1. et Copes. unde Colerus *Vestilia;* Brand. 1. 2. et Leid. 2. *Vestigia Oppida;* Leid. 1. *Vestigia opida;* Leid. 4. et Ultraj. 1. *oppidia;* Leid. 7. Medic. 2. et Copes. a m. sec. *Vestia Oppia;* alter Perizon. *Vescia Oppia;* Bitur. 1. *Opia;* Ultraj. 2. et Mog. *Vesticia opida.*—14 Medic. 2. *Duna facula;* Medic. 1. et Harl. *Duma Facula;* Barb. 1. et Copes. *Divinia Facula;* Leidd. 5. 6. *Divina Facula;* sed corr. in Leid. 5. *Clunia*

NOTÆ

[b] *Vetustis aurium insignibus*] Inaures Colerus intelligit, quorum usus perantiquus: elenchos etiam appellabant.

[c] *Segmentis*] Segmenta dicuntur et redimicula, quibus mulieres utuntur ad capitis ornamentum; et fasciæ quibus caput circumdatur.

* An. M. 3567. Ol. 73. 2. Urb. C. 266. Ant. Ch. 486.

alimenta subministrare[15] non destitit: urbe illa oppressa, senatus his et libertatem et bona restituit; et si quid amplius præmii petiissent, libenter se daturum asseveravit. Vacasse in tanto[16] gaudio Patribus conscriptis duabus humilibus fœminis referre gratiam, nedum tam præ se tulisse, mirandum.[a] †

2. Quid illa quoque juventute Romana gratius, quæ C. Nautio[17] et Minucio Coss.[d] ultro nomina sua militari sacramento obtulit, ut Tusculanis, quorum fines Æqui[18] occupaverant, præsidium ferrent; quia paucis ante mensibus constantissime et fortissime imperium Romani populi defenderant? Ergo quod auditu novum est, ne patriæ grata voluntas cessasse videretur, exercitus se ipse conscripsit.[19] ‡

3. Magnum grati populi specimen in Q. Fabio Maximo[e]

[a] *Mirandum est Patres Conscriptos non solum præ se tulisse, sed etiam retulisse gratiam duabus humilibus fœminis in tanta lætitia.*

Leidd. 3. 4. et Ultraj. 1. *Cluvia* in ceteris codd.—15 Novem codd. Torren. cum Vet. et Mog. *ministrare.*—16 *Vacasse tanto* duodecim codd. Torren. Mox *propter se tulisse* Lipsii duo veteres, uterque Brand. et sex Torrenii, itemque Vet. unde Lipsius conjicit *properiter retulisse;* Torrenius vero, *tam promte retulisse:* Vet. quoque *humillimis . . . deferre*, et post *mirandum* assuit *quidem sine dubio est.*—17 ItaPighius e Camp. cum Aldus edidisset *Quintio;* Atreb. Colon. et unus Brand. *Nuncio;* Winck. *Nattio;* Leid. 1. Ultraj. 2. et alii Pighiani *Genutio* pro *C. Nautio;* alter Brand. Copes. Ultraj. 1. et Medic. 1. *Mincio;* Bitur. 1. 2. Barb. 1. et Vet. *Mucio;* Medic. 2. et Leidd. 2. 6. *Quintio;* alter Perizon. *Nevio;* Leid. 4. *Nactio;* Leid. 7. *Mucio*, et ab al. m. *Naucio;* Dan. et Leid. 4. *Nautio;* Mog. *que Genutio et Numitio consulibus.*—18 Leid. 2. et Medic. 1. *Aquiculi*, ut edi ante Pighium solebat; panci cum Vet. *equiculi;* ceteri cum Mog. *Æqui.*—19 Dan. *eduxit;* codd. Lavern. Colmar. Copes. Bitur. 1. 2. et Leidd. 4. 5. *conduxit*, quod non omnino damnat Colerus; Medic. 1. *combussit*,

NOTÆ

† An. M. 3843. Ol. 142. 2. Urb. C. 542. Ant. Ch. 210.

[d] *C. Nautio et Minucio Coss.*] Quorum ille Sabinos ad Eretum vicit; hic ab Æquis obsessus in castris est, et a Quintio Cincinnato liberatus. Non his Consulibus, sed triennio post, T. Romilio et C. Veturio Consulibus, auxilium datum Tusculanis scribit Livius: tum enim Romani memores Tusculanos contra Herdonium sibi affuisse, ultro nomina dederunt, victique Æqui ad Algidum, eorumque castra direpta L. Licinio Dentato duce, ut diximus.

‡ An. M. 3600. Ol. 81. 3. Urb. C. 299. Ant. Ch. 453.

[e] *Q. Fabio Maximo*] Cunctatore, qui sub id tempus, quo reliquit Italiam Hannibal, ex morbo decessit.

enituit;[20] nam cum quinque consulatibus salutariter[21] reipublicæ administratis decessisset, certatim æs contulit, quo major ac speciosior ejus funeris pompa duceretur.* Elevet aliquis præmia virtutis, cum animadvertat fortes viros[22] felicius sepeliri, quam vivere ignavos.

4. Fabio autem[f] etiam incolumi[23] summa cum gloria gratia relata est. Dictatori ei magister equitum Minucius scito plebis,[24][g] quod nunquam antea factum fuerat, æquatus, partito exercitu separatim in Samnio cum Hannibale conflixerat. Ubi temere inito certamine pestiferum habiturus exitum, subsidio Fabii[h] conservatus, et ipse eum patrem appellavit,[i] et a legionibus[25] suis patronum saluta-

et pro vv. ll. *conscripsit*, et *obtulit;* Ultraj. 2. *se ipsum conducere.*—20 Copes. *emicuit.*—21 Ita Pighius e codd. itaque Brand. 1. 2. et multi Torren. cum Mog. *salubriter* sex Torren. cum edd. vett.—22 Copes. omittit *viros.*—23 Sic uterque Brand. et quinque cum Mog. *Fabio etiam incolumi* septem Mss. *Fabio autem incolumi* duo Mss. *Fabio autem sano et etiam incolumi* Vet. ex glossa. *Fabio etiam alteri incolumi* Copes. Mox *Dictatori enim* Copes. Med. sec. Periz. et editt. *Dictatori enim ei existenti* Vet.—24 Dan. *scito plebei.*—25 Multi codd. cum Vet. *ab legionibus.*—26 *Me hercle* Copes. Mox *Culleo* Vet.

NOTÆ

* An. M. 3851. Ol. 144. 2. Urb. C. 550. Ant. Ch. 202.

[f] *Fabio autem* [*alteri*] Falsus est Valerius; nec enim alter Fabius est, sed idem Cunctator.

[g] *Scito plebis*] Cur Dictatori Fabio adæquatus Minucius diximus supra.

[h] *Subsidio Fabii*] Ubi Minucium ab Hannibale circumventum vidit Fabius, exclamasse fertur: 'O Dii immortales, quanto celerius quam timui, serius tamen quam cupivit, perdidit se Minucius. Nunc milites, si quis meminit M. Minucii properet: vir enim est egregius, et amans patriæ: aliud jurgandi succensendique tempus erit. Nunc signa extra vallum proferte; victoriam hosti extorqueamus, confessionem erroris civibus.' Antequam cum hoste manum consereret, Pœnus receptui cecinit, palam ferente Hannibale ab se Minucium, sed se a Fabio victum: eumque ex acie redeuntem dixisse ferunt, tandem eam nubem quæ sederet in jugis montium solicitatam procella imbrem dedisse.

[i] *Patrem appellavit*] Liberatus enim Minucius ad castra Dictatoris cum suis properat; utque constituta sunt ante tribunal signa: 'Parentibus,' inquit, 'meis, Dictator, quibus te modo nomine, quo fando possum, æquavi, vitam tantum debeo; tibi, cum meam salutem, tum omnium horum. Duplicem victoriam obtinuisti, virtute de hostibus, consilio et humanitate de Collega. Itaque plebiscitum, quo oneratus sum magis, quam honoratus, primus antiquo abrogoque,' &c. Ita Livius lib. XXII. et Plut. in Fabio.

ri voluit: ac deposito æqualis imperii jugo, magisterium equitum, sicut par erat, dictaturæ subjecit: imprudentisque vulgi errorem gratæ mentis significatione correxit.†

5. Tam hercle [26] probabiliter, quam Q. Terentius Culeo prætoria familia natus, et inter paucos senatorii ordinis splendidus, optimo exemplo Africani superioris currum triumphantis, quia captus a Carthaginiensibus, ab eo fuerat recuperatus, pileum [27] capite gerens,[j] secutus est. Auctori enim libertatis suæ, tanquam patrono,[28] accepti beneficii confessionem, spectante populo Romano, merito reddidit.‡

6. At Flaminini [29] de Philippo rege triumphantis currum, non unus, sed duo millia civium Romanorum pileata comitata sunt; quæ is Punicis [30] bellis intercepta, et in Græcia servientia, cura sua collecta,[k] in pristinum gradum restituerat. Geminatum ea re [31] decus imperatoris, a quo simul et devicti hostes, et conservati cives spectaculum patriæ præbuerunt. Illorum quoque salus dupliciter om-

et decem Mss. *opportuno exemplo* Barb. prim. *currum triumphantis* delet Harl. —27 Multi codd. scribunt duplici *ll*, *pilleum*, et statim *pilleata*.—28 Barb. 1. 2. Medic. 1. et Leid. 2. *jamque patrono*.—29 Plerique codd. Torren. cum edd. vett. *Flaminii*; Ultraj. 1. *Flaminii Quincii*.—30 'Ante Pighium legebatur, *quæ his Punicis*, et sic fere in codd. extat, nisi quod nonnulli habent *hiis*; unde recte Torrenius conjicit, Valerium scripsisse *quæ is Punicis*, quod in textum recipere non dubitavi, licet Pighius et omnes post eum editores dederint: *quæ Punicis*, omisso *is*. *His* in Mss. sæpissime pro *is* scribitur.' *Kapp.*—31 Pro *re* Pighius ex Winckel. et Colon. scripsit *die*. Aldus edidit *Geminum ea re*, et sic Periz. et Ultr. prim. *Geminatum ea re* Ultr. sec. et Mog. aliique licet vitiose. *Geminat ea* scil. cura *decus imperatorium* Vet. *re* videtur ex glossa esse, quod etiam Med. prim. sec. Leid. sept. omittunt; alii ante *ea* ponunt. Atque melius subintelligitur *cura*, quam *re*, vel *die*.' Idem. *Geminarum* Brand. 1. 2. et Medic. 1. *Geminaverint* Harl. Barb. 1. et Medic. 2. *Geminaverunt* Oliver. et Chalc. *Gnĉvrt ea re ad decus* Leid. 3. *Geminumque decus* Leid. 7. *imperatori*

NOTÆ

† An. M. 3837. Ol. 140. 4. Urb. C. 536. Ant. Ch. 216.

[j] *Pileum capite gerens*] Ut ostenderet se virtute Scipionis libertate donatum esse.

‡ An. M. 3852. Ol. 144. 2. Urb. C. 551. Ant. Ch. 201.

[k] *Cura sua collecta*] Id etiam factum a Flaminino tradit Livius; Polybius tamen et Plutarchus volunt Romanos captivos ab Achæis ultro quæsitos: quod centum talentis illis stetit, ex Polybio.

nibus accepta fuit: et quia tam multi, et quia tam grati exoptatum[32] libertatis statum recuperaverunt.*

7. Metellus vero Pius pertinaci erga[33] exulem patrem[1] amore, tam clarum lacrymis, quam alii victoriis, cognomen assecutus, non dubitavit consul pro Q. Calidio[m] præturæ[34] candidato supplicare populo, quod tribunus plebis legem, qua pater ejus[35] in civitatem restitueretur, tulerat. Quin etiam patronum eum domus et familiæ suæ semper dictitavit. Nec hac re de principatu, quem procul dubio obtinebat, quicquam decerpsit;[36] quia non humili, sed grato animo longe inferioris hominis maximo merito eximiam summittebat dignitatem.†

8. Jam[37] C. quidem Marii non solum præcipuus, sed etiam præpotens gratæ mentis fuit impetus. Duas enim[38] Camertium cohortes,[n] mira virtute vim Cimbrorum sustinentes, in ipsa acie, adversus conditionem fœderis civitate donavit. Quod quidem factum et vere et egregie excusavit, dicendo 'inter armorum strepitum verba se juris civi-

Mog. et Mediol.—32 Medic. 2. *exoptate.*—33 Ultraj. 1. *circa.* Mox pro *alii*, quod restituit Pighius et multi testantur codd. septem Torren. cum edd. vett. habent *aliis;* Aldd. tamen et Ascens. *alii.*—34 Sic Pighius ex Camp. cum antea editum fuisset *Q. Callidio prætore;* et sic in plurimis codd. nonnulli codd. *Quintio:* Leid. 6. delet *præturæ.*—35 Ita longe plurimi codd. cum Mog. et edd. vett. nonnullæ edd. ante Pighium non agnoscunt τὸ *ejus:* pauci codd. Torren. *in civitate.*—36 Unus Brand. Leid. 1. 7. et vetus Lipsii *arcessit;* unde ille conj. *abscessit;* alter Brand. et Leid. 1. a m. sec. *accersit;* Vorstius conj. *decessit* quod habent Copes. et alter Perizon. *decerpsit* sive *imminuit* Leid. 7. ab al. m. Nil mutandum censet Kappius.—37 Ita Colerus e Dan. major pars codd. Torren. cum edd. ante Colerum exhibent *Nam;* Ultraj. 2. et Leid. 6. *Tam.* —38 Voculam *enim* e Brand. 1. 2. restituit Vorstius; eamque testantur decem codd. Torren. cum Mog. et Mediol. 3. *Duas etiam* Aldus; quem secuti

NOTÆ

* An. M. 3860. Ol. 146. 3. Urb. C. 559. Ant. Ch. 193.

[1] *Pertinaci erga exulem patrem*] Cum Furius Tribunus plebis, ne rediret Metellus Numidicus, obsisteret, illius filius in conspectu populi ad Furii pedes supplex diu jacuit: quem cum Furius repulisset, a furente populo ipse discerptus; Metellus vero Pii cognomen adeptus est.

[m] *Q. Calidio*] Qui ex Prætura sortitus Hispaniam, post reditum a Q. Gallio damnatus est.

† An. M. 3974. Ol. 175. 1. Urb. C. 674. Ant. Ch. 78.

[n] *Camertium cohortes*] Fœdus erat, ne Camertini civitate donarentur. Camerte fuit Umbriæ oppidum in Picentinis montibus.

lis exaudire non potuisse.' Et sane id tempus tunc[39] erat, quo magis defendere, quam audire leges oportebat.‡

9. C. Marii vestigia ubique L. Sylla certamine laudis subsequitur. Dictator enim Pompeio etiam privato[40] et caput adaperuit, et sella assurrexit, et equo descendit: 'eaque se libenter facere' in concione prædicavit; memor ab eo duodeviginti annis nato partes suas exercitu paterno[o] adjutas. Multa insignia Pompeio; sed nescio an hoc quicquam admirabilius contigerit, quod magnitudine beneficii, sui oblivisci Syllam coëgit.[41]*

10. Sit aliquis in summo splendore etiam sordibus[42] gratis locus. M. Cornuto[p] prætore funus Hirtii et Pansæ[q] jussu senatus locante, qui tunc Libitinam[r] exercebant, cum[43] rerum suarum usum, tum ministerium suum gratui-

sunt Pigh. Coler. Thys. et Delph.—39 Hanc vocem Torrenius restituit auctoritate librorum scriptorum et editorum, cum Pighius eam expunxisset.—40 'Sic ex Canch. et Winck. edidit Pighius, quem et alii secuti sunt, cum et editi et scripti habeant: *privato Pompeio;* Leid. 5. *privato et Pompeio caput;* Pighius vero *et* ante *caput* expunxit: Vet. *in privato et P. et caput.* Deinde duo Torren. *sella surrexit.*—41 Leid. 1. *sui semet Syllam oblivisci coëgit.*—42 Camp. et Colon. *sordidis,* quod reposuit Pighius, eumque secutus est Delph. *sordidus* nonnulli codd. Torren. alii cod. et edd. *sordibus* habent. Ultraj. 1. *gratitudinis locus.*—43 Codd. fere omnes et edd. Pighiana antiquiores *tum.* Mox vulgg. *gratuito:* sed codd. et edd. vett. *gratuitum,* ut

NOTÆ

‡ An. M. 3953. Ol. 169. 4. Urb. C. 652. Ant. Ch. 100.

[o] *Exercitu paterno*] Postquam enim Cn. Pompeius Strabo illius pater de cœlo tactus periit, ipse etiam tum admodum juvenis cum tribus legionibus Syllæ partes secutus est. De illius victoriis consule lib. I. c. 6. n. 12.

* An. M. 3975. Ol. 175. 2. Urb. C. 675. Ant. Ch. 77.

[p] *M. Cornuto*] Ex qua familia Cornutus ille fuerit, incertum est: Cæciliis enim et Aureliis id cognomen tribuitur. Ipse Prætor pro Senatu contra Antonium munus Consulare gessit; et suis militibus ad Octavium dilapsis, sibi manus intulit.

[q] *Funus Hirtii et Pansæ*] Ad Mutinam uterque cecidit. Ad Hirtium et Octavium Pansa veniebat, cum Prætoriani Antonii milites illum aggrediuntur; ingens utrimque oritur pugna, in qua Pansa veruto per ilia transfixus Bononiæ paulo post obiit. Paucis interjectis diebus Hirtius Antonium ad pugnam allicit; jamque victor in illius castra irruperat, cum circa Prætorium fortiter dimicans occubuit.

[r] *Libitinam*] Quod in templo Veneris Libitinæ venderentur ea quæ ad funera pertinent: ideo ii qui curabant funera, Libitinarii dicti sunt.

tum polliciti sunt;[b] quia hi pro republica dimicantes occiderant; perseverantique postulatione extuderunt,[44] ut exequiarum apparatus[45] sestertio nummo ipsis præbentibus addiceretur: quorum laudem adjecta[46] lege conditio auget magis, quam extenuat: quoniam quidem quæstum contemserunt, nulli alii rei quam quæstui viventes.†

EXTERNA.

Pace cinerum suorum Reges gentium exterarum secundum hunc tam contemtum gregem referri se patientur:[c] qui aut non attingendus, aut non nisi in ultima parte domesticorum exemplorum collocandus fuit.[47] Sed dum honesti actus, etiam ab infimis editi, memoria non intercidant,[48] licet separatum locum obtineant:[d] ut nec his adjecti, nec illis prælati videantur.

1. Darius privatæ adhuc[s] fortunæ, amiculo Sylosontis[49][t]

[b] *Vilis conditio Libitinariorum illorum laudem magis auget quam minuit, præcipue cum lex esset, ne funus gratis fieret.*

[c] *Reges gentium exterarum bona ipsorum venia non ægre ferent commemorari sua facta post Libitinarios homines contemtos.*

[d] *Licitum est ut separatim illorum gesta narrentur.*

restituit Pighius.—44 Ita unus Brand. et Torreniani, octo exceptis; itemque Ascens. Gryph. et Steph. *excuderunt* sex cum Mog. Venett. Mediol. Aldd. et Colin. *extulerunt* duo cum Vet.—45 Dan. *paratus;* ut ex suo cod. annotaverat Schegkius. Mox *præbentibus* abest ab eodem cod. Schegkii et Medic. 2 *ipsis petentibus* exhibet Harl. ceteri *præbentibus* servant; unde Perizon. conj. *præbendus.* Multi quoque cum Vet. *adjiceretur.*—46 Lipsius et Perizon. malint *abjecta;* Torren. *adjecta legi.* In ed. Lips. Thaner. omittitur *lege.*—47 Copes. alter Perizon. duo Medic. Harl. Bitur. 1. 2. et Barb. 1. cum Mog. et quibusdam aliis edd. *collaudandus fuit.*—48 A veteri Lipsii, a variis Mss. Torrenii, Mog. et Vet. abest *actus;* et post *infimis* inseritur *estis* vel *sunt,* nec non multi habent *intercidat.* At non video, cur lectio, quam dedi, stare nequeat.' *Kapp.* Multi Torren. *memoria intercidat,* et paulo post obtineat; unus aut alter cum Mog. *intercedat;* cod. Perizon. *etiam ab infinitis e. m. n. i. l. separatim, &c.*—49 Sunt qui *Solosuntis,* multi *Silophontis* habent. Deinde codd. novem Tor-

NOTÆ

† An. M. 4011. Ol. 184. 2. Urb. C. 710. Ant. Ch. 42.

[s] *Darius privatæ adhuc, &c.*] Filium Arsami facit Eusebius; Arsanis, qui Occhi frater erat, Diodorus; incertæ originis Justinus.

[t] *Sylosontis*] Polycratis Samiorum tyranni is frater erat, qui Samiorum urbem cædibus vacuam fecit; unde illud: Ἔκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρία, hoc est, *Sylosontis opera locus amplus est.* Ita Strabo lib. XIV.

Samii delectatus, curiosiore contemplatione fecit, ut ultro sibi, et quidem a cupido, daretur. Cujus muneris quam grata æstimatio animo ejus esset allapsa, regno potitus[u] ostendit; totam namque urbem et insulam Samiorum Sylosonti fruendam tradidit.‡ Non enim pretium rei æstimatum, sed occasio liberalitatis est honorata; magisque a quo donum proficisceretur, quam ad quem perveniret, provisum.

2. Mithridates quoque rex magnifice gratus apparuit: quoniam pro Leonico, acerrimo salutis suæ defensore, a Rhodiis[v] navali pugna excepto, omnes hostium captivos permutavit; satius esse existimans ab invisissimis circumveniri,[50] quam bene merito gratiam non referre.*

3. Liberalis populus Romanus magnitudine muneris, quod Attalo regi[w] Asiam dedit dono. Sed Attalus etiam testamenti æquitate gratus, qui eandem Asiam populo Romano legavit. Itaque nec hujus munificentia, nec illius tam memor beneficii animus tot verbis laudari potest, quot amplissimæ civitates vel amice[51] datæ, vel pie redditæ sunt.†

4. Ceterum nescio an præcipue Masinissæ regis pectus

ren. cum Vet. et aliis edd. ante Pigh. *curiosa contemplatione.*—50 Aliquot codd. Torren. *inimicissimis circumveniri;* quod vero in edd. quibusdam ante Pighium est *invictissimis,* non locum habet in codd. *injustissimis* in Vet. *circumiri* Dan. unus Brand. et sex Torren. cum Mog. *circumvenire* octo Torren. *circumscribi* in paucis edd. et nonnullis codd. quod mavult Colerus.—51 Copes. *vel amico, &c.* Nonnulli cum Vet. *civitati vel amico data v. p. reddita;* quidam cum Mog. *civitates v. amicitiæ datæ v. pietati;* et sic corr. Leid. 7.—

NOTÆ

[u] *Regno potitus*] Postquam Arses cum filiis omnibus ab Eunucho Bagoa sublatus est, Codomanus, id enim nominis Dario tum erat; sive ob præclare gesta in Armenios, ut vult Justinus, sive, ut placet Diodoro, a Bagoa productus, Rex creatus est: ita enim Arrianus et Q. Curtius.

‡ An. M. 3716. Ol. 110. 3. Urb. C. 415. Ant. Ch. 337.

[v] *A Rhodiis*] Quibus, victo Aquilio, Mithridates bellum intulit: sed ab iis prælio navali superatus est.

* An. M. 3966. Ol. 173. 1. Urb. C. 665. Ant. Ch. 87.

[w] *Attalo regi*] Errat Valerius; nec enim Attalo, sed Eumeni illius patri pars Asiæ a Romanis concessa est. Attalus ille parum sanæ mentis fuisse dicitur a Justino.

† An. M. 3920. Ol. 161. 3. Urb. C. 619. Ant. Ch. 133.

grati animi pignoribus fuerit refertum. Beneficio enim Scipionis[x] et persuasu, regni modo liberius auctus,[52] memoriam inclyti muneris ad ultimum vitæ finem, longa etiam a Diis immortalibus senectute donatus, constatissima fide perduxit. Adeo ut eum non solum Africa, sed etiam cunctæ gentes scirent[53] amiciorem Corneliæ familiæ, atque urbi Rom. quam sibimet ipsi[54] semper fuisse.‡ Ille, cum gravi Carthaginiensium bello premeretur, ac vix tutelæ imperii sui[55] sufficeret, tamen Scipioni Æmiliano, quia

52 'Ita nonnulli Torrenii Mss. Vet. Lips. 1. 2. aliæque. Pighius, Colerus, Vorstius, et Torrenius dedere: *Beneficio enim Scipionis et Romanorum amicitia et perampli* (*pervasi* Vorst. et Torren.) *regni modo liberaliter auctus.* Ast *et Romanorum amicitia* abest a Pighii codd. et omnibus Torrenii et editt. vetustis, nec locum habere posse videtur; etsi in Cauch. Dan. et Lavernii invenitur. Pro *persuasu*, plerique codd. Pighii et unus Torrenii *pernasi;* Dan. et Lavern. et quidam Torren. *pervasi;* Cauch. *Persei regnis liberaliter auctus.* Certe *persuasu* non mutatum esset a librariis, si hoc ordine collocatum fuisset: *Beneficio enim et persuasu Scipionis, &c.* cum vero *Scipionis* eleganter interpositum esset inter duo substantiva *Beneficio* et *persuasu;* imperiti homines putarunt *persuasu* esse vitiose scriptum pro adjectivo, quod ad *regni* pertineret, et mutaruut in *pervasi, pernasi,* unde porro ortum *Persei.* Pighius ex conjectura invitis omnibus libris in textum recepit *perampli.* Vorstius maluit *pervasti,* i. e. perampli. *Pervasi,* i. e. ut Colerus interpretatur, quod assiduis bellorum incursionibus penetratum et vastatum est, recte rejecit Torren. *Liberaliter* est in Cauch. et Med. sec. *liberalius* in nonnullis; sed plerique Mss. et edd. vett. habent *liberius,* i. e. fortiter, audacter, quod revocavi. Perizon. conjicit *uberius.*' Kapp.—53 Harl. *scierent:* Leid. 4. *amiciorem eum;* aliquot *amicitiorem;* Leid. 5. *Corneliæ genti et familiæ;* Leid. 1. *urbi nostræ quam.*—54 Pronomen *ipsi* vet. edd. non habent, quod vero Vet. agnoscit, in qua pro *fuisse* est *esse.* Mog. cum undecim codd. Torren. *quam sibimet si superesset;* tres alii Torren. *quam sibimet superesset;* Leid. 7. *quam sibimet si superesse,* a m. pr. secunda ascripsit *ipsi;* unde Torren. conj. *quam sibimet ipsi superesse,* vel *quam sibimet sic superesse.* Addit tamen: 'Sed nihil affirmo, cum vulg. lect. sensum satis commodum exhibeat; pro qua tamen legi etiam possit: *quam sibimet semper esse:* i. e. omni occasione illum se amiciorem familiæ Corneliæ, et urbi Rom. quam sibimet præstare.' Hinc Kappius: 'Valerius ex mea sententia scripsit: *quam sibimet ipsi semper esse,* ut Vet. habet.'—55 Sic omnes scripti et multæ edd. ante Pighium, qui ediderat *regni sui;* ceteræ edd. *sui imperii;* Lips. vero Thanneri *in se imperii sui.*

NOTÆ

x *Beneficio enim Scipionis*] Ubi Scipio bellum Punicum secundum confecit, Masinissæ, cum paternum. Numidiæ regnum, quod Syphax usurpaverat, redditum est: tum pars addita, et regni Syphacis, et agri Carthaginiensis. De legatione Scipionis Æmiliani ad Masinissam diximus lib. I. c. 1. Ext. n. 2.

‡ An. M. 3853. Ol. 144. 4. Urb. C. 552. Ant. Ch. 200.

* An. M. 3903. Ol. 157. 2. Urb. C. 602. Ant. Ch. 150.

nepos Africani erat, bonam magnamque partem Numidici exercitus, quem[56] Lucullo consuli, a quo ad auxilia petenda missus fuerat, in Hispaniam duceret, promtissima mente tradidit, præsentique periculo respectum pristini beneficii anteposuit.* Ille, cum jam ætate deficiente, magnas regni opes, quatuor et quinquaginta filiorum[y] numerum[57] relinquens, in lectulo laberetur, M. Manilium,[58][z] qui proconsule Africam obtinebat, literis obsecravit, ut ad se Scipionem Æmilianum, sub eo tunc militantem, mitteret: feliciorem mortem suam futuram ratus, si in complexu dextræ ejus supremum spiritum ac mandata posuisset. Ille, adventum Scipionis fatis suis præcurrentibus,[a] hæc uxori liberisque præceperat: 'unum in terris populum Romanum, et unam in populo Romano[59] Scipionis domum nosse: integra omnia Æmiliano reservare:[60] eum dividendi regni arbitrum[b] haberent; quod is statuisset, per-

Mox eadem cum Mog. et octo codd. Torren. *Africano.*—56 Codd. fluctuant inter *quem* et *quam;* hoc habet Vet. cum pluribus codd. Torren. Pighius contra omnes codd. et edd. vett. dederat: *quem ad Lucullum consulem;* eumque secuti sunt Coler. Thys. et Delph. *ut in Hispaniam* duo Torren. *in Hispania* Aldd. cum quibusdam aliis.—57 Medic. 1. *quadraginta quattuor.* Novem Codd. Torren. et Copes. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. Gryph. Colin. et Steph. *numero.* Deinde duo Torren. *in lectulum;* et unus ejusdem *laberetur;* quæ lectt. non displicent eidem Torrenio. Perizonius conj. *dilaberetur.*—58 Multi codd. *Ma. Manilium:* multi etiam *qui proconsul.* Tum Medic. 1. *literis supplicavit.*—59 Copes. *unum in curis.* Pro *populo Romano* Vet. habet *patria.*—60 Pighius pro *reservare,* quod codd. Torren. duode-

NOTÆ

[y] *Quatuor et quinquaginta filiorum*] Totidem numerat Eutropius; decem tantum Diodorus et Appian. quos inter tres legitimi, Micipsa, Gulussa et Manastabal: plures quidem habuerat, sed alii alio tempore perierant.

[z] *Manilium* [*Manlium*] Melius legeris Manilium, qui bellum Punicum tertium inchoavit, sub quo Scipio quartæ legionis Tribunus erat.

[a] *Fatis suis præcurrentibus*] Ita etiam et Appianus, et alii; Cicero tamen vult Scipionem ante Masinissæ obitum advenisse.

[b] *Dividendi regni arbitrum*] Nomen regium legitimis commune esse voluit, regnumque pro cujusque studio partitus est: Micipsæ pacis amantissimo certa regio assignata; Gulussæ belli studioso belli pacisque cura commissa; Manastabali, qui literis Græcis eruditus erat, subditis juris dicendi data potestas.

inde ac[61] testamento cautum, immutabile ac sanctum obtinerent.[d] Tot tamque variis rebus se Masinissa infatigabili pietatis serie ad centesimum[e] extendit annum.[†] His, et horum similibus exemplis,[62] beneficentia generis humani nutritur atque augetur. Hæ sunt ejus faces,[63] hi stimuli, propter quos juvandi et emerendi cupiditate flagrat. Et sane amplissimæ et speciosissimæ[64] divitiæ sunt, feliciter erogatis beneficiis late posse censeri.[e] Quorum quoniam religiosum cultum instituimus,[65] nunc neglectum, sugillandi gratia, quo sit gratior, referemus.

[e] *Amplissimæ et gloriosissimæ sunt divitiæ quando possunt judicari collatæ liberaliter viris gratis.*

cim et edd. vett. testantur, e cod. quodam legerat *se servare.*—61 Nonnulli codd. cum vulgg. *perinde ut;* Ultraj. *perinde si;* sed Vet. delet *ac.* Ultraj. 2. *testamento tantum i. ac sacrum;* sed Ultraj. 1. *sanctæ* exhibet.—62 *Tot et talibus exemplis* Medic. 2.—63 *Hæc sunt ejus faces* aliquot Torreniani: Copes. *facies.*—64 Harl. delet *et speciosissimæ;* pro quo Medic. 1. habet *et potentissimæ.*—65 Lipsius malit *institimus.*

NOTÆ

[e] *Ad centesimum*] Eutropius illi tribuit annos 97. Diodorus et Livius 90.

[†] An. M. 3906. Ol. 158. 1. Urb. C. 605. Ant. Ch. 147.

CAP. III.

DE INGRATIS.[1]

1 Senatus Romani in Romulum.
2 Populi Romani in M. Camillum et alios.
3 P. Sextilii in C. Cæsarem oratorem.
4 Cn. Popilii in M. Ciceronem.
5 Cn. Pompeii Magni in Cn. Carbonem.

EXTERNORUM.

1 Carthaginiensium in Hannibalem.
2 Spartanorum in Lycurgum.
3 Atheniensium in Thesea et alios.

1. Urbis nostræ parentem senatus in[2] amplissimo dignitatis gradu ab eo collocatus in curia laceravit:[a] nec

1 Hujus capitis inscriptionem itidem mutavit Vorstius. Eam Pighius et hunc secuti Coler. Thys. Delph. alii, talem facere: *De ingratitudine;* at Brand. 1. 2. et omnes Torreniani, *De ingratis.*—2 Leid. 7. *in* habet al. m.

duxit nefas ei vitam adimere, qui æternum Romano imperio spiritum ingeneraverat. Rude nimirum illud et ferox[3] sæculum; quod conditoris sui cruore fœde maculatum, ne summa quidem posteritatis dissimulare pietas potest.*

2. Hunc ingratum lapsæ[4] mentis errorem, consentanea nostræ civitatis pœnitentia sequitur.[a] Virium Romanarum[5] et incrementum lætissimum,[6] et tutela certissima Furius Camillus, in Urbe incolumitatem suam tueri non valuit; cujus ipse salutem stabilierat, felicitatem auxerat. A L. enim Apuleio,[7] tribuno plebis, tanquam peculator Veientanæ prædæ reus factus, duris atque, ut ita dicam, ferreis sententiis in exilium missus est.[b] Et quidem[8] eo tempore, quo optimo juvene filio spoliatus, solatiis magis allevandus, quam cladibus onerandus erat. Sed immemor patria tanti viri maximorum meritorum, exequiis filii dam-

[a] *Facinus haud absimile nostræ civitati pœnitendum sequitur hoc peccatum ingratitudinis.*

ascriptum: *ab eo* abest a Barb. 1. et Gudio videtur optime abesse; non item Torrenio.—3 *Rude nimirum opus et ferox* in Copes. Mox Pighius expunxit *quod;* sed id omnes codd. et edd. vett. testantur.—4 Leidd. 1. 7. et Ultraj. 1. *ingratæ lapsæ;* Medic. 2. *ingratæ et lapsæ;* unde Torren. conj. *ingrate lapsæ.*—5 *Virium Romanorum* unus et alter Torren.—6 Ita Pighius ex codd. habentque ita Brand. 1. 2. et omnes Torren. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. et Herbip. *latissimum* Aldd. Chalc. Colin. Gryph. et Steph. Pro *tutela certissima* Harl. *fortissima.* Ultraj. 1. *et felicitatem auxerat.*—7 Sic omnes edd. vett. et codd. præter Cauch. in quo est: *Siquidem a L. Apuleio,* quod in textum receperunt Pigh. Coler. Thys. et Delph.—8 Septem codd. Torren. *Equi-*

NOTÆ

[a] *In curia laceravit*] De Romuli morte multa quidem plane diversa traduntur; in eo tamen plerique conveniunt, quod a Patribus, quibus erat propter impotentiam invisus, discerptus sit; sive in Curia, ut vult Valerius; sive in Æde Vulcani, ut placet nonnullis apud Plutarchum; sive potius, quæ Dionysii et Livii sententia est, ad Capreæ paludem, dum concionem haberet, aut recenseret exercitum.

* An. M. 3338. Ol. 16. 1. Urb. C. 37. Ant. Ch. 715.

[b] *In exilium missus est*] Dum abiret ex urbe Superos precatus dicitur, ut si injuria innocenti sibi fieret, primo quoque tempore ingratæ civitati sui desiderium facerent. Vide lib. I. c. 5. n. 2. De Africani majoris exilio pluribus egimus.

nationem patris junxit. At, inquit,[9] ærario abesse tribunus plebis querebatur quindecim millia æris: tanti namque pœna finita est.† Indignam summam, propter quam populus Romanus tali principe careret. Priore adhuc querela vibrante, alia deinceps exsurgit.[b] Africanus superior, non solum contusam [10] et confractam belli Punici armis Rempublicam, sed pæne jam exsanguem, atque morientem, Carthaginis [11] dominam reddidit: cujus clarissima opera injuriis pensando cives [12] ignobilis eum ac desertæ paludis accolam fecerunt: ejusque voluntarii [13] exilii acerbitatem non tacitus ad Inferos tulit, sepulcro suo inscribi [c] jubendo: INGRATA. PATRIA.[d] NE. OSSA. QUIDEM. MEA. HABES.‡ Quod ista aut necessitate indignius, aut querela justius, aut ultione moderatius? Cineres ei suos negavit,

Priore hac ingratitudine nondum penitus obliterata, alia etiam admittitur.

dem: Harl. Medic. 1. et Gryph. *alleviandus.*—9 Lipsius legit *inquis*, improbante Kappio; *inquiunt* Medic. 1. *inquit* omnes alii codd. et edd. vett.—10 Leidd. 2. 6. *concussam.*—11 Pighius in duobus codd. reperit *Africæ;* sed omnes alii codd. et edd. ante Pighium habent *Carthaginis*, quod revocavit Vorstius.—12 'Sic Camp. Canch. Col. Atreb. unus Brand. Ultr. prim. et Leid. quart. quod et Perizonius probavit. *vici* Winckel. unus Brand. Periz. et in margine Bit. prim. et Leid. 7. quod sine dubio e glossa additum est: *cives vici* Pighius, quem Coler. Thys. Delph. alii secuti sunt: *civitatis* Vet. Aldd. et plerique codd. Torren. quia ad *ignobilis* referebant, quod vero cum *paludis* construi debet. Ignobilis ac deserta palus est Liternum, oppidum Campaniæ. Silius Ital. VI. 653. 'stagnosi Literni.' Recte ergo mihi videor edidisse: *cives ignobilis eum ac desertæ paludis accolam,' &c.* Kapp.—13 Copes. Bitur. 1. 2. Barb. 1. 2. Medic. 1. et Leid. 2. *voluntariam.* Mox idem Leid. 2. *tacitam.* Leid. 1. *scribi jubendo;* Leid. 7. a m. pr. *inscribens* pro *inscribi ju-*

NOTÆ

† An. M. 3664. Ol. 97. 3. Urb. C. 363. Ant. Ch. 389.

[c] *Sepulcro suo inscribi*] Ubi et quando Scipio Africanus major et mortuus, et elatus sit, sicut pleraque alia, parum inter auctores constat: alii Romæ, alii Literni et mortuum et sepultum. Utrobique monumenta erant, et statuæ, quæ tum Literni, tum Romæ se vidisse testatur Livius. Erant Romæ in Scipionum monumento extra portam Capenam tres statuæ; duæ P. et L. Scipionum, tertia Poëtæ Q. Ennii.

[d] *Ingrata patria*] Non omnis tamen, sed plebs sola: nam gratiæ ingentes ab universo Senatu Ti. Graccho actæ sunt, quod Scipionum defensionem suscepisset.

‡ An. M. 3867. Ol. 148. 2. Urb. C. 566. Ant. Ch. 186.

quam in cinerem[14] collabi passus non fuerat.[c] Igitur hanc unam Scipionis vindictam ingrati animi urbs Roma[15] sensit: majorem mehercule Coriolani violentia. Ille enim metu patriam pulsavit, hic verecundia. De qua ne queri[16] quidem, (tanta est veræ pietatis constantia) nisi post fata sustinuit. Talia passo, credo, quæ fratri ejus accidere, solatio esse potuerunt;[d][17] cui rex Antiochus devictus, et Asia imperio populi Romani adjecta, speciosissimusque triumphus, ut peculatus reus fieret, et in carcerem duci juberetur, causam præbuit. Nihilo virtute minor fuit posterior Africanus:[18] sed ne exitu quidem felicior. Duabus enim urbibus Numantia atque Carthagine imperio Romano imminentibus, ex rerum natura[19] depulsis, raptorem spiritus[e] domi invenit:[e] mortis punitorem in foro non reperit.*

[c] *Negavit cineres suos patriæ, quam non passus est ab Hannibale in cineres redigi.*

[d] *Ego credo, quod quæ fratri ejus postea acciderunt, solatio esse potuerunt Africano talia passo.*

[e] *Urbibus penitus eversis, a parricida domi occisus est.*

bendo.—14 Ita tredecim codd. Torren. cum Vet. et Mog. alii codd. *in cineres.* Cf. Ovid. Heroid. Epist. I. 24. et ibi Heins.—15 *Romana* septem Torren. cum Vet. et Mog. Præter Harl. et Leid. 5. qui habent, *major est me hercule*, omnes codd. testantur *majorem;* Perizonii cod. et Mog. *violentiam.* Perizonius legit: *major me h. C. violentia: i. e. m. p. p. h. v. de qua ne queri quidem (tanta veræ p. constantia!) nisi potest* [error sine dubio pro *post*] *fata sustinuit.* Certe Leid. 7. et Medic. 2. exhibent: *tanta est veræ pietatis constantia,* quod probat Torren. Etiam hæc parenthesi a reliquis separaverat Gryphius.—16 Omnes fere codd. Torren. et Mog. *De qua re ne queri,* vel *nec queri;* pauculi, *non nisi post fata.*—17 Barb. 1. *potuerant.*—18 Aliquot codd. Torren. *N. v. posterior A. aut minor;* et sic Mog. *N. v. posterior A. minor.* cod. Perizon. Leid. 1. et Medic. 2. deleto *fuit.* Ante Pighium edebatur: *N. v. minor posterior Africanus.*—19 Harl. *extra rerum naturam.* Mox Medic. 2. *sui domui*

NOTÆ

[e] *Raptorem spiritus*] Cum Fulvio Flacco et C. Carboni de agris dividendis obsisteret, interrogatus de cæde Ti. Gracchi, jure cæsum videri respondit, si Rempublicam opprimere statuisset; clamoremque cum omnis concio tolleret: 'Hostium,' inquit, 'armatorum toties clamore non territus, qui possum vestro moveri, quorum noverca est Italia?' Deinde sanus in domum rediit, dormientique nocturna vis illata creditur; postridie enim mortuus in cubiculo inventus est, ut narrat Epit. Liv. Criminis admissi suspicio recidit, tum in Fulvium, tum in Semproniam Scipionis uxorem; quod et Gracchorum soror esset, et ob deformitatem et sterili-

Quis ignorat tantum laudis Scipionem Nasicam toga, quantum armis utrumque Africanum, meruisse? Qui pestifera Ti. Gracchi manu faucibus oppressam[20] rempublicam strangulari passus non est. Sed is quoque propter iniquissimam[f] virtutum suarum apud cives æstimationem, sub titulo legationis Pergamum secessit, et quod vitæ superfuit, ibi sine ullo ingratæ patriæ desiderio peregit.[†]

In eodem nomine versor, necdum Corneliæ[21] gentis querelas exhausi. Namque[22] P. Lentulus,[g] clarissimus et amantissimus reipublicæ civis, cum in Aventino[23] C. Gracchi nefarios conatus, et aciem pia ac forti pugna, magnis vulneribus exceptis, fugasset: prælii illius, quo leges, pacem, libertatemque in suo statu retinuerat, hanc mercedem tulit, ne in urbe nostra moreretur.[24] Siquidem invidia et obtrectatione compulsus, legatione a senatu libera impetrata, habitaque concione, qua a Diis immortalibus petiit, ne unquam ad ingratum populum reverteretur, in Siciliam profectus est, ibique perseveranter morando compotem se voti fecit.[‡] Quinque igitur demum[25] Cornelii toti-

invenit.—20 Camp. *apprensam;* unde Pighius ediderat *apprehensam;* eumque secuti sunt Coler. Thys. Delph. alii; Torrenius vero retinendum putat *oppressam,* quod omnes codd. et edd. vett. testantur.—21 Copes. et alter Perizon. *nec Corneliæ.*—22 Ita omnes fere codd. et edd. ante Pighium; *Nam Q. P. Lentulus* in cod. Perizon. *P. namque Lentulus* Mog. Mox Leid. 2. delet *et amantissimus.*—23 Nonnulli codd. Torren. *qui cum in Aventino;* item, *in Aventinum,* vel *Adventinum.* Mox Leidd. 3. 4. *pia ac forti manu.* Deinde Harl. *ac magnis.*—24 Quidam codd. *moraretur.*—25 Pighius delet *demum;* antea legebatur: *Quinque igitur deinde,* quod est in quibusdam codd. Torren. *Quinque ergo deinde* in aliis; item, *Quinque deinde,* et *Quicumque igitur Cornelii.* Nostram lect. testantur Ultraj. 2. Medic. 2. Harl. Copes. et Mog.—26

NOTÆ

tatem nec a Scipione amata fuisse, nec Scipionem amasse diceretur. Ita Appian.

* An. M. 3925. Ol. 162. 4. Urb. C. 624. Ant. Ch. 128.

f *Propter iniquissimam*] Veriti Patres, ne morte Scipionis Nasicæ Ti. Gracchi cædem populus ulciscereturur, liberam illi legationem in Asiam decreverunt. Paulo post obiit Pergami, ut habet Plutarchus in Gracchis.

† An. M. 3924. Ol. 162. 3. Urb. C. 623. Ant. Ch. 129.

g *P. Lentulus*] Id temporis Senatus princeps, avus Lentuli Suræ, qui ob conjurationem Catilinariam in carcere necatus est.

‡ An. M. 3933. Ol. 164. 4. Urb. C. 632. Ant. Ch. 120.

dem sunt notissima ingratæ patriæ exempla. Atque horum quidem secessus voluntarii.

Ahala[26] vero, cum magister equitum Sp. Melium regnum affectantem[h] occidisset, custoditæ libertatis[27] civium exilio suo[i] pœnas pependit.*

3. Ceterum ut senatus populique mens in modum subitæ tempestatis concitata, leni[28] querela prosequenda est, ita[f] singulorum ingrata facta liberiore indignatione proscindenda sunt: quia potentes consilii, cum utrumque ratione perpendere liceret, scelus pietati prætulerunt. Quo enim nimbo,[29] qua procella verborum, impium Sextilii caput obrui meretur? quod C. Cæsarem,[30][j] a quo cum studiose, tum etiam feliciter gravissimi criminis reus defensus fue-

f Ceterum sicut non gravi querela invehere debemus in Senatum et populum, si quando eorum mens, in modum tempestatis subito ortæ, ad iram concitata sit; ita, &c.

Ita Pighius; codd. Torren. fere habent *Hala*, vel *Halla:* multi *magistrum equitum:* Perizonii cod. *Spurium magnum Melium.*—27 Nonnulli codd. Torren. *custodiæ libertatisque;* Medic. 2. *custodia libertatis.*—28 Novem codd. Torren. cum Vet. aliisque ante Pighium, *levi.* Tum Leid. 4. *proscribenda est.*—29 Pighius pro *nimbo* dederat ex Atreb. *iambo*, quod non improbant Gny. Coler. et Lips. sed omnes alii codd. cum edd. vett. servant *nimbo.* Cf. Stat. Epiced. 103.—30 Ita codd. plerique; alii cum edd. ante Pighium, *L. Cæsarem.* Mox pro

NOTÆ

[h] *Regnum affectantem*] Cum fame laboraret civitas, Sp. Melius ex Equestri Ordine, ut illis temporibus, prædives frumento privata pecunia emto, largitiones facere instituit: cumque et ambire regnum, et in domum arma conferre diceretur, Dictator dicitur L. Quintius Cincinnatus, Magister Equitum C. Servilius Ahala; qui Sp. Melium, dum ad Dictatorem venire jussus populi fidem implorat, obtruncavit: tum Dictator vocata concione pronuntiat Melium jure cæsum; illinsque et diruta domus, et bona publicata. Hæc Livius lib. IV.

[i] *Exilio suo*] Duodecim annis post Consul fuit Ahala, depositoque Magistratu in exilium pulsus est. Restitutum tradit Cicero.

* An. M. 3630. Ol. 89. 1. Urb. C. 329. Ant. Ch. 423.

[j] *C. Cæsarem*] Tum florebant in Republica L. et C. Cæsares ambo fratres, et viri clarissimi: ille Consularis et Censorius, hic Ædilitius, Poëta et Orator eximius; quem in libris de Oratore loquentem inducit Cicero. Hujus et fratris caput in rostris Marius exponi jussit: scribit tamen Florus domi suæ fuisse trucidatum; at Cicero et Appian. Valerio consentiunt. De Cinnana proscriptione sæpe antea.

rat, Cinnanæ proscriptionis tempore profugum, præsidium suum in fundo Tarquiniensi cladis conditione implorare, beneficii jure repetere coactum, a sacris perfidæ mensæ, et altaribus nefandorum Penatium[31] avulsum, truculento victori jugulandum tradere non exhorruit. Finge accusatorem ejus fortuna publica in supplicis nomen conversum, tam luctuosam illum[32] opem genibus annixum orasse, crudeliter tamen repulsus videretur:[g] quia etiam[33] quos injuriæ invisos faciunt, gratiosos miseriæ reddunt. Verum Sextilius non accusatorem, sed patronum sævissimæ inimici violentiæ suis manibus objecit: si metu mortis, vita indignus:[34] si præmii spe, morte dignissimus.†

4. Sed ut ad alium consentaneum huic ingrati animi actum transgrediar, M. Cicero C. Popilium[35][k] Lænatem, Picenæ regionis, rogatu M. Cælii, non minore cura quam eloquentia defendit: eumque causa admodum dubia[l] fluctuantem, salvum ad penates suos remisit. Hic Popilius postea nec re,[36] nec verbo a Cicerone læsus, ultro M. Antonium rogavit, 'ut ad illum proscriptum[m] persequendum

[g] *Etiam si fingeres illius Sextilii accusatorem factum esse supplicem mutata fortuna publica, et ad illius genua provolutum petiisse ab eo tam luctuosam opem, crudeliter tamen egisset, si illum repulisset.*

cum multi codd. Torren. *tum.*—31 Aliqnot Torreniani *Penatum.*—32 Ita Mediol. 3. ceteræ ante Pighium vulgatæ *illam,* quod habent novem codd. Torren. *illum* deest in cod. Perizonii. Pro *annixum* Torrenius conj. *adfixum.*—33 Aliquot codd. cum Vet. et aliis ante Pighium *quinetiam;* sed multo plnres codd. *quia etiam.*—34 Medic. 1. *metu victoris vita dignus;* tres alii etiam *vita dignus:* reliqni servant vulgatum. Deinde Mog. *si spe præmii dignissimus morte.*—35 'Vet. Harl. Cop. Leid. quart. *C. Pompilium.* Mox pro *eumque* Cop. *eoque;* unde Perizonius: forte *eoque,* scil. in Picenam regionem. Nihil opns.' *Kapp.*—36 Copes. omittit *nec re,* probante Perizon. ceteri codd. re-

NOTÆ

† An. M. 3967. Ol. 173. 2. Urb. C. 666. Ant. Ch. 86.

[k] *Popilium*] Tribunns ille qui Ciceronem occidit: ab Plutarcho et Eusebio Herennins dicitur.

[l] *Causa admodum dubia*] Alii parricidii reum; alii in privato judicio defensnm volunt.

[m] *Proscriptum*] Cum in multis crudeles se præbuerunt Triumviri, tum in eo maxime, quod Octavins Ciceronem, quem Patrem appellare solebat, Antonio; Antonius Octavio L. Cæsarem avunculum; Lepidus Paulum fra-

et jugulandum mitteretur:' impetratisque detestabilis ministerii partibus, gaudio exultans Cajetam[n] cucurrit,[37] et virum, omitto quod amplissimæ dignitatis, certe salutis ejus auctorem, studio etiam præstantis officii[38] privatim sibi venerandum, jugulum præbere jussit: ac protinus caput Romanæ eloquentiæ, et pacis clarissimam dexteram per summum et securum otium, amputavit; eaque sarcina, tanquam opimis spoliis, alacer in Urbem reversus est. Neque enim[39] scelestum portanti onus succurrit, illud se caput ferre, quod pro capite ejus quondam peroraverat. Invalidæ ad hoc monstrum sugillandum literæ: quoniam qui talem Ciceronis casum satis[40] digne deplorare possit, alius Cicero non extat.‡

5. Quo te nunc modo, Magne Pompei, attingam, nescio. Nam et amplitudinem fortunæ tuæ, quæ quondam omnes terras, et omnia maria fulgore suo occupaverat, intueor; et ruinam ejus majorem esse, quam ut manu mea attentari debeat, memini. Sed tamen nobis quoque tacentibus,[41] Cn. Carbonis, a quo admodum adolescens de paternis[42]

tinent.—37 Ultraj. 1. *Cajetam occurrit.* Perizonio suspectum est *quod* præter rem. Leid. 2. *omitto quem;* Barb. 2. *merito quidem, amplissimæ dignitatis,* et pro v. l. *omitto quod;* Bitur. 1. *mitto quo;* Leid. 4. *mitto quod.*—38 Dan. Ultraj. 1. 2. Leid. 2. Medic. 1. Mog. et Venett. 1. 2. 3. *salubritatis studio præstantis officii;* Perizon. conj. *studiose pro tantis officiis;* Fabricius in Vita Cic. legi jussit: *salubri studio præstantis,* quod exhibent Medic. 2. et Barb. 1. *salubri studio,* et pro v. l. *salubritatis suæ auctorem* in Venett. 4. 5. Mediol. 3. et Ascens. *salubritatis ejus auctorem* Harl. et Leid. 4. 6. *salubritatis auctorem suæ* Copes. *salubritati studio præstantis* Bitur. 1. *etiam* ubique fere deest: Leid. 1. 7. *certe salubritatis studio et præstantis officii;* unde Torren. conj. *certe salubris artis studio et præstantis officii,* improbante Kappio. In quibusdam scriptis *privatim* omittitur.—39 Ita septem codd. Torren. cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. 3. 4. 5. et Ascens. *Neque ei,* quod ceteræ edd. habent, est ab Aldo.—40 In Leid. 7. *satis* ascriptum est recenti manu: *deplorare queat* Medic. 2.—41 Ita omnes codd. et edd. ante Pighium, qui τὸ *quoque* primus expunxit, et legit: *Sed nobis tamen tacentibus;* eumque secuti sunt Coler. Thys. et Delph. Torrenius τὸ *quoque* restituit, ordinem non item; legit enim: *Sed nobis tamen quoque tacentibus.*—42 Copes. *de patriis.*—43 Sex

NOTÆ

trem ad necem concesserit. De morte Ciceronis vide lib. I. c. 4. num. 5.

[n] *Cajetam*] Urbem Campaniæ ad littus maris, juxta Baianum sinum. Hodie *Gaiete.*

‡ An. M. 4011. Ol. 184. 2. Urb. C. 710. Ant. Ch. 42.

bonis[o] in foro dimicans protectus es, jussu tuo interemti[p] mors animis hominum obversabitur,[43] non sine aliqua reprehensione: quia tam ingrato facto plus L. Syllæ viribus, quam propriæ indulsisti verecundiæ.*

EXTERNA.

1. At ne nostra confessis alienigenæ urbes insultent, Carthaginienses Hannibalem, qui pro illorum incolumitate et victoria, tot imperatores,[q] totque exercitus[44] nostros trucidaverat, quot gregarios milites hostium si occidisset,[45] magnæ gloriæ foret, e conspectu suo[r] summovere in animum induxerunt.†

2. Neminem Lycurgo aut majorem aut utiliorem virum Lacedæmon genuit; utpote cui Apollo Pythius oraculum petenti respondisse fertur: 'Nescire se,[46] utrum illum hominum, an Deorum numero aggregaret.' Huic tamen neque vitæ summa sinceritas,[47] neque constantissimus erga

codd. Torren. cum Vet. et Mog. *observabitur*; Copes. *observatur*. Omnes hoc ordine: *non sine aliqua reprehensione observabitur*. Ordinem recipi potuisse putant Torren. et Kapp.—44 Copes. et Medic. 2. *tot exercitus*.—45 Quinque codd. Torren. *occidisse*, deleto *si*; quod Torrenio et Kappio non displicet: *hostium occidisset* Copes. Deinde sunt qui delent *e*; item *suo*: multi omittunt *in*: Ultraj. 1. *conspectu suo summovere animo*; Ultraj. 2. *e conspectu suo summoveri in animum*.—46 Medic. 2. et Leid. 7. a m. pr. delent *se*.—47 Codd.

NOTÆ

[o] *De paternis bonis*] Sub mortem patris Pompeius ejus nomine peculatus postulatus est; in quo judicio, cum ingentem animi constantiam præ se tulisset, tum Prætoris Autistii, tum populi totius benevolentiam sibi conciliavit.

[p] *Jussu tuo interemti*] Pompeius multos viros civitatis principes ex Africa, quo fugerant, in Siciliam retraxit: alios ne in conspectum quidem admissos; Carbonem vero ter Consulem pro concione objurgatum interfici jussit. Ipsius Carbonis sæpe meminimus.

* An. M. 3972. Ol. 174. 3. Urb. C. 671. Ant. Ch. 81.

[q] *Tot imperatores*] C. Flaminium, L. Æmilium Paulum, M. Marcellum, Ti. Gracchum, &c.

[r] *E conspectu suo*] Cum videret Hanibal et Romæ se a suis, quasi novis rebus studeret, accusatum, et tres legatos Roma missos Carthaginem, sub vesperam vestitu forensi ad portam cum duobus comitibus egressus est; et inde citatis equis Thapsum pervenit, unde parata navi Tyrum ad Antiochum navigat.

† An. M. 3859. Ol. 146. 2. Urb. C. 558. Ant. Ch. 194.

patriam amor, neque leges salutariter[48] excogitatæ auxilio esse potuerunt, quo minus infestos cives experiretur. Sæpe enim lapidibus petitus, aliquando furore publico ejectus, etiam privatus[49] oculo,[s] ad ultimum ipsa patria pulsus est.[t]‡ Quid aliæ faciant[50] urbes, ubi etiam illa, quæ constantiæ, et moderationis, et gravitatis eximiam sibi laudem vindicat, tam ingrata adversus tam bene meritum extitit?

3. Detrahe Atheniensibus Thesea: nullæ, aut non tam claræ Athenæ erunt; siquidem ille locatim[51] dispersos cives suos in unam urbem[52] contraxit, separatimque et agresti more viventi populo amplissimæ civitatis formam[u]

aliquot Torren. *summæ sinceritas*, vel *sinceritas summæ*.—48 Ita ex codd. restituit Pighius, itaque codd. Torren. cum Vet. et Mog. antea edebatur *salubriter;* quod in Leid. 1. extat.—49 Copes. Medic. 1. et unius Leid. *furore ejectus publico, furore etiam privato:* Leid. 2. *aliqua ejectus furore publico, furore etiam privato;* Leid. alter: *aliquando furore ejectus publico, etiam furore privatus;* Ultraj. 1. cum Vet. *furore ejectus publico etiam privatus*, omisso *oculo*, quod et in aliis quatuor deest. Ex libris ergo nihil auxilii. Torrenius autem scite conjicit: *aliquando foro ejectus furore publico, etiam privatus oculo.*—50 Codd. nonnulli cum vulgg. *facient;* sed plures *faciant*, ut emendavit Pighius. —51 Sic Lipsii libri vett. uterque Brand. omnes Torren. et Vet. idque defendunt Salmasius et Torrenius, qui vero in textum recipere ausus non est, quia *locatim* alibi non occurrit. *vicatim* Leid. a m. sec. Aldd. Chalc. Lips. 1. 2. Lugd. Pigh. Coler. Thys. Vorst. Delph. &c. *pagatim* conj. Lipsius: *locatim* dedit Helfrecht.—52 Copes. alter Perizon. Harl. Barb. Medic. 1. et Leid. 1. *in suam urbem;* Ultraj. 1. 2. quatuor Leidd. Medic. 2. et Barb. 1. *in suam unam urbem.* Mox pro *separatimque*, Colerus ex uno Dan. reposuit *passimque*, quod quidem est quoque in Leid. quint. et inter variantes lectiones Leid. sept. at Brand. uterque, tredecim Torrenii, Vet. et omnes alii editi

NOTÆ

[s] *Privatus oculo*] Epularum modum præscripsit; quod cum ægre admodum ferrent divites, Lycurgus in foro lapidibus petitus sese proripuit: at fugientis tergo inhærens adolescens nomine Alexander, respicienti baculo excussit oculum. Illum sibi traditum a populo nec facto nec verbo læsit Lycurgus.

[t] *Pulsus est*] Non vi pulsus est, sed ipse Delphos petiit consulturus Apollinem, juramentoque omnes cives adegit, ne quid de legibus ante ipsius regressum immutarent; cumque respondisset oraculum, et leges sapienter institutas, et urbem, quamdiu his legibus uteretur, permansuram; Lycurgus, ne in patriam redire cogeretur, mortem sibi inedia conscivit.

‡ An. M. 3180. Ant. Ch. 873.

[u] *Civitatis formam*] Constituto Prytanæo, cives in tres classes tribuit, Patricios, Opifices, et Agricolas; Patriciisque curam commisit sacrorum et legum.

atque imaginem imposuit.[*] Idem sæva[53] potentissimi regis Minois imperia[v] vixdum ætate pubescente repulit. Idem effrænatam Thebarum[54] insolentiam[w] domuit. Idem opem liberis Herculis[x] tulit, et quicquid ubique monstri[y] aut sceleris fuit, virtute animi ac robore dextræ comminuit. Hujus tamen summoti ab Atheniensibus, Scyros[z] exule[55] minor[a] insula, ossa mortui cepit. Jam Solon, qui tam præclaras, tamque utiles Atheniensibus leges tulit, ut, si his perpetuo uti voluissent, sempiternum habituri fuerint imperium: qui Salamina[b] velut hostilem arcem ex propinquo saluti eorum imminentem recuperavit:[c] qui Pisistrati

habent recte *separatimque*. Leid. 7. habet etiam pro v. l. *sparsim*.—53 *Idemque sæva* Harl. *Idem etiam sæpe* Barb. 1.—54 Sic Torrenius auctoritate omnium Mss. et editt. rescripsit pro *Thebanorum*, quod a Pighio erat. Omnia vero hæc: *Idem effrenatam T. i. d. I. o. l. H. tulit*, omissa sunt in Harl.—55 Quinque codd. Torren. *exulis*: Mog. habet: *Tiros insula minor exulis ossa*;

NOTÆ

[*] An. M. 2833. Ant. Ch. 1220.

[v] *Minois imperia*] Androgeos Minois filius ab Atheniensibus occisus est; Minos Ægæo Thesei patri bellum intulit: pax ea lege sancita est, ut septem juvenes quotannis in servitutem ad Minoa mitterentur: missus anno tertio Theseus, qui beneficio Ariadnes sibi fuga consuluit. Unde locus fabulæ de labyrintho datus.

[w] *Thebarum insolentiam*] Cum Rex Thebanorum Creon prohiberet, ne corpora eorum, qui in bello Etheoclis et Polynicis ceciderant, sepelirentur; mortuorum et uxores et liberi confugiunt ad Theseum, qui victis Thebanis corpora suis sepelienda tradidit.

[x] *Opem liberis Herculis*] Qui Athenas ad aram Misericordiæ fugerant; quod multi ab Hercule injuria affecti illos persequerentur.

[y] *Quicquid ubique monstri*] Tauros Marathonium et Cretensem; Tyrannos Periphatem, Sinnim, Scyronem et Procrustem.

[z] *Scyros*] Insula contra Magnesiam in mari Ægæo; una ex Cycladibus. Nunc *Scyro*.

[a] *Exule minor*] Cum ipse primus Ostracismi legem statuisset, per signa testarum ejectus est, ex Eusebio: quod etiam indicat Plutarchus. Paulo post Lycomedis jussu, qui hac in insula tum imperabat, de rupe in præceps actus est.

[b] *Salamina*] Insulam Euboici maris in sinu Saronico. Hodie *Coluri*.

[c] *Recuperavit*] Jamdiu contra Megarenses de Salami pugnatum erat, cum vetitum est, ne quis de hoc bello renovando legem ferret: tum Solon simulata dementia versibus incompositis bellum suasit. Itaque omnium accendit animos, ut extemplo bellum decerneretur, insulaque devictis hostibus Athenienses petirentur. De Pisistrati tyrannide jam sæpius.

tyrannidem primus vidit orientem, et[56] solus armis opprimi debere, palam dictitare ausus est; senectutem Cypri[d] profugus exegit: neque ei in patria, de qua optime meruerat, humari contigit.† Bene egissent Athenienses cum Miltiade, si eum post trecenta millia[e] Persarum Marathone[f] devicta, in exilium protinus[57] misissent, ac non in carcere et vinculis mori[g] coëgissent. Sed,[58] ut puto, hactenus sævire adversus optime meritum abunde duxerunt. Immo ne corpus quidem ejus, sic expirare coacti, sepulturæ prius mandari passi sunt, quam filius ejus Cimon eisdem vinculis[59 h] se constringendum traderet. Hanc hæreditatem paternam maximi ducis filius, et futurus ipse

Copes. etiam *Tyros;* nonnulli Torren. *ciros*, vel *chiros*, vel *cyros*.—56 ' Potissima pars Mss. et Vet. delent *et*, atque mox habent *ausus* sine verbo auxiliari. Mog. *et* quoque delet, sed habet *ausus est*. Torrenius non sine causa lectionem plurimorum Mss. probat.' *Kapp.*—57 Perizonius contra vocem *protinus*, quæ in Copes. et Barb. 1. desideratur, disputat, frustra, ut putant Torren. et Kapp.—58 *Sed* est in Pulm. Sus. et Ultraj. 1. ceteri cum edd. ante Pighium id nesciunt: Pighius etiam dedit *abunde non duxerunt* contra omnes codd. *satis abunde duxerunt* unus et alter Pighii. Perizonius conj. *At puto, &c.* probantibus Torren. et Kapp.—59 Quinque codd. Torren. *quam Cimon filius ejusdem se vinculis;* Copes. *filius ejusdem iisdem se vinculis;* Ultraj. 1. *quam Cimon filius iisdem eisdem se:* in Leid. 6. deest *iisdem*.—60 Ita Dan.

NOTÆ

[d] *Senectutem Cypri*] Plutarchum inter et Laërtium non convenit: uterque admittit quidem Solonis, seu exilium, seu potius peregrinationem; sed ille ante, iste post Pisistrati tyrannidem: scribit enim Plutarchus illum a Pisistrato in honore habitum Athenis obiisse; Laërtius vero, ubi rerum potitus est Pisistratus, in Ægyptum, inde ad Crœsum, tum in Cyprum se contulisse, ibique mortuum; quod Plutarchus tanquam meram fabulam rejicit.

† An. M. 3488. Ol. 53. 3. Urb. C. 187. Ant. Ch. 565.

[e] *Trecenta millia*] Persarum erant sexcenta millia, ex Justino et Orosio; Atheniensium decem millia cum Thespiensibus mille. Persarum ceciderunt ducenta millia, ex Justino; ipseque Datys militiæ princeps, ex Ctesia.

[f] *Marathone*] Urbs erat Atticæ ab Athenis distans circiter decem passuum millia. Hodie *Maratono*.

[g] *In carcere et vinculis mori*] Propter infelicem in Parum insulam expeditionem quinquaginta talentis mulctatus; quibus solvendis cum non esset, in carcerem conjectus est, ubi mœrore et vulnere accepto periit.

[h] *Cimon eisdem vinculis*] Cimoni, ut ipsi patris corpus sepelire liceret, pecuniam suppeditavit Callias homo ditissimus, ut Elpinicem Cimonis sororem uxorem duceret.

ætatis suæ dux maximus, solam se crevisse,[60] catenas et carcerem, gloriari potuit.‡ Aristides[i] etiam, quo totius Græciæ justitia censetur, continentiæ quoque eximium specimen,[j] patria excedere jussus est. Felices Athenas,[61] quæ post illius exilium invenire aliquem aut virum bonum, aut amantem sui civem potuerunt; cum quo tunc ipsa sanctitas migravit!* Themistocles eorum, qui ingratam patriam experti sunt, celeberrimum exemplum, cum illam incolumem, claram, opulentam, principem Græciæ[62] reddidisset, eousque sensit inimicam, ut ad Xerxis,[k] quem paulo ante destruxerat, non debitam sibi[l] misericordiam

vetus liber Lipsii, Bamberg. Brand. 1. 2. Ultraj. 1. 2. Medic. 2. Leid. 6. Copes. alter Perizon. et Barb. 2. quomodo et Cujacius emendaverat Obs. lib. IV. cap. 14. *meruisse* in Leid. 1. et quibusdam aliis; *sortitum* Aldd. Chalc. et Pigh. *sortitum esse* Oliverus. Lect. nostram restituit Colerus. Mox *scilicet* ante *et carcerem* omnes codd. et edd. Aldo priores ignorant, quare Torrenius expunxit. Duo codd. habent: *ad catenas et carcerem*; Leid. 7. *catenas et carceres.*—61 Inter Var. Lect. Gudii hæc notantur: 'An scribendum? *Infelices Athenas! quem p. i. e. invenire aut,' &c.* Copes. *sanctitas migraverit.* Deinde nonnulli codd. cum Mog. *Themistodes.*—62 Ultraj. 1. *ac opulentam ac principem Græciæ:* Medic. 2. *cum illa incolumem, &c.* Leid. 7. pro v. l. *ille.*—63 Edd.

NOTÆ

‡ An. M. 3563. Ol. 72. 2. Urb. C. 262. Ant. Ch. 490.

[i] *Aristides*] Atheniensis vir prudentia et integritate clarissimus, cui Justi cognomen, amorem quidem populi, sed Principum invidiam peperit; ac præcipue Themistoclis, cujus sermonibus plebs temere commota Aristidem, quasi tyrannidem affectaret, urbe expulit. Dum abiret, precatus esse dicitur, ne Atheniensibus contingerent ea tempora, quibus Aristidis meminisse cogerentur. Ita Plutarchus. Paulo post revocatus est, ne se Xerxi jungeret.

[j] *Continentiæ specimen*] Oblatam sibi a Callia magnam vim auri cum repudiasset, dixisse fertur: 'Calliæ vita Aristidis paupertate indiget; at paupertas Aristidis Calliæ opes contemnit.' Paulo aliter Plut.

* An. M. 3571. Ol. 74. 2. Urb. C. 270. Ant. Ch. 482.

[k] *Ut ad Xerxis*] Ob nimiam et gloriam et severitatem, aut potius ob suspicionem proditionis Ostracismo urbe pulsus, Argos se recipit; inde in Corcyram, tum in Epirum ad Regem Molossorum Admetum; post Pydnam ad Alexandrum Macedonem, denique ad Regem Persarum confugit, non Xerxem, ut volunt Diodorus, Valer. et Plut. sed illius filium Artaxerxem, ut auctor est Thucydides; cui vel uni hac in parte, quam aliis omnibus eo crediderim libentius, quod et Themistoclis ætati prope suppar fuerit, et temporum ratio aliter vix constare possit.

[l] *Non debitam sibi*] Ad Artaxerxem his verbis scripsisse dicitur: 'Themistocles ad te venio, qui ex omnibus Græcis unus vestram familiam multis affeci malis.' Apud Regem

perfugere[63] necesse haberet.† Phocioni vero his dotibus, quæ ad pariendum hominem[64] potentissimæ judicantur, clementia et liberalitate[65] instructissimus, tantum non[66] in eculeo[m] ab Atheniensibus impositus est: sed[67] certe post obitum nullam Atticæ regionis, quæ ossibus ejus injiceretur, glebulam invenit; jussus extra fines projici, intra quos optimus civis vixerat.‡ Quid abest[68] igitur, quin publica dementia sit existimanda, summo consensu maximas virtutes, quasi gravissima delicta, punire, beneficiaque injuriis[69] rependere? Quod cum ubique, tum[70] præcipue

vett. *confugere;* Bitur. 1. *profugere.* Deinde Leid. 7. pro v. l. *habuerit.*—64 Ita Camp. Atreb. Brand. 1. 2. veteres Lipsii, Basil. et multi Torren. *ad pariendum hominum genus* Pulm. et Sus. *ad periendum hominum genus* Medic. 2. *ad patiendum hominem* Winck. *ad pariendum honorem* Vet. Aldd. Chalc. Lips. 1. 2. et Lugd. *ad paciendum* nonnulli codd. Perizon. qui conj. *ad capiendum hominem*, legens: *Phocion vero non his d. Quæ a. capiendum hominem p. habentur, sed eloquentia et integritate;* vel, *Phocion vero non his dotibus, q. ad capiendum hominem p. j. sed integritate instructissimus.* Idem conj. etiam *ad parcendum:* Torren. *ad pariendum amorem hominum.* 'Pighius, quem omnes editores secuti sunt, etiam Torrenius ex mera conjectura: *ad pacandum hominem* in textum receperunt. Ego vero mearum partium esse duxi, lectionem tot Mss. firmatam, Valerio vindicare, præcipue quia facile intellectu est, inusitatam phrasin 'parere hominem,' pro 'hominum gratiam sibi conciliare,' ansam dedisse mutandi textum. Quis vero sibi persuadeat, librarios aptius verbum *capiendum*, quod Perizonius volebat, *placandum*, quod Vorstio placuit, vel *pacandum*, quod Pighii conjecturæ debetur, mutasse in difficilius durinsque *pariendum?*' Kapp.—65 Ita in omnibus scriptis et editis ante Pighium legitur, quod ergo Torrenius recte revocavit pro *eloquentia et integritate*, quod auctoritate unius Camp. substituerat Pighius.—66 Pro *tantum non* codd. quinque habent *ad tantum;* decem cum editis ante Colerum *non tantum.*—67 Medic. 1. Bitur. 1. Ultraj. 1. Copes. et Leid. 5. omittunt *sed*, probantibus Torren. et Kapp. Harl. Copes. Medic. 2. et Bitur. 1. post *obitum* addunt *ejus.*—68 Ita omnes codd. et edd. ante Pighium, qui dederat: *Quid obest.*—69 Medic. 2. *beneficiisque injurias;* Copes. et Barb. 1. *beneficia injuriis*, deleta copula.—70 Quinque codd. Torren. cum Vet. et Mog. *tamen;*

NOTÆ

gratiosus admodum fuit. Aliquanto post epoto, vel taurino sanguine, ut placet Diodoro, vel, ut nonnullis apud Thucydidem, veneno, ne bellum inferre patriæ cogeretur; vel, ut tradit ipse Thucydides, quod verius putem, morbo decessit.

† An. M. 3590. Ol. 79. 1. Urb. C. 289. Ant. Ch. 463.

[m] *Tantum non in eculeo*] Aliter Plutarchus et Æmilius Probus. Cum Nobilitas Cassandro, populus Polysperchonti faveret, ut jam diximus, accusatus Phocion, quod Nicanori Pyræum prodidisset. Polysperchontisne jussu, an secus, incertum; totius certe populi suffragiis cum aliis damnatus, epota in carcere more patrio cicuta interiit, ossaque illius extra fines Atticæ a servis projecta.

‡ An. M. 3736. Ol. 115. 3. Urb. C. 435. Ant. Ch. 317.

Athenis intolerabile videri debet: in qua urbe adversus ingratos actio constituta est. Et recte: quia dandi et accipiendi beneficii commercium, sine quo vix vita hominum constat, perdit et tollit,[71] quisquis bene merito parem referre gratiam negligit. Quantam ergo reprehensionem merentur, qui cum æquissima[72] jura, sed iniquissima haberent ingenia, moribus suis, quam legibus uti maluerunt? quod si qua providentia Deorum effici posset, ut excellentissimi viri, quorum modo casus retuli, legem ingratorum vindicem retinentes, patriam suam in jus ad aliam civitatem pertraherent, nonne ingeniosum et garrulum populum, mutum atque elinguem hac postulatione reddidissent? Discordes foci tui, pagisque[73] dividua tuguria, Græciæ facta sunt columen.[h] Lucet Marathon Persicis tropæis: Salamis[74] et Artemisium[n] Xerxis naufragia numerantur: prævalidis manibus[o] exhausta[75] mœnia, pulchrioribus operibus consurgunt:[i] harum rerum auctores ubi vixerunt? ubi jacent?[76]

[h] *O patria ingrata, tui foci olim divisi, et viles casæ tuæ per agros dispersæ, summorum illorum virorum gestis factæ sunt columen totius Græciæ.*

[i] *Civitas mœnibus olim prævalidis dirutis eversa, nunc Themistoclis industria pulchrioribus operibus consurgit.*

et paulo post *videre.*—71 'Ultr. prim. Barb. prim. Vet. *exstat, tollit;* Bit. prim. Leid. quint. *exstaret, tollit;* Med. prim. Periz. *expers tollit;* Mog. *constat, expers tollit;* unde Torrenius conjicit *constat, ex parte tollit. Perdit et* omnino suspectum est.' *Kapp.*—72 Ultraj. *exquisitissima.* Paulo post Bitur. 1. *casus leviter retuli.*—73 Mss. vel *paucisque,* vel *pacisque,* et hoc plerique cum Vet. præ se ferunt, unde Lipsius conjecit *et pagis,* quod Torrenius in *pagisque* mutavit, ut edidit antea Gryphius. Pighius distinxit: *Græcia facta sunt. Columen lucet, &c.* et sic Gryph. 2. et Gryph. 1576. sed recte interstinxerunt Vet. Mog. Venett. Mediol. et Aldd. et Gryph. 5. 7.—74 *Sylamin* Medic. 1. Venett. et Mediol. 3. *Salaminum* Leid. 1. *Salamina* vel *Salemina* tredecim codd. Torren. cum Vet. et Mog. quæ habet etiam *Artemisia.*—75 Dan. et Leid. 7. a m. sec. *exusta;* ceteri codd. *exhausta.*—76 Quatuor codd. cum Vet. et Mog. *ubi vixerint, ubi jacent,* improbantibus Torren. et Kapp.—

NOTÆ

[n] *Artemisium*] Eubœæ promontorium Græcorum in Xerxem victoria nobile.

[o] *Prævalidis manibus*] Postquam cives ex responso Apollinis in naves suas refugerunt, Persæ urbem civibus vacuam incenderunt. Urbs tamen, paulo post, murique Themistoclis consilio restaurata sunt.

responde. Nempe[77] Thesea parvulo in scopulo sepeliri, et Miltiadem in carcere mori, et Cimona paternas induere catenas, et Themistoclem[78] victorem victi hostis genua complecti, Solonemque cum Aristide et Phocione penates suos ingrata fugere coëgisti; cum interim cineribus nostris[79] fœde ac miserabiliter dispersis, Œdipodis ossa,[p] cæde patris, nuptiis matris contaminata, inter ipsum Areopagum, divini atque humani certaminis venerabile domicilium, et excelsis præsidiis[80] Minervæ arcem, honore aræ decorata quasi sacrosancta[81] colis. Adeo tibi aliena mala tuis bonis gratiora sunt. Lege itaque legem, quæ te jurejurando obstrictam tenet: et quia bene meritis debita reddere præmia noluisti, læsis justa piacula[82] exsolve. Tacent mutæ illorum umbræ,[83] fati necessitate constrictæ: at immemores beneficiorum Athenæ reprehensore, lingua sermone licenti soluta, non carent.

77 *Nempe* suspectum erat Perizonio; retinent tamen id omnes codd.—78 *Themistodea* tres codd. Torren. Vide Gronov. ad Liv. I. 18. *Themistoclea* Mog. Mox Ultraj. 1. *victo hosti;* Leid. 1. *victi hospitis.*—79 Ita legendum, inquit Vorstius, non, ut Pighius vult, *vestris;* loquentes enim inducit excellentes illos viros Græciæ. Septem codd. Torren. cum Pulm. et Mog. *vestris;* sed ceteri cum Venett. *nostris* servant.—80 Mitallerius conj. *excelsam præsidis, &c.* quam conj. viri docti approbant, etiamsi hic nihil juvent codd.—81 Ita Pighius e Sus. et Pulm. itaque Ultraj. 2. et Mog. *decoratos cineres; sacrosanctiores* in vulgg. *decorata* habent etiam Copes. Ultraj. 1. Leid. 4. et Leid. 7. ab al. m. *decoratos* reliqui codd. cum uno Brand. et Mog. *sacrosanctiora* vett. Lipsii, unus Brand. Ultraj. 1. et Leid. 4. *sacrosanctiores* alter Brand. Copes. Leid. 7. cum reliquis Torrenianis. Multi delent *quasi.*—82 Nonnulli *justa macula:* multi Torren. *exsolvisti.*—83 Locus si quis alius vexatus. Lectio, quam dedi, a Vorstio est, eumque secutus est Torrenius. *Tacent multæ umbræ* Aldd. Colin. Gryph. Steph. &c. Tum Pighius et Colerus dederant ex Cauch. *at i. b. Athenas omnis lingua sermone licenti in reprehensionem soluta non tacet:* alii: *Athenæ reprehensione lingua ... non tacet;* et sic quinque codd. Torren. deleto *licenti,* quod vero Leid. 1. 2. cum Vet. Mog. et Venett. addunt: *tacent* Ultraj. 1. 2. *non vacent* Aldd. aliæ: *reprehensionis* cod. Perizon. Pulm. habet: *Athenæ ... licenti s. n. caret:* ad hanc lect. proxime accedunt vett. edd. et Brand. 1. 2. omnes enim habent *Athenæ:* Copes. *Athenæ r. l. licenti sermone soluta non tacent.* Perizonius conj. *Athenas reprehensiones* (scil. illorum virorum) *lingua s. l. s. non tacent;* vel, *reprehensione lingua licenti ser-*

NOTÆ

p *Œdipodis ossa*] Laii Thebanorum Regis et Jocastæ filius fuit, patris sui parricida, matris maritus, liberorum frater, celebre tragœdiarum argumentum: nota omnibus seu historia seu fabula. Quid Areopagus explicuimus supra.

mone s. non vacent ; vel, *in reprehensionem lingua sermone l. s. non tacent.* Leid. 4. 7. *non carent ;* sed Leid. 7. superscriptum *tacent,* et in marg. *reprehensore lingua.* Torrenius partim ex cod. Perizon. malit: *Athenas reprehensionis lingua s. l. s. non tacet.* ' Ego sic lego : *at i. b. Athenas reprehensione lingua, s. l. s. non tacet,* ut sensus sit : *At lingua,* (est casus primus non sextus,) *sermone licenti soluta, non tacet,* (licet umbræ mutæ taceant: lusisse videtur Valerius in *tacent* et *tacet,*) *reprehensione* (i. e. reprehendens reprehendendo) *Athenas, beneficiorum immemores.*' Kapp.

CAP. IV.

DE PIETATE IN PARENTES.

CUJUS EXEMPLA ROMANORUM SUNT.

1 Cn. Marcius Coriolanus.
2 P. Scipio Africanus major.
3 T. Manlius Torquatus.
4 M. Aurelius Cotta.
5 C. Flaminius trib. pl.
6 Claudia virgo Vestalis.
7 Filia matrem in carcere mamma nutriens.

EXTERNA.

1 Pero filia patrem mamma nutriens.
2 Cimon Atheniensis.
3 Duo fratres Hispani.
4 Cleobis et Biton; Amphinomus et Anapus.
5 Scythæ.
6 Crœsi regis filius mutus.
7 Pulto Pinnensis juvenis.

[1] Sed omittamus ingratos, et potius de piis loquamur: aliquanto enim satius est[2] favorabili, quam invisæ rei vacare. Venite igitur in manus nostras prospera parentum[3] vota, felicibus auspiciis propagatæ soboles: quæ efficitis, ut et genuisse juvet, et generare libeat.

1. Coriolanus maximi vir animi, et altissimi consilii, optimeque de republica meritus, iniquissimæ damnationis ruina prostratus, ad Volscos infestos tunc Romanis confugit. Magno ubique pretio virtus æstimatur. Itaque quo[4] latebras quæsitum venerat, ibi brevi summum[5] adeptus est imperium. Evenitque, ut quem pro se salutarem imperatorem cives habere noluerant, pæne pestiferum adver-

1 In scriptis et edd. ante Pighium paragraphus hic usque ad *generare libeat,* superiori capiti cohæret.—2 Leidd. 1. 2. *sanctius est.*—3 Colerus ex cod. Dan. *parentium,* contra alios omnes codd. Deinde Copes. *quæ efficitis ut genuisse.*—4 Barb. 1. Copes. et Leid. 2. *qui.*—5 ' Quatuor Mss. delent *summum ;* sex Mss. cum Mog. et Vet. *brevissimum,* ceteri *brevi summum,* quod

sus se ducem experirentur. Frequenter enim fusis exercitibus nostris, victoriarum suarum gradibus, aditum juxta mœnia[6] urbis Volsco militi struxit. Quapropter fastidiosus ille in æstimandis bonis suis populus, qui reo non pepercerat, exuli coactus est supplicare. Missi ad eum deprecandum legati, nihil profecerunt.[7] Missi deinde sacerdotes cum infulis, æque sine effectu redierunt. Stupebat Senatus, trepidabat populus, viri pariter ac mulieres exitium imminens lamentabantur.* Tunc Veturia, Coriolani mater, Volumniam uxorem ejus, et liberos secum trahens, castra Volscorum petiit. Quam ubi filius aspexit, 'Expugnasti,'[8] inquit, 'et vicisti iram meam, patria, precibus hujus admotis: cujus utero te, quamvis[9] merito mihi invisum, dono:' continuoque Romanum agrum hostilibus armis liberavit. Ergo pectus dolore acceptæ injuriæ, spe potiundæ victoriæ, verecundia detrectandi[10] ministerii, metu mortis refertum,[a] totum sibi pietas vacuefecit:[a] uni-

[a] *Ergo pietas Coriolani pectus totum occupavit, licet plenum et dolore injuriæ acceptæ a Romanis, et spe victoriæ obtinendæ de ingratis, et verecundia deserendi belli suscepti, et metu mortis a Volscis forte sibi inferendæ.*

recte restituit Pighius.' *Kapp.*—6 Guyetus malit, *ad mœnia.*—7 Perizonius ex Copes. legit *profecerant*, et paulo post *redierant*. Medic. 2. et Vet. omittunt *deprecandum.*—8 Ante verbum *Expugnasti* Venett. 4. Aldd. et quæ secutæ, pluscula habent, quæ Pighius expunxit: scil. e Liv. II. 40. *propere ut amens matris complexum petiit. Illa ex precibus in iram versa, ait: Sine ut prius, quam complexum accipiam, sciam, an ad hostem, an ad filium venerim: captivane an mater in castris tuis sim. In hoc me longa vita, et infelix senecta traxit, ut exulem deinde te hostem viderem? potuisti populari hanc terram, quæ te genuit atque aluit? nisi te peperissem, Roma non oppugnaretur: multaque insuper addidit complorando: quibus et uxoris ac parvulorum fletibus motus, matrem complexus.* Hæc addita erant in Leid. 4. et Copes. ceteri codd. cum Vet. et Mog. ignorant.—9 'Pighius bene textum constituit, etsi Periz. Copes. Ultr. prim. et quatuor alii Mss. habeant: *patriam precibus hujus admotis, cujus utero delatus sum, quamvis, &c.* Vet. cum textu nostro amice conspirat, nisi quod habet *patriam*, et *te* delet.' *Kapp.* Quod prætulit Pighius in ceteris codd. et Mog. reperitur.—10 Septem codd. Torren. cum Vet. *verecundia non detrectandi,*

NOTÆ

* An. M. 3567. Ol. 73. 2. Urb. C. 266. Ant. Ch. 486.

[a] *Metu mortis refertum*] Ad ea quæ de Coriolano jam diximus, non pigebit hæc addere pauca, quæ ad illius mortem pertinent. Ubi matrem ad pedes provolutam videt, eam complexus, 'Vicisti,' inquit, 'mater, quod nec tibi, nec mihi bene vertet; patriam quidem servasti, pium vero filium

usque parentis aspectus bellum atrox salutari pace mutavit.

2. Eadem pietas viribus suis inflammatum Africanum superiorem, vixdum annos puerilitatis egressum,[11] ad opem patri in acie ferendam virili robore armavit. Consulem enim eum apud Ticinum fluvium[12] adversis auspiciis cum Hannibale pugnantem graviter saucium intercessu suo servavit:[b] neque illum aut ætatis infirmitas, aut militiæ tirocinium, aut infelicis prælii etiam veterano bellatori pertimescendus exitus interpellare valuit, quo minus duplici gloria conspicuus[13] coronam, imperatore simul et patre ex ipsa morte rapto, mereretur.†

3. Auribus ista tam præclara exempla Romana civitas accepit: illa vidit oculis.[14] L. Manlio Torquato[15] diem ad populum Pomponius tribunus plebis dixerat, quod occa-

quod non improbat Kappius: aliquot habent *detractandi*.—11 Sic Pighius ex Winckel. et Colon. rescripsit. *puerilitatis ingressum* Camp. Atreb. uterque Brand. uterque Ultraj. Leid. quint. Periz. Vet. Herbip. et Lips. Thann. *pubertatis egressum* Sus. Pulm. et varietas Leid. sept. *pubertatis ingressum* Ald. Chalcocond. Lips. &c. Torren. et Kapp. putant Valerium scripsisse: *annos pubertatis ingressum*.—12 Nonnulli codd. *Ticinum flumen*.—13 Ita Brand. 1. 2. omnes Torren. Vet. et Mog. Pighius vero ex uno Camp. scripsit *conspicuam*. Mox, *imperii simul et nomen patre* aliquot codd. cum Vet. et Mog. *imperio simul et patre* duo Leidd. *nomen patriæ* Leid. 6.—14 Idem Leid. 6. *ista vidit*, deleto *oculis*.—15 Sic omnes codd. et edd. ante Pighium, qui nullo codice astipulante ediderat: *L. Manlio Imperioso*. Vorstius restituit *Tor-*

NOTÆ

perdidisti.' Ut enim copias ab urbe reduxit, invidia rei oppressum perisse ferunt; sed alii alio leto: lapidibus obrutum Plutarchus, sibi mortem conscivisse Cicero in Lælio, Fabius Pictor apud Livium ad senectutem pervenisse refert; eumque exacta ætate hanc sæpe usurpasse vocem: 'Multo miserius seni exilium esse.' Si quis plura avet scire, Livium legat lib. II. et Plutarchi Coriolanum.

[b] *Intercessu suo servavit*] Sunt qui non a filio, sed a servo servatum velint; Livius tamen, Florus, Plutarchus et alii Valerio consentiunt, quos inter Polybius rem paulo fusius explicat. Simul ut patrem gravi affectum vulnere, jamque ab hostibus circumventum vidit, illico suos turmales hortatur, ut Consuli opem ferant; cumque illi cunctarentur, in hostes circumfusos equum egit, patremque liberat: tum præsenti ereptus periculo, Consul filium salvatorem suum palam salutavit.

† An M. 3836. Ol. 140. 3. Urb. C. 535. Ant. Ch. 217.

sione bene finiendi[16c] belli inductus, legitimum obtinendi imperii tempus excessisset: quodque filium optimæ indolis juvenem, rustico opere gravatum publicis usibus subtraheret.[17] Id postquam[18] Manlius[d] adolescens cognovit, protinus Urbem petiit, et se in Pomponii domum prima luce direxit. Qui existimans in hoc eum venisse, ut patris crimina, a quo plus justo aspere tractabatur, deferret, excedere omnes jussit cubiculo, quo licentius remotis arbitris indicium perageret. Nactus occasionem opportunam proposito suo juvenis, gladium, quem tectum[19] attulerat, destrinxit, tribunumque minis ac terrore compulsum jurare coëgit, a patris ejus accusatione recessurum: eoque effectum est, ne Torquatus[20] causam diceret. Commendabilis est pietas, quæ mansuetis parentibus præstatur: sed Manlius, quo horridiorem patrem habuit, hoc laudabilius periculo ejus subvenit, qui[21] ad eum diligendum præter naturalem amorem, nullo indulgentiæ blandimento invitatus fuerat.‡

4. Hanc pietatem æmulatus M. Cotta,[22e] eo ipso die, quo togam sumsit virilem, protinus ut e Capitolio descen-

quato. Vide Perizon. Animadv. Hist. p. 361.—16 Sic Pighius ex Gemblac. rescripsit. Ceteri Mss. et editt. veteres omnes *faciendi*, nisi quod Bit. prim. exhibet *benefiendi.* Idem Pighius conj. *conficiendi;* et sic Delph. et Torren. *occasione perficiendi belli.* Ab Aldo profectum videtur *ductus;* edd. antiquiores cum tredecim codd. Torren. *inductus.* Deinde multæ edd. *obtinendi legitimum imperii tempus;* cod. Perizon. *legitime obtinendi;* ceteri codd. cum Mog. ut in textu.—17 Codex Perizonii *publicibus subrtaheret;* sed alii omnes codd. servant: *publicis usibus subtraheret.*—18 *Quod cum Manlius* Leid. 1.—19 Tres codd. Torren. *tectus.*—20 Ita omnes codd. Torren. et edd. vett. *ne Imperiossus* Pigh. Coler. Thys. et Delph.—21 Sic est in vetustioribus editis et duodecim Mss. quare Torrenius restituit, cum Pighius aliique eum secuti dedissent *quia,* quod habent Leid. 6. et Leid. 7. ab al. m.—22 *M. Cocta* in

NOTÆ

[c] *Occasione finiendi belli*] Clavi figendi causa Dictator creatus erat; quod tamen bellum Hernicum affectaret, populus, Tribunique querebantur, ipseque seu vi, seu verecundia abiit Dictatura, ex Livio lib. VII.

[d] *Manlius*] Torquatus, qui tum pius in patrem, in filium postea nimio plus severus.

‡ An M. 3692. Ol. 104. 3. Urb. C. 391. Ant. Ch. 361.

[e] *M. Cotta*] Nullo gesto honore insignis, sed M. C. et L. Cottarum pater, qui Consules fuerunt.

dit, Cn. Carbonem,[23] a quo pater ejus damnatus fuerat, postulavit: peractumque[24] reum judicio afflixit, et ingenium et adolescentiam præclaro opere auspicatus.

5. Apud C. quoque Flaminium[f] auctoritas patria[25] æque potens fuit. Nam cum tribunus plebis legem de Gallico agro viritim dividendo, invito et repugnante senatu, promulgasset, precibus minisque ejus acerrime resistens, ac ne exercitu quidem adversus se[26] conscripto, si in eadem sententia perseveraret, absterritus, postquam pro Rostris ei legem jam referenti[27] pater manum injecit, privato fractus imperio, descendit e Rostris, ne minimo quidem murmure destitutæ concionis reprehensus.*

6. Magna sunt hæc virilis pietatis opera; sed nescio an his omnibus valentius[28] et animosius Claudiæ Vestalis virginis factum. Quæ cum patrem[g] suum triumphantem e curru violenta tribuni plebis[29] manu detrahi animadvertis-

multis codd. Mox quatuor I eidd. *a Capitolio.*—23 Omnes codd. Pighiani habent, *Cn. Carbonem;* quatuordecim Torren. aut *Gneum,* aut *Cneum,* quod est etiam in Mog. Venett. Mediol. 3. et Ascens. *G. Carbonem* in Copes.—24 Ita ex Camp. restituit Pighius; omnes fere codd. cum edd. vett. exhibent, *pertractumque;* Medic. 2. *protractumque;* Copes. *tractumque.*—25 Harl. *auctoritas paterna.*—26 Decem codd. Torren. cum Mog. *adversum se.* Perizonii codex *constricto* pro *conscripto.*—27 Ita omnes codd. et edd. vett. præter Leid. 1. qui habet *deferenti,* et Leid. 4. qui *ferenti.* Torrenius legendum conj. *perferenti,* improbante Kappio. Mox pro *fractus* Bitur. 1. exhibet *stratus.* Hic Torrenius e Leid. 5. *prnum numen* citat, et e Leid. 7. *numen* etiam recenti manu, pro qua lectione nescio.--28 Ultraj. 1. *et valentius.*—29 Copes. et tredecim Torren. cnm Vet. et Mog. non agnoscunt *plebis.* Ultraj. 1. *e curru triumphali violenta:* Leid. 5. *violentia tribuni.* Mox Ultraj. 1. delet *detrahi,* pro quo novem codd. Torren. et Vet. et Mog. habent *trahi.* Deinde Ultraj.

NOTÆ

[f] *Apud C. quoque Flaminium*] Qui ad Thrasimenum cecidit: legem tamen eam postea perlatam vel ex eo intelligere licet, quod et Polybius et Cicero causam belli Gallici fuisse testantur: addit Cicero patrem Flaminii majestatis accersitum fuisse, quod privata patris auctoritate Tribunitiam populi potestatem minuisset.

* An. M. 3282. Ol. 137. 1. Urb. C. 521. Ant. Ch. 231.

[g] *Quæ cum patrem*] Duo hic incerta sunt: unum, pater, an frater ille Claudiæ Vestalis fuerit; fratrem fuisse affirmat Suetonius in Tiberio; alterum, quis Claudius ille fuerit; Sigonius Ap. Clandium intelligit, qui anno Urbis 502. Consul privatis sumtibus triumphavit: nonnulli C. Claudium Cœci patrem; plerique Ap. Claudium Caudicem Cœci fratrem; ego Claudium Caudicem significari arbitror.

set, mira celeritate utrisque se interponendo, amplissimam potestatem inimicitiis accensam depulit. Igitur alterum triumphum pater in Capitolium, alterum filia in ædem Vestæ duxit.[30] Nec discerni potuit, utri plus laudis tribuerctur; cui victoria,[31] an cui pietas comes aderat.†

7. Ignoscite vetustissimi foci, veniamque æterni date ignes, si a vestro sacratissimo templo ad necessarium magis, quam[32] speciosum urbis locum contextus operis nostri progressus fuerit.[b] Nulla enim acerbitate fortunæ, nullis sordibus pretium caræ pietatis evilescit.[33] Quin etiam eo certius, quo miserius experimentum habet. Sanguinis ingenui[h] mulierem prætor apud tribunal suum capitali crimine damnatam, triumviro[34] in carcerem necandam tradidit. Quo receptam,[35] is qui custodiæ præerat, misericordia motus, non protinus strangulavit. Aditum quoque ad eam[36] filiæ, sed diligenter excussæ, ne quid cibi inferret, dedit: existimans futurum, ut inedia consumeretur. Cum autem jam dies plures[37] intercederent, secum ipse quærens, quidnam esset, quod tamdiu sustentaretur, curiosius observata filia, animadvertit illam exerto[38] ubere fa-

[b] *Si a templo vestro sanctissimo oratio mea transeat ad carcerem publicum, qui locus est urbi necessarius magis, quam splendidus.*

1. 2. *utrique se interponendo;* Copes. *imponendo.*—30 Medic. 1. et cod. Perizon. *induxit.*—31 Pighius, quem Colerus secutus est, *an cui victoria,* contra omnes libros Mss. et antiquas editiones: et sic Thys. et Delph.—32 Ita codd. Pigh. et Torren. *magisque speciosum* in edd. vett. *quam ad speciosum* Leid. 7. sed *ad* habet expunctum.—33 Leid. 4. *vilescit.*—34 Ita restituit Torren. auctoritate omnium suorum codd. et Mog. cum vulgo legeretur *in carcere.*—35 Sic ex Atreb. Gembl. et Colon. scripsit Pighius; et sic Brand. 1. 2. Leid. 1. 2. 5. 6. 7. Ultraj. 2. Copes. Bitur. 1. et Mog. alii codd. cum Vet. Ald. Colin. Gryph. et Steph. *quam receptam.* Mox Copes. protinus *transgulavit.*—36 Ultraj. 1. delet *ad eam.* Nonnulli Torren. *nequid sibi.* Pro *inferret* Barb. 1. *deferret;* Bitur. 1. 2. *referret.*—37 Multi codd. *plures jam dies;* Medic. 1. *plerique jam dies;* Mediol. 3. *jam dies plerique.*—38 Harl. *extractoque;* Barb. 1. *extracto,* et pro v. l. *exerto;* Ultraj. 1. *extento.* Paulo

NOTÆ

† An. M. 3790. Ol. 129. 1. Urb. C. 489. Ant. Ch. 263.

[h] *Sanguinis ingenui*] Ignobilis puerpera, ex Plin. lib. VII. patrem aluit, ex Festo, matrem ex omnibus aliis.

mem matris lactis sui subsidio lenientem. Quæ tam admirabilis spectaculi novitas ab ipso ad triumvirum,[i] a triumviro ad prætorem, a prætore ad consilium[39] judicum perlata, remissionem pœnæ[j] mulieri impetravit. Quo non penetrat, aut quid non excogitat pietas, quæ in carcere servandæ genitricis novam rationem invenit? Quid enim tam inusitatum, quid tam inauditum, quam matrem natæ uberibus alitam? Putaret[40] aliquis hoc contra rerum naturam factum; nisi diligere parentes prima naturæ lex esset.

EXTERNA.

1. Idem prædicatum de pietate Perus[41] existimetur, quæ patrem suum Cimona[42 k] consimili fortuna affectum, parique custodiæ traditum, jam ultimæ senectutis, velut infantem pectori suo admotum aluit. Hærent ac stupent hominum oculi, cum hujus facti pictam imaginem vident, casusque antiqui conditionem,[43] præsentis spectaculi admiratione renovant; in illis mutis membrorum lineamentis

post *sui* delet Bitur. 1. *lactis sui præsidio* exhibet Leid. 5.—39 Ita est in codd. et Vet. *ad concilium* Pigh. Coler. Thys. et Delph. Mox *matri impetravit* codex Perizon. Harl. Barb. 2. et Medic. 1. probante Torrenio: *culpæ* pro *pœnæ* Barb. 2. et Copes. *pœnæ mulieri* omittit Medic. 2.—40 *Putaverit* Barb. 1. Leidd. 2. 6. et Copes. cum multis edd. ante Pighium; *Putarit* Harl. Bitur. 1. Ultraj. 1. 2. unus Perizon. Vet. Mog. et Mediol. 3.—41 *Idem fecisse pero prædicatur* in Winck. *Idem fecisse Perio prædicatur* Leid. 4. *de pietate Pero existimetur* Harl. et Mog. *de pietate prius* unus Brand. et Camp. *de Pietate perus* Camp. in marg. Leid. 7. Herbip. et Aldd. *de pietate ruis* unus Perizon. et Venett. *de pietate rius* Atreb. *de pietate alterius* Leid. 7. in marg. *de pietate ejus* ceteri fere cum vulgg. Pighius delevit *prædicatum*, quod ab uno codd. abesset, at habent illud Brand. 1. 2. et plerique Torren.—42 'Pighius in margine ascripsit: alii *Conona*. Colerus existimat *Cimona* perperam ex sequenti exemplo huc ascendisse. Munkerus ad Hygin. vult *Mycona*, tunc vero filia non potest nomen *Perus* habuisse sed *Xanthippes*. Nihil certi de nomine patris et filiæ dici potest.' *Kapp.*—43 Perizonius conj. *cognitionem.*—

NOTÆ

[i] *Ad triumvirum*] Capitalem, cujus erat carceris habere custodiam, de furibus, servis, aliisque hujusmodi infimæ sortis hominibus judicare: alii enim erant Triumviri nocturni, monetales, &c.

[j] *Remissionem pœnæ*] Non vita solum concessa matri, sed data etiam utrique perpetua alimenta, locusque Pietati templo extructo consecratus.

[k] *Cimona*] Quis ille Cimon, quæve Pero illa, obscurum est.

viva ac spirantia corpora intueri credentes. Quod necesse est animo quoque evenire, aliquanto efficaciore pictura literarum, vetera pro recentibus admonito recordari.[c][44]

2. Ne te quidem, Cimon,[1] silentio involvam, qui patri tuo sepulturam voluntariis vinculis emere non dubitasti. Nam etsi maximo tibi postea et[45] civi, et duci evadere contigit, plus tamen aliquanto laudis in carcere, quam in curia, assecutus es. Ceteræ enim virtutes admirationis tantummodo multum, pietas vero etiam amoris plurimum meretur.[46] ‡

3. Vos quoque fratres, memoria complectar, quorum animus origine fuit nobilior. Siquidem admodum humiles in Hispania nati, pro parentum alimentis spiritum erogando,[47] specioso exitu vitæ inclaruistis.[d] Duodecim enim millia nummum, quæ post mortem vestram his darentur, a Paciæcis[48] pacti,[m] ut eorum patris interfectorem Epastum, gentis suæ tyrannum, occideretis: nec ausi solum insigne facinus estis, sed etiam strenuo ac forti exitu clausistis.[49]

[c] *Quodque necesse est quoque evenire, ut animus admonitus pictura literarum ad illum movendum potentissima, ita recordetur vetera, quasi essent recentia.*

[d] *Vitæ exitu illustri clari facti estis, dum mortem ipsi subiistis, ut parentes vestri alerentur.*

44 'Sic edidit Vorstius, quem recte secutus est Torrenius. Colerus cum Pighio dederat, *admonitos;* quod quidem fere omnes Mss. servant, sed Ascens. Gryph. Steph. et Lugd. *admonito. Vetera prodentibus admonitos recordari* ed. Vet. Aldus, Colin. Lips. unde Lipsius legendum censet: *vetera a prudentibus admonito recordari,* quæ conjectura a Gronovio probatur, præter rem.' *Kapp. prodentibus* Barb. 1. 2. Ultraj. 1. Medic. 1. et Leid. 2. *prodeuntibus,* vel *prodeūtibus,* in aliis.—45 Nonnulli codd. Torren. delent *et* ante *civi;* et paulo post Leid. 4. delet *aliquanto.*—46 Unus atque item alter Torren. *mereretur.*—47 Ita omnes codd. et edd. ante Pighium, qui tacite edidit *erogantes;* eumque secuti sunt Coler. Thys. et Delph.—48 Novem codd. Torren. et edd. ante Pighium habent: *a filiis Patietis;* alii codd. *pacietis,* vel *paciætis;* Leid. 5. et unus Brand. *paciacis;* Mog. *a filiis pacinetis.* Torrenius non videt, cur expelli debuerit *filiis.* Deinde nonnulli codd. cum edd. vett. *pacti estis.*—49 Ita Pighius ex Atreb. Winck. Sus. aliis; ita quoque unus Brand. Ultraj. 1. et Leid. 5. *claruistis* Copes. unus Brand. Ultraj. 2. unus Perizon. Leidd.

NOTÆ

[1] *Cimon*] Miltiadis filius, de quo paulo ante. Diversus a patre Perus.

‡ An. M. 3563. Ol. 72. 2. Urb. C. 262. Ant. Ch. 490.

[m] *A Paciæcis pacti*] Nobilis Paciæorum apud Hispanos familia jam inde a Cæsaris temporibus, ut patet ex Epistola Ciceronis ad Leptam Famil. lib. VI.

Iisdem enim manibus Paciæcis ultionem, Epasto[50] pœnam, genitoribus nutrimenta, vobis gloriosa fata[51] peperistis. Itaque tumulis etiam nunc vivitis, quia parentum senectutem tueri, quam vestram expectare, satius[52] esse duxistis.

4. Notiora sunt fratrum paria, Cleobis et Biton,[n] Amphinomus et Anapus:[53][o] illi, quod ad sacra Junonis peragenda matrem vexerunt:[54] hi, quod patrem et matrem humeris per medios ignes Ætnæ portarunt: sed neutris pro spiritu parentum exspirare propositum fuit.

5. Nec ego[55] Argivam detrecto laudem, aut Ætnæi montis gloriam involverim:[56] verum obscuriori propter

1. 6. 7. Medic. 2. et omnes edd. vett.—50 *Epasti* in iisdem. Tum pro *nutrimenta*, quod tredecim codd. cum omnibus edd. vett. exhibent, Pighius dederat *alimenta*, eumque secuti sunt Coler. Thys. et Delph.—51 Leid. 5. *gloriosa nomina.*—52 Harl. Medic. 2. et Leid. 1. *sanctius.*—53 Pro *Amphinomus* codd. habent *Phynomus*, *Naphinonius*, *Amphionus*, *Amphionis*, *Amphinonius*, vel *Amphionomus*. Pro *Anapus* in Venett. legitur *Anaphias*; in quatuordecim Torren. *Anaphas*; Salmas. ad Solin. p. 110. legendum censet *Anapis*. Mox Leid. 2. *illi primi quod ad sacra.*—54 Quinque Torren. *vexerint*. In undecim codd. ejusdem et Mog. vox *Ætnæ* desideratur, et recte, judice Torrenio; *per medios ignes portare etne partarint* Medic. 2. et Leid. 7. *portarint* quinque Torren. et Copes.—55 Ita novem codd. Torren. et edd. ante Pighium, qui dederat *Nec ergo.*—56 Ita Barb. 1. Medic. 1. Leidd. 3. 7. et Copes. cum alio Perizon. Iidemque mox *verum* omittunt et legunt: *obscuriori tamen propter*, vel *sed obscuriori propter*. 'Ultraj. 1. 2. aliique pro *involverim* habent *minuerim*. Brand. septemque alii, Mss. et Vet. *minuo*. Unde Torrenius Valerium scripsisse credit: *gloriam minuo: verum, &c.* Quod *minuo* optime respondeat τῷ *detrecto*, et posterior *erim* adhæsisse ei videri possit ex sequenti *verum*, et verbum *involvere* fere postulet sibi addi aliquod substantivum. Si verum fatear, verbum *involvere* a Valerio profectum mihi videtur, quod librarii in *minuere* mutarunt; nam *involvere* i. e. *obruere*, *tegere*, opponitur τῷ *notitiæ lumen admovere.*' Kapp. Porro pro *aut Ætnæi* Ultraj. 2. habet, *aut nec Ætnæi*, quomodo in Mog. nonnulli exhibent *Ætnæ montis*. Perizon. legebat: *obscu-*

NOTÆ

[n] *Cleobis et Biton*] Argivæ Sacerdotis filii, quam cum ad solenne sacrificium currn vehi Dea jussisset, morarenturque jumenta; tum juvenes posita veste corpora unxerunt oleo, et ad jugum accesserunt. Ita Sacerdos adducta in fanum a Dea precata dicitur, ut illis daret pro pietate, quod maximum hominibus dari possit a Deo: post, epulatos cum matre somno se dedisse, mane inventos mortuos. Ita Cicero in Tuscul.

[o] *Amphinomus et Anapus*] In his nominibus variant auctores; sed non magni interest: eorum memoriam adeo venerata est posteritas, teste Solino, ut sepulcri locus vulgo diceretur, 'Locus piorum.'

ignorantiam pietati notitiæ lumen admoveo.[e] Sicut Scythis[57p] libenter pietatis testimonium reddo. Dario[q] enim totis[58] regni sui viribus in eorum regiones[59] subinde impetum facienti, paulatim cedentes, ad ultimas Asiæ solitudines[60] pervenerant. Interrogati[61] deinde ab eo per legatos, 'quem fugiendi finem, aut quod initium pugnandi facturi essent,' responderunt, 'Se nec urbes ullas, nec agros cultos, pro quibus dimicarent, habere. Ceterum cum ad parentum suorum monumenta venissent,[62] sciturum quem-

[e] *Nolim ego minuere laudem Argivorum Cleobis et Bitonis, nec obscurare gloriam Amphinomi et Anapi, qui radices montis Ætnæ incolebant; verum pietatem ob ignorantiam minus notam prædico, ut omnes illam laudent.*

riori tantum propter ignorantiam pietati notitiæ lumen admoveo.—57 Unus Brand. *Sic Scythis;* Copes. *Sic et Scythis;* unde Perizonius conj. *Sicut et Scythis,* quod, inquit Torrenius, non possit sane displicere. In margine Coleri additur: 'Forte *Si.*'—58 Ita Kappius ex undecim codd. Torren. et edd. vett. *totius,* quod dederat Pighius, habet Leid. 5. sed expunctum est *u.* Pighium secuti sunt Coler. Thys. Delph. et Vorst.—59 Hoc a Pighio est: edd. vett. cum plerisque codd. exhibent *regionibus.* Pro *subinde* Cop. Leid. sext. Harl. Med. sec. et Periz. habent *subitum.* Quia vero Darius hanc expeditionem semel tantummodo suscepit, Torrenius vel *subitum* rescribendum putat, vel *subinde* explicandum, quia subinde castra ulterius promoverit in eorum regionibus, dum illi paulatim cederent.—60 'Copes. et Barb. prim. *ad ultimum jam solitudinis.* Leid. quint. et sext. cum Aldo, *ad ultimas jam solitudines.* Reliqui cum Mog. et Vet. *ad ultimas Asiæ solitudines.* Perizonius malit lectionem Copes. et Barb. 1. quocum facit Torrenius. Priscæ lectionis vestigia sunt in codice Perizon. qui habet: *ad ultimum Asiam solitudinis:* erat nempe in antiquo codice scriptum *solitudinis,* antique pro *solitudines.* Librarius putavit hunc secundum casum singularis numeri esse, et *ultimas* mutavit in *ultimum,* ut fieret *ultimum jam solitudinis.* Alius librarius ultimæ syllabæ vocis *ultimum* suprascripsit *as,* nempe ut indicaret, non *ultimum* sed *ultimas* legendum esse; supervenit tertius librarius, qui animadvertit *as* suprascriptum, illudque cum sequente *jam* (*iam*) conjunxit unde factum est *Asiam,* et tandem *Asiæ.* A Valerio ergo profectum est: *ultimas jam solitudines.*' Kapp.

NOTÆ

[p] *Scythis*] Scythia duplex fuit, ex Ptolemæo; Europæa, quæ minor dicitur, in quam Darius profectus est; Asiatica, quæ major, in qua Cyrus a Massagetis occisus. Minor Borysthene et Tanai terminatur, ubi nunc Tartari Præcopenses, et Moscovitæ. Major iterum duplex; una a Tanai ad montem Imaum, juxta Caspium mare extenditur: secunda ex una parte Imao, ex altera Sacis et India definitur, ubi nunc Tartari, et regnum *Mogol.*

[q] *Dario*] Hystaspis filio, qui bellum in Scythas temere movit; Istroque transmisso illos diu frustra insecutus, cum nulla pugnandi copia fieret, amissis suorum 90. millibus in Asiam rediit.

admodum Scythæ præliari solerent.' Quo quidem uno tam pio dicto, immanis et barbara gens ab omni se feritatis crimine[63] redemit.* Prima igitur et optima rerum natura pietatis est magistra, quæ nullo vocis ministerio, nullo usu literarum indigens, propriis ac tacitis viribus, caritatem parentum pectoribus liberorum infundit. Quid ergo doctrina proficit? ut politiora scilicet, non ut meliora fiant ingenia: quoniam quidem solida virtus[64] nascitur magis, quam fingitur.

6. Quis enim plaustris[65] vagos, et sylvarum latebris corpora sua tegentes, in modumque ferarum laniatu pecudum viventes, Dario sic respondere docuit? Illa nimirum, quæ etiam Crœsi filium loquendi usu defectum, ad protegendam patris incolumitatem ministerio vocis instruxit.[f] Captis enim a Cyro Sardibus,[r] cum unus e numero Persarum, ignarus viri, in cædem ejus concitato[66] ferretur impetu: velut oblitus, quid sibi nascenti fortuna denegasset, 'ne Crœsum regem[s] occideret,' proclamando,

f Quæ etiam filio Crœsi usu loquendi destituto vocem dedit ad defendendam patris salutem.

—61 *Interroganti* Bitur. 1.—62 Perizonius malit *venisset.*—63 Octo codd. Torren. cum Mog. *dictu .... feritatis discrimine.* Barb. 1. *redimit.*—64 Ita codd. Pigh. et Torren. cum Mog. Venett. et Mediol. *ut politiora, sed non .... sola virtus* Aldd. Colin. Gryph. et Steph.—65 Harl. Bitur. 1. et Leidd. quatuor, *palustres;* Ultraj. 1. 2. *plaustres;* Leid. 6. *palustribus.*—66 Copes. *incitato:* Leid. 7. *ferretur spiritu*, et pro v. l. *impetu.* Mox pro *fortuna* Copes. uterque Med. cum Periz. et Barb. prim. *natura*, quod Perizonius præfert;

NOTÆ

* An. M. 3536. Ol. 65. 3. Urb. C. 235. Ant. Ch. 517.

r *A Cyro Sardibus*] Bis cum Cyro Crœsus pugnaverat, bisque ab eo victus Sardes refugit, sed frustra; nam paulo post urbe capta in Cyri venit potestatem.

s *Ne Crœsum Regem*] Quamvis idem quod Valerius de Crœsi filio referant Herodotus, Xenophon, Gellius, et alii; est tamen, cur falsum esse id suspicer, cum Herodotus, a quo sumserunt ceteri, scribat hunc puerum et mutum fuisse et surdum: vix enim reperire est quempiam a puero mutum, quin et idem surdus sit; si vero surdus fuit, unde didicit hæc verba, Ὦ ἄνθρωπε, μὴ κτείνε Κροῖσον; adde, quod non omnino auctores illi inter se consentiant. Plinius Junior scribit infantem tum semestrem fuisse; Solinus, qui Atym illum vocat, facit haud paulo grandiorem, nec vult militi, qui Crœso necem intentaret, sed ipsi Cyro his verbis locutum esse: 'Parce meo patri, Cyre, et te homi

pæne jam impressum jugulo mucronem revocavit. Ita qui ad id tempus mutus sibi[67] vixerat, saluti parentis vocalis factus est.†

7. Eadem caritas Italico bello Pinnensem[t] juvenem, cui Pultoni[68] erat cognomen, tanto animi corporisque robore armavit, ut cum obsessæ urbis suæ claustris præsideret, et Romanus imperator patrem ejus captivum, in conspectu ipsius constitutum,[69] destrictis militum gladiis circumdedisset, 'occisurum se' minitans, 'nisi irruptioni suæ iter præbuisset,' solus e manibus[70] senem rapuerit; duplici pietate memorandus, quod et patris servator, nec patriæ fuerit proditor.‡

frustra, judice Kappio.—67 Leid. 5. delet *sibi.*—68 Ita Pigh. ex Atreb. aliisque codd. itaque Brand. 1. 2. nonnulli Torren. et Mog. *Pinensem j. c. Plutoni* Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *Premensem* Harl. *Prienensem* Bitur. 1. *Picenensem* Leid. 1. *Privernensem* Leid. 6. *Piumensem* Leid. 5. *Puniensem* Ultraj. 1. *Plutoni* Leid. 6. et Bitur. 1. *Pulton* Medic. 2. et duo Leidd. *Pulto* Leid. 4. Idem mox pro *robore* habet *vigore.*—69 Medic. 2. *constitueret occisurum,* deletis his: *districtis militum gladiis circumdedisset.*—70 Nonnulli codd. post *manibus* addunt *eorum:* alii *rapuit.* Mox Leid. 7. *duplicique pietate.* Undecim Torren. *nec patriæ fuit proditor.*

NOTÆ

nem vel nostris casibus disce.'

† An. M. 3506. Ol. 58. 1. Urb. C. 205. Ant. Ch. 547.

[t] *Pinnensem*] Pinna Vestinorum oppidum in Italia; nunc *Citta di Penna.* De bello Italico supra.

‡ An. M. 3965. Ol. 172. 4. Urb. C. 664. Ant. Ch. 88.

CAP. V.

DE BENEVOLENTIA FRATERNA.[1]

1 P. Africani majoris.
2 M. Fabii Vibulani Cos.
3 Ti. Cæsaris Augusti.
4 Militis cujusdam.

HANC caritatem[2] proximus fraternæ benevolentiæ gradus excipit. Nam ut merito primum amoris vinculum

1 A Pighio hoc est: ceteræ edd. cum plerisque codd. *De pietate erga fratres.*—2 Sic omnes codd. Torren. et edd. ante Pigh. præter Vet. quæ cum

ducitur, plurima et maxima beneficia accepisse: ita proximum judicari debet simul accepisse. Quam copiosæ enim suavitatis illa recordatio est! In eodem domicilio antequam nascerer, habitavi: in iisdem incunabulis[3] infantiæ tempora peregi: eosdem appellavi parentes: eadem pro me vota excubuerunt: parem ex majorum imaginibus gloriam traxi. Cara est uxor, dulces liberi, jucundi amici, accepti affines: sed postea cognitis nulla benevolentia accedere[4] debet, quæ priorem exhauriat.

1. Atque hoc teste Scipione[5] Africano loquor, qui tametsi arctissima familiaritate Lælio junctus erat,[a] attamen senatum supplex oravit, 'ne provinciæ sors[6] fratri suo erepta ad eum transferretur:' legatumque se L. Scipioni in Asiam iturum promisit; et major natu minori, et fortissimus imbelli,[7][b] et gloria excellens laudis inopi, et, quod super omnia est, nondum Asiatico, jam Africanus. Itaque clarissimorum cognominum[8] alterum sumsit, alterum dedit; triumphique prætextam hujus excepit,[9] illius tradidit: ministerio aliquanto major, quam frater imperio.[a] *

[a] *Ipseque induit vestem triumphalem ob victorias in Africa relatas, tradiditque fratri ob victorias in Asia reportandas.*

Pighio, Coler. Thys. et Delph. habet *pietatem*. Postea aliquot codd. *benivolentiæ*.—3 Ultraj. 1. Copes. et quinque Leidd. *cunabulis*.—4 Codex Perizonii *accidere*, quod ille malit.—5 Harl. delet *Scipione*, et Medic. 1. delet *Africano*. Deinde pro *junctus erat* Copes. habet *vinctus erat*; Leid. 7. et Medic. 2. *victus erat*.—6 Codex Perizon. *ne prona consors*; Medic. 1. *ne prona cum sors*, sed expungitur *cum*.—7 Ita Pigh. ex Cauch. Gembl. et Camp. et ita duodecim codd. Torren. et Vet. cum Aldus aliique edidissent: *et fortissimus, et belli*; unus Brand. Ultraj. 2. et Leid. 4. *et fortissimus imbecilli*. Pro *et major natu minori*, nonnulli codd. Torren. *et natu major juniori*. Guyeto bis *et*, ante *major* et ante *gloria*, delendum videbatur.—8 Vet. *clarissimorum nominum*.—9 Undecim codd. Torren. cum Vet. Mog. Venett. et Mediol. 3. *hujus cepit*; Copes. *hujus accepit*; Leid. 6. *hujus excepit*; cur spretum sit *cepit* interrogant

NOTÆ

[a] *Lælio junctus erat*] Qui Scipionis legatus tum in Hispania tum in Africa multa præclare gesserat, a L. Scipione petierat, ut provincias Senatus potius arbitrio, quam sorti permitteret.

[b] *Fortissimus imbelli*] Vix ego adduci possum, ut credam L. Scipionem id temporis aut imbellem aut rudem artis militaris fuisse: quod tradit etiam App. cum in Hisp. et Asia tot annis una cum fratre militasset.

* An. M. 3864. Ol. 147. 3. Urb. C.

2. M. vero Fabius[c] consul, inclyta pugna[d] Hetruscis et Veientibus[10] superatis, delatum sibi summo senatus populique studio triumphum ducere non sustinuit: quia eo prælio Q. Fabius, frater ejus, consularis fortissime dimicans occiderat. Quantam in eo pectore pietatem fraternæ caritatis[11] habitasse existimemus, propter quam amplissimi honoris tantus fulgor extingui potuit? †

3. Hoc exemplo vetustas, illo sæculum nostrum ornatum est: cui contigit fraternum jugum Claudiæ prius, nunc etiam Juliæ gentis[e] intueri decus.[b] Tantum enim amorem princeps parensque noster insitum animo fratris Drusi habuit, ut cum Ticini,[f] quo victor hostium ad complectendos parentes venerat, gravi illum et periculosa[g] valetudine

[b] *Cui contigit cernere mutuum amorem duorum fratrum Tiberii et Drusi, qui prius Claudiæ, nunc Juliæ genti decori sunt.*

Torren. et Kapp. Mox Ultraj. 2. *ministerio fratris aliquanto major.*—10 'Ita Aldus et alii. Pro *Hetruscis* Mss. quinque et Mog. *et amicis*, septem cum Vet. *et amiclis*, alii *et amiculis;* unde Pighius conjicit *et Æquicolis.* Al. *Et Aruncis*, al. *et Ernicis.* Lectio vulgata bene se habet.' *Kapp.*—11 Bitur. 1. *fraternæ pietatis charitatem.* Paulo post septem codd. Torren. cum Vet. et

NOTÆ

563. Ant. Ch. 189.

[c] *M. vero Fabius*] Vibulanus et Q. Cæso fratres, septem continuis annis Consules.

[d] *Inclyta pugna*] Majori quidem et animo et numero nondum a Romanis certatum erat; dubia tamen fuisset victoria, nisi Hetrusci desertis castris noctu aufugissent. Consulum alter C. Manlius, Q. Fabius Legatus, multique Tribuni ceciderunt; ipseque M. Fabius immani vulnere saucius, Magistratu abdicare se coactus est.

† An. M. 3575. Ol. 75. 2. Urb. C. 274. Ant. Ch. 478.

[e] *Fraternum jugum Claudiæ....gentis*] Tiberius et Drusus trahebant utrumque genus a Claudia gente; paternum a Ti. Nerone, maternum ab Ap. Pulchro, quorum uterque Ap. Cœci filius fuit. Tiberium vero et Drusum Augustus in gentem Juliam adoptavit.

[f] *Ticini*] Nomen et fluvii et urbis in Insubria; fluvius in Padum influit, nomenque dedit urbi vicinæ, nunc *Pavie;* quo Tiberius victis Liguribus venerat.

[g] *Gravi illum et periculosa, &c.*] Contemtis auguriis Drusus in Germaniam redierat, jamque Cattos, Suevos, aliosque ad Albim usque populos vicerat; cum ecce, dum Albim transire cogitat, mulier humana specie major, 'Quo,' inquit, 'festinas, insatiabilis Druse, non omnia tibi adire et cernere concessum est: sed cede retro, nam et operum tibi et vitæ

in Germania [12] fluctuare cognosset, protinus inde metu attonitus erumperet. Iter quoque quam rapidum [13] et præceps velut uno spiritu corripuerit, eo patet, quod Alpes Rhenumque transgressus die ac nocte [14] mutato subinde equo, ducenta millia passuum, per modo devictam barbariem,[c] Antabagio [15] duce solo comite contentus, evasit. Sed eum tunc maximo [16] labore et periculo implicatum, mortaliumque frequentia defectum,[d] [17] sanctissimum pietatis numen, et Dii fautores eximiarum virtutum, et fidissimus Romani imperii custos Jupiter comitatus est. Drusus quoque, quanquam fato jam suo, quam illius [18] officio propior erat, vigore spiritus et corporis viribus collapsus,[e] eo

[c] *Confecit ducenta millia passuum per regiones barbarorum a Druso nuper subactas.*

[d] *Destitutum multitudine hominum, qui ipsum comitari solent.*

[e] *Drusus quoque, tum privatus omnibus corporis viribus, licet morti imminenti propior esset, quam ut ullum fratri officium exhibere posset.*

Mog. *honoris fulgor extingui,* deleto *tantus;* Medic. 2. *extinctus est.*—12 Ita omnes codd. et edd. ante Pighium, qui dederat *in Germaniam.* Multi codd. Torren. *valitudine in Germania f. cognosceret;* alii *cognovisset.* Mox undecim codd. ejusdem cum Vet. et Mog. *protinus idem;* Leid. 2. *protinus inde mentem,* quod non omnino spernat Torren. Leid. 4. *erumpens.*—13 *Idem quoque rapidum iter* Harl. *Idem quoque quam rapidum inter et preces* Leid. 2. *Iter quoque quam rapidum quem et præceps* Copes. cum alio Perizon. unde Torren. conj. *Idem quoque quam rapidum iter et quam præceps.*—14 Copes. Ultraj. 2. Medic. 1. et Leidd. 3. 4. *die ac noctu.* Mox ante Pighium legebatur, *ducentis millibus,* ut est in Harl. sed reliqui codd. cum Mog. favent emendationi Pighianæ. Deinde omnes codd. et edd. ante eundem Pigh. *barbariam.*—15 Octo codd. Torren. *Namantabagio,* vel *Nam Antabagio;* Harl. *Nabantabagio;* Ultraj. 1. *Naucabagio;* Leid. 1. *Antabio;* Mog. *Antabagio;* et sic ceteræ edd. præter Mediol. 3. in qua est *Antabagio.*—16 Harl. Bitur. 1. 2. Medic. 1. 2. Ultraj. 1. 2. et Barb. 1. *cum maximo,* quasi esset *cum maxime.*—17 Dan. unus Brand. et Leidd. 4. 7. *affectum* pro *defectum;* unde Coler. conj. *infrequentia affectum:* Harl. habet *mortalium quoque frequentia defectum.* Paulo post novem codd. Torren. cum Vet. et Mog. *fidelissimus.*—18 'Sic uterque Med. cum Leid. prim. quint. sext. sept. Cop. et Vet. Lips. 1. 2. Lugd. habent, recte; nam nimis diserta est oppositio inter *suo* et *illius,* scil. Tiberii. 'Officium Tiberii,' est officium Tiberio præstandum. *ullius* dederat Pighius aliique post eum editores, etiam Torrenius. Perizonius et Guyetus legunt *illi officio,* præter necessitatem.' *Kapp.* Mox nonnulli codd. Torren. delent *ipso tamen;* sed

NOTÆ

finis adest.' Exhorruit Drusus, tropæisque positis inde discessit: at paulo post Rhenum inter et Salim anno ætatis trigesimo, vel morbo, ut placet Straboni, Suet. et Dion. vel fractura, equo super crus ejus collapso, ut legitur in Livii Epitome lib. CXL. mortuus est.

ipso tamen, quo vita et mors distinguitur, momento, 'legiones cum insignibus suis fratri obviam procedere' jussit, 'ut imperator salutaretur.' Præcepit [19] etiam, 'dextra in parte prætorium ei statui,' et 'consulare et imperatorium nomen obtinere' voluit. Eodemque tempore, et fraternæ majestati cessit, et vita excessit.‡ His scio equidem nullum aliud quam Castoris et Pollucis specimen consanguineæ caritatis convenienter adjici posse. [20]

4. Sed omnis memoriæ clarissimis imperatoribus profecto non erit ingratum, [21] si militis summa erga fratrem suum pietas huic voluminis parti adhæserit. Is namque in castris Cn. Pompeii[h] stipendia peragens, cum Sertorianum militem acrius sibi in acie [22] instantem cominus interemisset, jacentemque spoliaret: ut fratrem germanum esse cognovit, multum ac diu convitio Deos [23] ob donum impiæ victoriæ insecutus, [24] prope castra transtulit, et pretiosa veste opertum rogo imposuit. Ac deinde subjecta face, protinus eodem gladio, quo illum interemerat, pectus suum transverberavit: seque super corpus fratris prostratum, communibus flammis cremandum tradidit. Licebat ignorantiæ beneficio innocenti vivere: sed ut sua potius pietate, quam aliena venia uteretur, comes fraternæ neci non defuit. *

Bitur. 1. solum *tamen*.—19 Ita Pighius ex codd. Perizonius punctum ante *præcepit* delet, et post hanc vocem ponit, atque ante *ut imperator* cum Vet. aliisque *et* intrudit. Medic. 2. pro *salutaretur* habet *consalutaretur*. Deinde octo Torren. *dextram in partem*.—20 Barb. 1. et Medic. 1. *adduci posse*; Harl. *adipisci posse*.—21 Plerique scripti hoc ordine: *ingratum non erit*; item: *huic parti voluminis*.—22 Vulgo ante Pighium *in aciem* non probantibus codd. plerisque. Deinde *jacentemque despoliaret* in Copes.—23 Idem codex *convicio superos*.—24 Sic undecim codd. Torren. cum Vet. Mog. aliisque edd. ante Pighium, qui dederat *insectatus*. Nostram lect. revocavit Torrenius.

NOTÆ

‡ An. M. 4045. Ol. 192. 4. Urb. C. 744. Ant. Ch. 8.

[h] *In castris Cn. Pompeii*] In castris Cinnæ id contigisse tradit Abbreviator Livii lib. LXXIX. quare, vel duo fuerunt hujusmodi exempla, vel eorum alter fallitur: uter, si possis, conjice.

* An. M. 3978. Ol. 176. 1. Urb. C. 677. Ant. Ch. 75.

CAP. VI.

DE PIETATE ERGA PATRIAM.

1 L. Junii Bruti primi Cos.
2 M. Curtii equ. Rom.
3 M. Genutii Cipi præt.
4 Q. Ælii Pæti prætoris.
5 P. Decii Q. F. Cos.
6 P. Decii P. F. Cos.
7 P. Africani majoris.
8 Civium Romanorum.

EXTERNORUM.

1 Codri regis Atheniensium.
2 Thrasybuli Atheniensis.
3 Themistoclis Atheniensis.
4 Philænorum fratrum.
5 Aristotelis Stagiritæ.

ARCTISSIMIS sanguinis vinculis pietas satisfecit: restat nunc ut patriæ exhibeatur. Cujus majestati, etiam illa, quæ Deorum numinibus æquatur, auctoritas parentum vires suas subjecit: fraterna quoque caritas æquo animo ac libenti [1] cedit; summa quidem cum ratione. Quia eversa domo, intentatus [2] reipublicæ status manere potest: urbis ruina, penates omnium trahat secum [3] necesse est. Verum quid attinet verbis ista complecti? quorum tanta vis est, ut aliqui ea salutis [4] suæ impendio testati sint.

1. Brutus consul primus cum Arunte Tarquinii [5] Superbi, regno expulsi, filio in acie ita [equo] concurrit, ut pariter illatis hastis, uterque mortifero [6] vulnere [a] ictus exanimis

1 Complures codd. et edd. ante Pighium, *ac libenter*.—2 'Ita Pighius ex Cauchiano rescripsit. Atreb. et Gembl. *intestatus*. In duobus Lipsii veteribus *interdum proprius*, (i. e. stabilis, perpetuus opponiturque *τῷ eversa*) et sic quoque legitur in Leid. tert. et quart. et Vet. Ceteri Mss. Torreniani et Brand. *interdum*, omisso *proprius*. Lipsius malit *intemeratus*, Torrenius vero conjicit *intactus*. Mihi videtur *proprius* vera lectio esse, quam explicarunt *intentatus*, unde ortum *interdum*, et tandem *interdum proprius*.' Kapp.—3 Ita e vet. cod. Pighius, nec aliter Brand. 1. 2. et omnes Torren. cum Mog. et Mediol. 3. *penates omneis secum trahat* Aldd. Colin. Gryph. et Steph.—4 Sic Pighius ex Cauch. et aliis codd. *ea* omittunt Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. Steph. &c. *ut alio salutis* undecim codd. Torren. cum Vet. et Mog.—5 Perizonius malit *Tarquinio*. Mox multi codd. *in aciem ita concurrit*; desideratur *equo* etiam in optt. codd. Torren. et Vet. Mog. et Mediol. 3. ideo uncis inclusit Kappius.—6 Pighius e quatuor codd. *mortifico*, quod receperunt Colcr. Thys. et Delph. idem habent unus Perizon. Barb. 2. Medic. 1.

NOTÆ

[a] *Uterque mortifero vulnere*] Mortem Bruti descripsimus lib. 1. c. 4. n. 6.

prosterneretur.* Merito adjecerim[7] populo Romano libertatem suam magno stetisse.

2. Cum autem in media parte[8] fori, vasto ac repentino hiatu terra subsideret, responsumque esset, 'ea re illum[9] tantummodo compleri posse, qua populus Romanus plurimum valeret:' Curtius et animi et generis nobilissimus adolescens, interpretatus Urbem nostram virtute armisque præcipue excellere, militaribus insignibus[b] ornatus, equum conscendit,[10] eumque vehementer admotis calcaribus præcipitem in illud profundum egit: super quem universi cives honoris gratia certatim fruges injecerunt, continuoque terra pristinum habitum recuperavit.† Magna postea decora in[11] foro Romano fulserunt: nullum tamen hodieque pietate Curtii erga patriam clarius obversatur[12] exemplum: cui principatum gloriæ obtinenti consimile factum subnectam.

3. Genucio Cipo[13c] prætori, paludato portam egredienti, novi et inauditi generis prodigium incidit. Namque

Leid. 1. et Mog. *mortifero* in aliis codd.—7 Ita Pighius et Mog. *objecerim* Brand. 1. 2. unus Perizon. et octo Torreniani cum Vet. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. et Steph.—8 Brand. 1. 2. et octo Torren. cum Vet. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *in mediam partem;* alii codd. cum ceteris edd. *in media parte,* ut edidit Pighius.—9 Sic plurimi codd. et edd. antiq. quidam *re illum;* duo Leidd. *illa re;* Vet. *re illa illum;* Bitur. 1. *hiatum compleri,* deleto *tantummodo;* Medic. 1. *et terræ illum.* Kappius conj. *re illa tantummodo, &c.* codex Perizon. pro *illum* habet *illud,* quod ille probat.—10 Barb. 1. et Copes. *adscendit;* et sic Leid. 5. a m. pr. sed superscriptum est *con.*—11 Copes. delet *in.* Mox pro *hodieque,* quod testantur Dan. unus Brand. et multi Torren. cum Mog. et Herbip. Leid. 6. habet, *hodie est quod;* Leid. 3. *hodie,* vel *honore, quod;* Pighius dederat, *hodie quod;* eumque secuti sunt Coler. Thys. et Delph.—12 Ultraj. 1. 2. et Leid. 1. *observatur;* Leid. 4. *observatum;* Leid. 6. *observetur,* et pro v. l. *observant,* sive *observatum.*—13 Ita Pighius ex Atreb. Gembl. Colon. et duobus nummis argenteis antiquissimis; estque ita in Brand. 1. 2. alii codd. fere et Vet. *Genicio,* vel *Gemicio;* edd.

NOTÆ

* An. M. 3546. Ol. 68. 1. Urb. C. 245. Ant. Ch. 507.

b *Militaribus insignibus*] Silentio facto, templa Deorum, quæ foro imminebant, Capitoliumque intueus, manusque in cœlum porrigens, se devovit.

† An. M. 3692. Ol. 104. 3. Urb. C. 391. Ant. Ch. 361.

c *Genucio Cipo*] Non egredienti, sed bello redeunti id contigit: Prætor enim Peregrinus Valerio Consuli auxilio venerat.

in capite ejus subito veluti cornua[d] erepserunt:[14] responsumque est 'regem eum[15] fore, si in Urbem revertisset.' Quod ne accideret, voluntarium sibimet ac perpetuum indixit exilium.[e] Dignam pietatem, quæ, quod ad solidam gloriam attinet, septem regibus præferatur.[16] Cujus testandæ rei gratia capitis effigies æreæ[17] portæ, qua excesserat, inclusa est: dictaque Rauduscula na,[f] quod olim æra raudera dicebantur.‡

4. Genucius laudis hujus, qua major excogitari vix potest,[18] successionem Ælio prætori tradidit. Cui jus di-

vett. *Genitio Cippo.*—14 Sic maxima et opt. pars codd. cum Mog. alii *eruperunt*, sive *emerserunt:* Lipsius in suo invenit *erexerunt*, uti habent Leid. 2. Copes. et Vet. 'Licet hucusque inde ab Aldo editum sit *emerserunt*, malui tamen sequi plures eosque meliores codd. et edere *erepserunt*. Cui hoc minus placet, is legat *emerserunt*.' Kapp. Bitur. 1. *repserunt;* Medic. 2. *erumperunt.* —15 Medic. 1. delet *eum*, quod non improbat Torrenius.—16 Leid. 1. *præferatur gloriæ*, ex glossa putat idem Torren.—17 'Cauch. Camp. Periz. et Leid. quint. atque Chalcocond. *ærea*, scil. effigies. Sicque edidit Pighius cum aliis post eum editoribus. At ceteri Mss. Vet. Ald. aliæque *æreæ*, scil. portæ, quod etiam Torrenius probat. Ergo *æreæ* revocavi. Colerus malit *æratæ*. Enimvero *æreæ* pro æratæ, vel ære vinctæ a Valerio dictum videtur, ut sæpe *aureus* pro auratus apud Veteres scriptores. vid. Sueton. Aug. 52.' *Kapp.* Mox pro *Rauduscula na* codd. exhibent, *Roduscula na*, *Roduscula na*, *Roduscola na*, *Rauduscola na*, *Rudusculana*. Deinde *quod* in compluribus deest codd. qui etiam fere omnes *dicebatur* exhibent: multi *olim erandera;* Harl. *olim ea raudera;* Bitur. 1. *olim ara raudera;* Barb. 1. *olim ærandera;* Leid. 5. *olim Herandera*, et pro v. l. *Hexandera;* Vulgg. ante Pigh. *olim rauda æra dicebantur;* Mog. *olim autem Eraridera dicebatur;* Venet. 4. *dictaque Rauduscula na, olim raudæra dicebatur;* Ascens. *quod olim rauda ara dicebatur.*—18 Hæc verba: *qua major excogitari vix potest*, omittuntur in sex codd. Torren. septem alii, in quibus Ultraj. 1. et Perizon. cum Vet. *quam aliorum excogitari vix potest;* alii, *qua aliorum excogitari vix potest;* unde Torrenius conj. *qua major aliorum e. v. p.* sed idem monet, non opus esse mutatione. *Genitius laudis hujus successionem* in edd. plurimis ante Pigh. Mox codd. prope omnes

NOTÆ

[d] *Veluti cornua*] Cornua Genucii haud secus ac Actæonis fabulosa fuisse tradit Plinius lib. XI. c. 37.

[e] *Voluntarium sibimet exilium*] Vocato extra portas Senatu de prodigio retulit; ac ne quid detrimenti fato suo Respublica acciperet, decerni sibi voluit exilium: ager illi honoris causa ex publico datus.

[f] *Rauduscula na*] Æs rude dicitur Cincio, 'rudusculum;' æs conflatum 'rudus:' Varroni vero et Festo æs omne 'raudus,' vel 'rudus:' nonnulli legunt in Valerio *rauda;* melius tamen *rudera* legeris. Sic enim dicebantur frusta æris, asses et nummi ærei, ut ex Livio patet. Hæc porta appellatur a Varrone 'Rauduscula,' a Festo 'Rauduscula na.'

‡ An. M. 3816. Ol. 135. 3. Urb. C. 515. Ant. Ch. 237.

centi[19] cum in capite picus consedisset haruspexque affirmasset,[20] ' conservato eo fore [g] domus ipsius statum felicissimum, reipublicæ miserrimum; occiso,[21] in contrarium utrumque cessurum:' e vestigio picum morsu suo in conspectu senatus necavit. Decem et septem milites suæ familiæ,[22] eximiæ fortitudinis viros, Cannensi prælio amisit: Respublica procedente tempore ad summum imperii fastigium excessit. Hæc nimirum exempla, Sylla, et Marius, et Cinna tanquam stulta riserunt.[23]

5. P. Decius,[24] qui consulatum [h] in familiam suam primus intulit, cum Latino bello Romanam aciem inclinatam et pæne jam prostratam videret, caput suum pro salute reipublicæ devovit: ac protinus concitato equo, in medi-

hoc ordine: *tradidit Ælio prætori;* sex codd. Torren. cum Mog. *Ælio prætori tradit.*—19 Sic plures et meliores codd. cum Mog. *Cujus dicentis* Brand. unus, cum aliis Torren. *Cujus jus dicentis* in Vet. et aliis; et sic Lipsius: alii delent *jus.*—20 Sic fere omnes Mss. et editt. ante Pighium. Ultr. prim. et margo Leid. sept. *haruspicesque affirmassent.* Quidam *confirmasset,* Vet. *auspex confirmasset,* omisso *que.* Mox *fatum* in undecim Mss. quorum septem habent *fidelissimum,* cum Vet. quæ habet cum Barb. prim. *factum,* nec non cum Mog. et undecim Mss. *ipsius domui.*—21 Quatuor codd. Torren. *Pico occiso.* Paulo post pro *morsu suo* Torren. conj. *manu sua;* quod cum sibi non placeret, aliam conjecturam fecit scribens: Nunc mihi pro certo persuadeo Valerium scripsisse *e vestigio p. Marti suo in, &c.*—22 Hoc a Pighio est, partim conjectura, partim e codd. *Decem et s. militum familiam* Brand. 1. Leid. 2. Ultraj. 2. nonnulli Torren. et edd. vett. *D. et s. militum familia* Brand. 2. Barb. 1. et Leid. 7. *militum familie* Bitur. 1. et Medic. 2. et pro v. l. *familiam;* Harl. Leidd. 3. 4. et Leid. 7. a m. sec. *D. et s. milites eximiæ fortitudinis viros cum familia Cannensi, &c.* sed Bitur. 2. et Medic. 1. *D. et s. milites familia.* Ex qua inconstantia Torren. conj. *D. et s. milites tum familia Ælia eximiæ fortitudinis viros Cannensi, &c.*—23 Ultraj. 1. et Mog. *arriserunt;* Leid. 4. cum ceteris edd. vett. *irriserunt,* præter Mediol. 3. quæ *riserunt* habet.—24 *Paulus Decius* Leid. 6. *Publius Decius* Aldd. Colin. Gryph. et Steph. Prænomen omittunt Leid. 4. Pigh. Coler. Thys. et Delph. Mox septem codd. Torren. cum Vet. et Mog. *aciem indiciplinatam;* Copes. *Romam indisciplinatam;* codd. fere cum Vett. Mog. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. &c. *pene jam et;*

NOTÆ

[g] *Conservato eo fore*] Aliter Plinius. Vates enim responderunt, si ipsi credimus, exitium Imperio portendi, si dimitteretur; si necaretur, Prætori: et illico avem ille discerpsit. Nonnulli Lælium hunc Prætorem vocant.

[h] *Decius, qui Consulatum*] Tres Decii se pro salute Reipublicæ devoverunt: cum Latinis pater decertans, cum Hetruscis filius, cum Pyrrho nepos hostium telis se objecit. Ita Cicero Tuscul. lib. I. Duorum tantum meminit Valerius. Mortem patris narravimus lib. I. c. 7. n. 3.

um hostium agmen, patriæ salutem, sibi mortem petens, irrupit: factaque ingenti strage, plurimis telis obrutus, super corruit. Ex cujus vulneribus et sanguine insperata victoria emersit.*

6. Unicum talis imperatoris[25] specimen esset, nisi[a] animo suo respondentem filium genuisset. Is namque in quarto consulatu patris exemplum secutus, devotione simili,[i] æque strenua pugna, consentaneo exitu labantes[26] perditasque vires Urbis nostræ correxit.† Itaque dignosci arduum est, utrum Romana civitas utilius habuerit Decios duces,[27] an amiserit: quoniam vita eorum ne vinceretur obstitit; mors fecit, ut vinceret.

7. Non est extinctus pro republica superior Scipio Africanus: sed admirabili virtute, ne respublica extingueretur, providit. Siquidem cum afflicta Cannensi clade urbs nostra nihil aliud quam præda victoris esse[28] Hannibalis videretur: ideoque reliquiæ[j] prostrati exercitus, deserendæ

[a] *Exemplum amoris in patriam unicum esset ab illo Imperatore editum, nisi, &c.*

sed Harl. et Leid. 1. delent *jam.*—25 Sex codd. Torren. *talis imperii:* pro *specimen,* quod omnes alii codd. testantur, Sambuci codd. exhibet *sectamen;* unde Lipsius conj. *spectamen.*—26 Quindecim codd. Torren. cum Vett. et Mogg. *labentes.*—27 Ita Pigh. ex codd. itaque major pars codd. Torren. cum Vett. Mogg. Venett. et Mediol. *duces* omittunt Aldd. Colin. Gryph. et Steph. cum nonnullis codd. alii codd. omittunt *Decios:* nonnulli Torren. hoc ordine exhibent: *R. civitas Decios u. h. duces.*—28 Vocem *esse* delent pauculi codd.

NOTÆ

* An. M. 3714. Ol. 110. 1. Urb. C. 413. Ant. Ch. 339.

[i] *Devotione simili*] Q. Fabius Rullianus et Decius Consules contra Gallos et Samnites ad Clusium prælium inierant; jamque Gallicum equitatum Decius bis averterat, cum e curribus Galli pugnantes Romanos terrent equites: tum Decius se, hostesque Diis Manibus, præeunte M. Livio Pontifice, devovet; sicque in confertam Gallorum se conjicit aciem, ubi hostium telis confectus est. Deinde Fabius, qui cunctando diem extraxerat, acrius instare cœpit, retulitque victoriam: cæsa hostium viginti quinque millia, octo capta.

† An. M. 3759. Ol. 121. 2. Urb. C. 458. Ant. Ch. 294.

[j] *Reliquiæ*] Decem hominum millia Canusium fugerant, a quibus imperium Ap. Pulchro Ædilitio et Scipioni admodum juveni delatum est.

Italiæ, auctore L. Metello,[29] consilium agitarent: tribunus militum admodum juvenis, stricto gladio mortem unicuique minitando, jurare omnes nunquam se relicturos patriam coëgit: pietatemque non solum ipse plenissimam exhibuit, sed etiam ex pectoribus aliorum abeuntem revocavit.‡

8. Age, ut a singulis ad universos transgrediar, quanto, et quam æquali amore patriæ tota civitas flagravit! Nam[30] cum secundo Punico bello exhaustum ærarium, ne Deorum quidem cultui sufficeret, publicani ultro aditos censores hortati sunt, 'ut omnia sic locarent, tanquam respublica pecunia abundaret, seque præstaturos[31] cuncta; nec ullum assem, nisi bello confecto, petituros' polliciti sunt. Domini quoque eorum servorum,[32] quos Sempronius Gracchus ob insignem pugnam[k] Beneventi manumiserat, pretia ab imperatore exigere supersederunt. In castris etiam non eques, non centurio stipendium[33] dari sibi desideravit. Viri atque fœminæ, quicquid auri argentive habuerunt; item pueri insignia ingenuitatis, ad sustentandam temporis difficultatem contulerunt. Ac ne beneficio senatus, qui his[34] muneribus functos tributi onere liberaverat, quisquam uti voluit; sed insuper id omnes promtissimis animis præstiterunt. Non ignorabant enim captis Veiis, cum decimarum nomine, quas Camillus voverat, aurum Apollini Delphico

—29 Ita Pighius, ex Livio; sed omnes codd. cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. 3. 4. 5. Aldd. 1. 2. 3. 4. 5. Colin. 1. 2. omnes Grypb. et Steph. habent, Q. vel *Quinto Metello.* Deinde Copes. alter Perizon. Harl. Leid. 5. et Barb. 1. *districto gladio.* Tum Leid. 2. *jurare eos . . . . . plenissime exhibuit.*— 30 *Nam* exhibent duodecim codd. cum edd. vett. omnibus; id Pigh. expunxerat, Torren. vero revocavit. Mox idem Pigh. *et publicani*, contra omnes edd. et tredecim codd.—31 Ita quindecim codd. Torren. cum Vet. et Mog. *præstituros* in aliis codd. et edd. vett.—32 Sic omnes Mss. cum Vet. multisque aliis ante Pighium, qui *eorum* deleverat.—33 Gronovius in Mss. bonæ notæ invenit *non eques impendium, non centurio stipendium*, et sic est in Ult. sec. uno Leid. atque Mog. Lips. et Mart. Herbip. in ceteris Torrenii, in Brand. et Vet. est, *non eques, non centurio impendium.* Gronovii lectio placuit Perizonio et Torrenio.— 34 Pighius *his* omiserat, quod tamen in omnibus codd. et edd. hæret.—35 Qua-

NOTÆ

‡ An. M. 3838. Ol. 141. 1. Urb. C. 537. Ant. Ch. 215.

k *Ob insignem pugnam*] Jam sæpius egimus de Sempronii Gracchi per servos victoria lib. I. c. 7. n. 6. De Camilli exilio hoc ipso libro, c. 4. De Gallorum clade lib. 1. c. 5. n. 1.

mitti oporteret, neque emendi ejus facultas esset, matronas ornamenta sua in ærarium retulisse:[35] similiterque audierant, mille pondo auri, quæ Gallis pro obsidione Capitolii promissa debebantur, earum cultu expleta.[36] Itaque et proprio ingenio, et exemplo vetustatis admoniti, nulla sibi in re cessandum existimaverunt.*

EXTERNA.

1. Sed et externa[37] ejusdem propositi exempla attingam. Rex Atheniensium Codrus,[1] cum ingenti hostium exercitu[m] Attica regio[38] debilitata ferro ignique vastaretur, diffidentia humani auxilii ad Apollinis Delphici oraculum confugit, perque legatos sciscitatus est, 'quonam modo illud tam grave bellum discuti posset.' Respondit Deus, 'Ita finem ei fore, si ipse hostili manu occidisset.' Quod quidem non solum totis Atheniensium in castris, sed etiam contrariis[39] percrebuit. Eoque factum est, ut ediceretur, 'ne quis Codri corpus vulneraret.'[40] Id postquam cogno-

tuor codd. Torren. *detulisse*.—36 'Septem Mss. et Mog. *quod...debebatur*: Copes. et tredecim alii cum Vet. et Mog. *expletum*. Brand. Vet. Ald. aliæque ante Pighium *pro obsidione* quod restitui. Torrenius malit: *Quod Gallis pro obsidione Capitolii omissa debebatur*. Mihi potius placet lectio Mog. *quod Gallis pro obsidione Capitolii promisso debebatur, earum cultu expletum. Promisso*, i. e. ex promisso habet quoque ed. Lips. apud Thannerum.' *Kapp.*—37 Tres codd. cum ed. Lips. *Age externa*, totidem *At externa*, duo cum Mog. *Sunt et externa*, unus *Age sunt externa*, tredecim cum Mog. omittunt *attingam*. Unde Torrenius putat, legendum: *Age, sunt et externa . . . exempla*.—38 *Matrica regio* in Dan. et Leid. 7. sed hic *M* expunctum est. Mox *que* deest fere in omnibus Codicibus quorum aliqui habent *ferro et igni*, quidam *et* superscriptum; sed plures omnino omittunt, ut facit etiam Mog. Tum plerique scripti *tam grave illud bellum*, cum eadem editione.—39 Ita veteres typis expressi, et uterque etiam Brand. Pighius e duobus codd. scripserat, *non solum totis Athenis, sed in castris etiam contrariis*. id habet solus Ultraj. prim. ceteri *totis Atheniensium castris* (vel *in castris*) *sed etium contrariis*. cum omnibus editis.—40 Ultraj. 2. et Mog. *viola-*

NOTÆ

* An. M. 3840. Ol. 141. 3. Urb. C. 539. Ant. Ch. 213.

[1] *Codrus*] Post illius mortem Athenienses sub Archontibus perpetuis fuerunt, qui postea decennio finiti, tum annui.

[m] *Hostium exercitu*] Qui hostes illi fuerint, obscurum est: Peloponnesios appellant Pausanias et Oros. Dorienses Herod. Lacedæmonios Velleius.

vit, depositis insignibus imperii, famularem[41] cultum induit, ac pabulantium[42] hostium globo sese objecit: unumque ex his falce percussum, in cædem suam compulit.† Cujus interitu ne Athenæ occiderent,[43] effectum est.

2. Ab eodem fonte pietatis Thrasybuli quoque[n] animus manavit. Is cum[44] Atheniensium urbem triginta tyrannorum teterrima dominatione liberare cuperet, parvaque manu maximæ rei molem aggrederetur, et quidam e consciis dixisset: 'Quantas tandem tibi Athenæ, per te libertatem consecutæ, gratias debebunt?' respondit: 'Dii faciant ut, quantas ipse illis debeo, videar retulisse.' Quo affectu[45] inclytum destructæ tyrannidis opus laude cumulavit.‡

3. Themistocles autem, quem virtus sua victorem, injuria patriæ imperatorem Persarum fecerat, ut se ab ea oppugnanda[o] abstineret, instituto sacrificio, exceptum patera tauri sanguinem hausit, et ante ipsam aram, quasi quædam Pietatis clara victima concidit.* Quo quidem tam memorabili ejus excessu, ne Græciæ altero Themistocle opus esset, effectum est.

ret, probante Drakenb. ad Sil. x. 261.—41 Ita Dan. Brand. 1. 2. Ultraj. 1. Leid. 5. et Leid. 7. in marg. alii codd. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *familiarem;* Burm. ad Vell. Paterc. 1. 2. conj. *manipularem*, improbante Kappio.—42 Sambuci cod. *ac palantium;* Harl. *ac pululantium;* tres alii Torren. cum Vet. *perambulantium.*—43 Copes. *exciderent;* unde Perizon. conj. *exciderentur.*—44 *Iste dum* Copes. et Leid. 5. *dum* est etiam in Barb. 1. 2.—45 Tredecim codd. Torren. cum edd. vett. *Quem affectum;* sed Ultraj. 1. 2. cum Mog. *quo effectu.* Cop. *effectu;* unde Perizonius conjicit *effato.* Harl. *effectum.* Torrenius præfert: *quem affectum*, et explicat: quem affectum ingens laus ex destructa tyrannide est secuta. Harl. *ex-*

NOTÆ

† An. M. 2985. Ant. Ch. 1068.

[n] *Thrasybuli quoque*] Thrasybuli de triginta tyrannis victoriam narravimus lib. IV. c. 1. n. 4. Themistoclis ad Persarum Regem fugam et mortem lib. V. c. 3. Ext. n. 3.

‡ An. M. 3652. Ol. 94. 3. Urb. C. 351. Ant. Ch. 401.

[o] *Ut se ab ea oppugnanda*] Aliam alii mortis causam afferunt; vel timorem, vel amorem patriæ: veritus forte ne ob Cimonis in rebus gerendis felicitatem, id quod Regi receperat, præstare posset. Ita quidem Thucydides. Rem tamen aliquanto aliter narrat Diodorus. Rogatus a Rege, ut se belli præberet ducem, ita assensus est, si Rex fidem jurejurando confirmatam daret, se Græcis absque Themistocle bellum non illaturum; tum sacris operatus, taurinum hausit sanguinem. Vide Diodorum Sicul. lib. XVI.

* An. M. 3593. Ol. 79. 4. Urb. C. 292. Ant. Ch. 460.

4. Sequitur ejusdem generis exemplum. Cum inter Carthaginem,[46] et Cyrenas[p] de margine agri pertinacissima contentio esset, ad ultimum placuit utrimque[47] eodem tempore juvenes mitti, et locum, in quem ii convenissent, finem ambobus haberi populis. Verum hoc pactum Carthaginiensium duo fratres, nomine Philæni, perfidia[q] præcucurrere, citra constitutam horam maturato gressu[48] in longius promotis terminis. Quod cum intellexissent Cyrenensium juvenes, diu de fallacia eorum questi, postremo acerbitate conditionis injuriam discutere conati sunt. Dixerunt namque, 'sic eum finem ratum fore, si Philæni vivos se ibi obrui passi essent.' Sed consilio eventus non respondit: illi enim nulla interposita mora, corpora sua his terra operienda tradiderunt. Qui quoniam patriæ, quam vitæ suæ longiores terminos esse maluerunt, bene jacent,[r] manibus et ossibus suis Punico dilatato imperio. Ubi sunt superbæ Carthaginis alta mœnia? ubi maritima gloria inclyti portus? ubi cunctis littoribus terribilis classis?[49] ubi tot exercitus? ubi tantus equitatus? ubi immenso[50] Africæ spatio non contenti spiritus? Omnia ista duobus Scipionibus Fortuna partita est. At Philænorum egregii facti memoriam ne patriæ quidem interitus extinxit. Ni-

tinctæ tyrannidis; et hoc etiam superscriptum est in Leid. 5.—46 Nonnulli codd. Torren. *inter Carthaginienses.* Paulo post Dan. *de magro agri;* sed erat in marg. *modo;* unus Brand. habet etiam, *de modo agri;* et sic Ultraj. 1. *de magno agri* Leid. 7. pro v. l.—47 Sic plerique Mss. et Mog. Ven. Mediol. Asc. Sed Aldus, et eum secuti dederunt *utrique.* Multi etiam Mss. cum vetustissimis editionibus habent, *eodemque tempore.* Quod vero Colerus ex manuscripto monet legendum *præcurrere,* id non firmant codd. Torreniani.—48 Sic constanter omnes codd. valde tamen dubitat Torren. an non rectius *egressu* legendum.—49 Cur non *terribiles classes?* inquit Perizon.—50 Leid.

NOTÆ

[p] *Cyrenas*] Cyrenaicæ regionis caput, inter Barcem et Ammonis templum, nunc in regno Barca versus Syrtim magnam, *Corene.*

[q] *Philæni, perfidia*] Maturavere iter pergere, Cyrenenses tardius iere: id socordiane, an casu contigerit, parum constat: ceterum solet in illis locis tempestas, non secus ac in mari, retinere homines. Hæc Sallust.

[r] *Bene jacent*] Carthaginienses illo in loco Philænis fratribus aras consecraverunt.

hil est igitur, excepta virtute, quod mortali animo ac manu immortale quæri possit.

5. Juvenili ardore plena hæc pietas. Aristoteles[s] vero supremæ[51] vitæ reliquias senilibus ac rugosis membris, in summo literarum otio, vix custodiens, adeo valenter pro salute patriæ incubuit, ut eam, hostilibus armis[t] solo æquatam, in lectulo Atheniensi jacens, Macedonum de manibus, quibus abjecta erat, eriperet.[52] Ita urbs,[u] non tam strata atque eversa[53] Alexandri, quam restituta Aristotelis notum est opus. Patet ergo, quam benignæ, quamque profusæ pietatis erga patriam omnium ordinum, omnis ætatis homines extiterint; sanctissimisque naturæ legibus mirificorum etiam exemplorum clara mundo subscripserit ubertas.[b] 54†

[b] *Quodque veritas admirabilium exemplorum omnibus nota hominibus probet, quam multi sanctissimas naturæ leges illum amorem præcipientes secuti sint.*

2. et Ultraj. 2. *immensæ*.—51 Perizon. conj. *supremas*.—52 ' Locus, si quis alius, mire depravatus. Lego: *ut eam, h. a. s. æ. i. l. Athenis jacens, et quidem Macedonum manibus, q. a. e. erigeret.* Hæc enim lectio et historiæ conveniens est, et ex reliquiis varietatum, quæ in codd. et edd. vett. occurrunt, commode elici potest. *ab hostilibus armis* decem codd. et Mog. et Aldd. *ab hostibus armis* tres codd. Torren. Vet. Venett. aliæque; *ab host. armis* Copes. *æquandam* Copes. Barb. 1. Medic. 2. et Ascens. contra historiæ fidem. *Atheniensium* Vet. *Athenis* Jo. Sarisber. Porro fluctuant Mss. inter *equitum Macedonum manibus*, ac *et quidem* vel *equidem Maced. manibus;* hoc tamen plures habent. *Equidem de M. m.* Vet. *eorumdemque Macedonum manibus* suspicatur Torrenius. *objecta* Vet. Pighius, aliique: *adjecta* in multis codd. *disjecta* Aldus; *erigeret* solus Aldus, nescio an ex ingenio, sed vere. In textu secutus sum Torrenium.' *Kapp.* Ald. 4. certe non habet *erigeret*, quamvis ita sit in Aldd. 2. 3. 5. sed *eriperet*.—53 *Ita non tam urbs Stagira eversa* quidam dederat ex Laërtio contra omnes codd. Nonnulli cum Vet. omittunt *non tam;* alii habent: *eversa non tam Alexandri;* Ultraj. 1. 2. et Mog. *Ita tam urbs strata*.—54 Pighius ex duobus codd. scribendum putavit *veritas* pro *ubertas;* quod epitheton *clara* non competere videtur ubertati. Verum *ubertas* habent antiquiores typis expressi, et uterque Brandeb. Med. prim. *subscripsit veritas*, et pro v. l. *ubertas*. Leid. prim. *subscripsit libertas*. Torren. conj. *sanctissimisque naturæ legibus mirificorum exemplorum data mundo subscripserit ubertas:* cui postea, *cara m. subscripsit*, Perizonii conjectura magis blanditur. Ceterum Theophilus testatur antiquos codices habere, *clara mundo subscripta testantur;* id quod habent Mss. sex, nisi quod unus habet, *attestantur*, alius *scripta*.

NOTÆ

[s] *Aristoteles*] Peripateticorum princeps, et Alexandri Magni præceptor, scriptis suis notissimus.

[t] *Hostilibus armis*] Patriam enim, seu a Philippo, seu ab ipso Alexandro eversam, ut restauraretur, obtinuit

NOTÆ

ab Alexandro; legesque et Reipublicæ formam ipse descripsit: unde illius in honorem et ludi et festi dies instituti.

[u] *Urbs* [*Stagira*] Macedoniæ oppidum, non procul a monte Atho. Hodie *Liba nova*.

† An. M. 3719. Ol. 111. 2. Urb. C. 418. Ant. Ch. 334.

CAP. VII.

DE PATRUM AMORE ET INDULGENTIA IN LIBEROS.

1 Q. Fabii Max. Rulliani.
2 Cæsetii Flavi.
3 Octavii Balbi.

EXTERNORUM REGUM.
1 Seleuci Syriæ.
2 Ariobarzanis Cappadociæ.

DET[1] nunc vela pii et placidi affectus parentum erga liberos indulgentia: salubrique aura provecta, gratam suavitatis secum dotem afferat.[a]

1. Fabius Rullianus[2] quinque consularibus summa cum gloria peractis, omnibusque et virtutis et vitæ emeritis stipendiis,[3] legatus ire Fabio[a] Gurgiti[4] filio ad bellum diffi-

[a] *Nunc vero indulgentia parentum erga liberos ostendat illorum pium amorem, et quasi aura favente provecta afferat secum gratam delectationem legentibus.*

1 Ita Brand. 1. et Chalc. *Sed nunc vela* multi codd. cum Aldd. Colin. Gryph. Steph. aliis ante Pighium: *Set* in quibusdam et Vet.—2 Codd. habent *Rutilianus*.—3 'Sic optime Gronovius correxit, (nisi quod *virtutum* malit) et Vorstius in textum recepit, quem merito secutus est Torrenius. Ante Pighium edebatur: *omnibusque et virtutibus et vitæ meritis stipendiis*, quod Pighius perperam mutavit in *omnibusque et virtutibus et vitæ meritis stupendus*. Nam *stipendiis* agnoscunt omnes Mss. et editt. vetustæ. *emeritis* habet Med. sec. Gryph. Steph. atque Lugd. 1558. ceteri *meritis*.' Kapp.—4 Novem codd. Torren. cum Mog. *Gurgiti*. Sed vide v. 5. 1. Mox *per se* ejecit Pighius: *per se* tamen exhibent quatuordecim codd. Torren. *pene imperio per se*

NOTÆ

[a] *Legatus ire Fabio*] A Pontio Samnitium duce cum victus fuisset Fabius Gurges, de abrogando illi imperio frequens Senatus convenit: at Rullianus hanc infamiam filio deprecatus, ipsi legatum iturum se pollicitus est.

cile et periculosum conficiendum gravatus non est; pæne ipso per se duntaxat animo sine corpore [b] militaturus: utpote propter ultimam senectutem lectuli otio, quam labori præliorum habilior.* Idem triumphantis currum, equo [5] insidens, sequi, quem ipse parvulum triumphis suis gestaverat, in maxima voluptate posuit: nec accessio [6] gloriosæ illius pompæ, sed auctor spectatus est.

2. Non tam speciosa Cæsetii,[c] equitis [7] Romani, sors patria, sed par indulgentia. Qui a Cæsare omnium jam et externorum [8] et domesticorum hostium victore, cum abdicare filium suum juberetur, quod is tribunus plebis cum Marullo [9] collega, invidiam ei tanquam regnum affectanti fecerat, in hunc modum respondere sustinuit: 'Celerius tu mihi, Cæsar, omnes filios [10] meos eripies, quam ex his ego

Leidd. 1. 7. *per se ipse* Copes. *ipse pre se* Mog.—5 Uterque Ultraj. Periz. Bit. sec. Barb. prim. Med. prim. Leid. sec. Cop. *Idem triumphantis equo.* Bit. sec. *Idem triumphans equo.* Quinque alii, *Idem triumphantem.* Bit. prim. *triumphans equo insidens.* Leid. quint. *triumphanti.* Mog. etiam et Vet. delent *currum;* sed in hac *triumphantem* legitur.—6 'Sic bene uterque Brand. Barb. prim. Bit. sec. et Ultr. prim. *accesso* Copes. *accessus* Vet. *assessor* Med. et Leid. primi. *accessor* Pighius, qui *accensor* conjicit, male.' *Kapp.*—7 Ita codd. Brand. Torreniani omnes, et Vet. Mog. Venett. et Mediol. Pighius Aldum secutus edidit, *Cæseti speciosa equitis.* Mox *patria sed par* testantur omnes codd. et edd. ante Pighium, qui dedit: *sors: sed patria par.*—8 Gryph. Steph. et Pigh. *extremorum,* deleto *et;* sed *externorum* habent codd. cum edd. antiq. Multi etiam codd. *et externorum.*—9 Pauculi Torren. *Marulo;* Harl. et Copes. *Manilio;* Leid. 4. *Marillo,* ut liber vetus Torrentii habebat quoque apud Senec. Mox cod. Cantab. Wassii *regni affectati.* Deinde undecim codd. Torren. cum Vet. Mog. Ascens. et altera Lips. *respondendo sustinuit.*—10 Vox *filios* deest in Copes. unde ejiciendam putavit Perizonius; est hæc vox quoque tantum inter lineas Barb. 1. Paulo post sexdecim codd. Torren. cum Vet. Mog. et Mediol. 3. *benigne se daturum;* sed *largiturum* est in Venett. Aldd.

NOTÆ

[b] *Sine corpore*] Filio tamen victoriam virtute sua peperit imbellis senex: ubi enim Gurgitem ab hostibus inclusum vidit, equo vectus in medium se injecit agmen; tanti viri periculo commoti Romani Equites, illuc tota acie incumbunt, nec frustra: Consul Consulisque pater liberantur, funduntur hostes, Pontiusque capitur. Ita omnes præter Zonaram, qui absente Rulliano vult victoriam a Gurgite relatam.

* An. M. 3762. Ol. 122. 1. Urb. C. 461. Ant. Ch. 291.

[c] *Cæsetii*] L. Cæsetius Flavus et C. Epidius Marullus Tribuni plebis in carcerem duci jusserunt eos, qui diadema statuæ C. Cæsaris imposuerant; ideoque potestate privati, ex Suet. Senatu moti et ejecti in exilium, ex Plut. et Appian.

unum nota pellam mea.' Habebat autem duos præterea optimæ indolis filios, 'quibus Cæsar se incrementa dignitatis benigne largiturum' pollicebatur. Hunc patrem tametsi summa divini principis clementia tutum præstitit, quis tamen non humano ingenio majus ausum putet, quod, cui totus[11] terrarum orbis succubuerat, non cessit?†

3. Sed nescio an Octavius Balbus concitatioris et ardentioris erga filium benevolentiæ fuerit. Proscriptus a triumviris,[d] cum domo, postico[12] clam esset egressus, jamque fugæ expeditum initium haberet, postquam intus filium trucidari falso clamore viciniæ[13] accepit, ei se neci, quam evaserat, obtulit, occidendumque militibus tradidit. Pluris nimirum[14] illud momentum, quo illi præter spem videre filium incolumem contigerat, quam salutem suam æstimans. Miseros adolescentis oculos, quibus amantissimum sui patrem, ipsius opera sic expirantem, intueri necesse fuit!‡

EXTERNA.

1. Ceterum ut ad jucundiora cognitu veniamus, Seleuci[e] regis filius Antiochus novercæ Stratonices infinito[15] amore correptus, memor, quam improbis facibus arderet, impium pectoris vulnus pia dissimulatione contegebat. Itaque diversi affectus iisdem visceribus ac medullis inclusi, summa cupiditas, et maxima verecundia, ad ultimam tabem cor-

aliis.—11 Tria vocabula omittit Copes. *non, majus,* et *totus;* unde Perizon. conj. *quis tamen humano i. usum p. quom, cui terrarum, &c.* Leidd. 1. 2. *magis usum;* Bitur. 1. et Barb. 1. *quam cui;* Leid. 1. *succubuerit.*—12 Ita quatuordecim codd. Torren. cum edd. ante Pigh. qui legit *postica:* duo *domum postico.*—13 Sic Torrenius ex omnibus codd. et edd. vett. restituit, cum Pigh. et qui eum secuti dedissent: *falsus clamore e vicinia.*—14 Nonnulli codd. Torren. *Pluris nimium.*—15 Lipsius conj. *infrunito,* probante Colero; codd. quinque Torren. habent *infando;* et sic edd. vulgg. ante Pigh. qui cum ceteris codd.

NOTÆ

† An. M. 4010. Ol. 184. 1. Urb. C. 709. Ant. Ch. 43.

[d] *A triumviris*] Antonio, Lepido, et Octavio Cæsare.

‡ An. M. 4012. Ol. 184. 3. Urb. C. 711. Ant. Ch. 41.

[e] *Seleuci*] Nicanoris, cujus filius Antiochus Soter, uxor Stratonice Demetrii filia.

pus ejus redegerunt. Jacebat ipse in lectulo,[16] moribundo similis: lamentabantur necessarii: pater mœrore prostratus de obitu unici filii, deque sua miserrima orbitate cogitabat: totius domus funebris magis, quam regius erat vultus. Sed hanc tristitiæ nubem Leptinis[17] mathematici, vel, ut quidam tradunt, Erasistrati medici, providentia discussit. Juxta enim Antiochum sedens, ut eum ad introitum Stratonices rubore perfundi, et spiritu increbrescere,[18] eaque egrediente pallere, et excitatiorem anhelitum subinde recuperare animadvertit, curiosiore observatione ad ipsam veritatem penetravit. Intrante enim Stratonice, et rursus abeunte, brachium adolescentis dissimulanter apprehendendo, modo vegetiore, modo languidiore pulsu venarum comperit, cujus morbi æger esset; protinusque id Seleuco exposuit.[f] Qui carissimam sibi conjugem[19] filio cedere non dubitavit: quod in amorem incidisset, fortunæ acceptum referens: quod dissimulare eum usque ad mortem paratus esset, ipsius pudori imputans. Subjiciatur animis senex, rex, amans: jam patebit, quam multa, quamque difficilia, paterni affectus indulgentia superavit.[20] *

reposuit *infinito*. Mox pro *facibus* Ultraj. 1. et Vet. *facinoribus*.—16 *Jacebat ipse Antiochus in lectulo* Aldd. Ascens. Colin. Gryph. et Steph. contra omnes codd. et impressos vetustiores.—17 Nonnulli codd. cum edd. ante Pigh. *Leptini;* Harl. *Leptines;* Copes. *Lecticoris*.—18 Complures scripti, *increbescere*. Mox multi codd. cum veteribus Lipsii, *exercitatiorem*, probante Chalc. Deinde *reciperare* in Dan. pro *recuperare;* unde Coler. conj. *reciprocare*.—19 Quatuordecim codd. ita habent; itaque edd. ante Pigh. qui dederat *charissima conjuge:* nonnulli codd. *carissimam*.—20 'Sic omnes libri; attamen cum Vorstio, Perizonio et Torrenio unice probo *superarit*, sive *superaverit*,

NOTÆ

[f] *Id Seleuco exposuit*] Primum quidem Seleuco indicat filium amore languere; at cui mederi nemo possit: 'Quidni?' ait Seleucus: inquit ille, 'Meam amat uxorem.' 'Quid? tune qui amicus noster es,' subjicit Seleucus, 'filio meo neges has nuptias?' 'Ne tu quidem,' addit ille, 'id facias pater; si Stratonicen Antiochus adamaret.' 'O utinam,' Rex inquit, 'vel regnum, modo Antiochum retineam, cupiam dimittere.' Tum illi rem, uti erat, Erasistratus aperit: nec mora in Seleuco fuit ulla: nam continuo vocat exercitum, Stratonicen connubio jungit Antiocho, illumque superiorum trans Euphratem populorum Regem constituit. Ita fere Plutarchus in Demetrio.

* An. M. 3760. Ol. 121. 3. Urb. C. 459. Ant. Ch. 293.

2. At Seleucus[21] quidem uxore, Ariobarzanes[g] autem filio suo Cappadociæ regno cessit, in conspectu Cn. Pompeii. Cujus cum tribunal[22] conscendisset, invitatusque ab eo in curuli sella sedisset, postquam filium in cornu scribæ humiliorem fortuna sua locum obtinentem conspexit,[23] non sustinuit infra se collocatum intueri: sed protinus sella descendit, et diadema in caput ejus transtulit: hortarique cœpit, ut eo transiret, unde ipse surrexerat. Exciderunt lacrymæ juveni, cohorruit corpus, dilapsum[24] diadema est, nec quo jussus erat, progredi potuit: quodque pæne fidem veritatis excedit, lætus erat, qui regnum deponebat; tristis, cui dabatur. Nec ullum finem tam egregium certamen habuisset, nisi patriæ voluntati auctoritas Pompeii affuisset. Filium enim et regem appellavit, et diadema sumere jussit, et in curuli sella considere coëgit.†

quod compendiose scriptum erat.' *Kapp.*—21 Vet. *Hec de Seleuci.* Mox Mss. omnino tres hic habent *regnum;* etiam *uxorem,* unus et alter: *autem* post *Ariobarzanes* in multis antt. Edd. fuit omissum; contra Mss. fidem.—22 *Cujus cum ipse tribunal* Aldd. Colin. Gryph. et Steph. Pighius τὸ *ipse* ejecit: delent etiam omnes codd. Torren. Paulo post Vet. *ab eo ut in curuli.* —23 Plerique codd. cum Vet. et Mog. *conspexisset.* Deinde pro *surrexerat* Harl. Leid. 2. et Vet. *descenderat,* ex interpretatione.—24 'Pro *dilapsum* legendum cum Perizonio et Torrenio *delapsum.* Med. uterque *collapsum.*' Kapp.

NOTÆ

g *Ariobarzanes*] Rex Cappadociæ, qui a Mithridate bis regno pulsus est; bisque a Romanis restitutus; semel a Sylla, iterum a Pompeio.

† An. M. 3990. Ol. 178. 1. Urb. C. 689. Ant. Ch. 63.

CAP. VIII.

QUI SEVERI ADVERSUS LIBEROS.[1]

1 L. Junius Brutus primus Cos.
2 Cassius Viscellinus.
3 T. Manlius Torq. juriscos.
4 M. Æmilius Scaurus.
5 A. Fulvius.

1. Comicæ lenitatis hi patres: tragicæ asperitatis illi.[a] Par Romulo gloria L. Brutus,[3] quia ille urbem, hic libertatem Romanam condidit; filios suos,[a] Tarquinii dominationem a se expulsam reducentes, summum imperium obtinens comprehensos, proque tribunali virgis cæsos, et ad palum religatos[4] securi percuti jussit. Exuit patrem, ut consulem ageret: orbusque vivere, quam publicæ vindictæ deesse maluit.*

2. Hujus æmulatus exemplum Cassius, filium, qui tri-

[a] *Hi patres de quibus egimus habuerunt lenitatem, qualem habent patres in comœdiis; illi vero de quibus mox dicemus fuerunt severitatis tragicæ.*

1 Vet. et Mss. *De severitate parentum* (*patrum* Vet.) *in filios*, vel *adversus liberos*. Quod Pighius mutavit.—2 'Hæc ita exhibet Leid. sext. *Comicæ lenitatis hi patres, de quibus dictum est, tragicæ asperitatis illi, de quibus dicendum est.* Sed quæ nimis manifeste Glossatorem produnt, quam ut dubitare liceat.' *Torren.* Vet. capiti præcedenti annectit.—3 Hæc verba ita constituit Pighius cum antea legeretur, *Brutus par gloria Romulo.* Et idem quoque ordo reperitur in Mss. quorum quidam addunt *Lucius:* quem ille mutandum duxit, propter sequentia pronomina *hic, ille.*—4 Pro *religatos* Medic. 1. *deligatos,* quod pro v. l. additur etiam in Leid. 7.

NOTÆ

[a] *Filios suos*] Exul apud Hetruscos Tarquinius Romam legatos miserat, qui bona ipsius repeterent; cum multos illi, tum Bruti filios Titum et Tiberium ad suas partes alliciunt: in ædes Aquiliorum conveniunt conjurati; interim Pincerna quidam nomine Vindicius Valerium admonet: ille continuo cum amicis advolat, capit conjuratos, eosque ante Consules sistit; tum Brutus filiis dicendi, si quid vellent, facit potestatem; cum uterque fleret indicto silentio, capitalem in eos sententiam profert. Hæc Livius.

* An. M. 3546. Ol. 68. 5. Urb. C. 245. Ant. Ch. 507.

bunus[5] plebis[b] Agrariam legem primus tulerat, multisque aliis rebus populariter animos hominum amore sui devinctos tenebat, postquam illam potestatem deposuit, adhibito propinquorum et amicorum consilio, affectati regni crimine domi damnavit: verberibusque affectum, necari jussit: ac peculium ejus Cereri consecravit.†

3. T. autem Manlius[6] Torquatus,[c] propter[7] egregia multa raræ dignitatis, juris quoque civilis, et sacrorum pontificalium peritissimus, in consimili facto ne consilio quidem necessariorum indigere se credidit. Nam cum ad senatum Macedonia de filio ejus D. Silano, qui eam provinciam obtinuerat, querelas per legatos detulisset, a Patribus conscriptis petiit, 'ne quid ante de ea re statuerent, quam ipse Macedonum, filiique sui, causam inspexisset.' Summo deinde cum amplissimi ordinis, tum etiam eorum, qui questum venerant, consensu cognitione suscepta, domi consedit: solusque utrique parti per totum biduum vacavit, ac tertio plenissime die,[8] diligentissimeque auditis testibus, ita pronuntiavit: 'Cum Silanum filium meum pecunias a sociis accepisse mihi probatum sit, et republica eum et

—5 Pighius legendum conj. *qui cum tribunis;* sed omnes codd. habent *tribunus*, contra historiæ fidem, quod Valerio vitio tribuunt Interpretes.—6 Nonnulli codd. cum Vet. *Gaius autem Manlius.*—7 'Christophorus Rufus in Antexegematis pro *propter* legendum putat *præter;* idque suadere voculam *quoque*, quæ mox sequitur. Atque ita in cod. quodam et scriptum reperit: nosque itidem in uno cod. Brandeb. Et est omnino id concinnius.' *Vorst.* Ita extat in Copes. et Mediol. 3. *pater* habent Bitur. 1. Barb. 1. et Medic. 2. *propter* ceteri omnes retinent. Mox *militaris juris quoque* in Barb. 1.—8 Multi

NOTÆ

[b] *Filium, qui tribunus plebis*] Hoc etiam in loco, ut in multis aliis, a Dionysio et Livio dissentit Valerius: nec enim Tribunus erat Cassius ille, nec a patre domi damnatus; sed Consulatu triplici, duplicique illustris triumpho, a Quæstoribus Cæsone Fabio et L. Valerio ambitæ tyrannidis accusatus, e rupe spectante populo præceps actus est: illius ædes diruta, bona publicata, filiique hæreditate privati.

† An. M. 3570. Ol. 74. 1. Urb. C. 269. Ant. Ch. 483.

[c] *Manlius Torquatus*] Qui Consul fuerat anno Urbis 589. tum summus Pontifex. Illius filius D. Silanus dicebatur, quod D. Silano in adoptionem datus erat. Prætor Macedoniam obtinuerat.

domo mea indignum judico, protinusque e conspectu meo abire jubeo.' Tam tristi patris sententia perculsus[9] Silanus, lucem ulterius intueri non sustinuit, suspendioque se proxima nocte consumsit. Peregerat jam Torquatus severi et religiosi judicis partes: satisfactum erat reipublicæ: habebat ultionem Macedonia: potuit tam verecundo obitu filii patris inflecti rigor: at ille[10] neque adolescentis exequiis interfuit, et cum maxime funus ejus duceretur, consulere se volentibus, vacuas aures accommodavit. Videbat enim se in eo atrio consedisse, in quo Imperiosi illius Torquati[11] severitate conspicua imago posita erat: prudentissimoque viro succurrebat, effigies majorum cum titulis suis idcirco in prima ædium parte poni solere, ut eorum virtutes posteri non solum legerent, sed etiam imitarentur.‡

4. M. vero Scaurus,[d] lumen ac decus patriæ, cum apud Athesim[e] flumen impetu Cimbrorum Romani equites[f] pulsi, deserto [procos.] Catulo,[12] Urbem pavidi repeterent, consternationis eorum participi filio suo misit, qui dicerent,[13] 'libentius se in acie ejus interfecti ossibus occursurum,

codd. *ac tertio die plenissime.*—9 Sex codd. Torren. ut Aldus aliique ediderunt, *percussus.* Mox pro *intueri* Vet. *videre.*—10 Eadem Vet. *at ille* delet.—11 Edd. vett. ante Pigh. *illius Imperiossi Torquati:* Copes. *Imperiosi illius Torquati.* Hic ordo in compluribus observatur Mss. Mox quemadmodum duodecim Mss. omnes ante Pighium Edd. habent *effigies suorum majorum.*—12 Sic edere placuit Pighio. Vetustæ editt. *consule.* Sex Mss. cum Vet. delent. recte. Major pars Mss. cum Mog. *deserto Catulo consule,* ex glossa. [Sex Torren. nomen magistratus omittunt: Medic. 2. exhibet: *Q. Catullo consule.*] Mox pro *consternationis eorum* contra omnium codd. et edd. vett. fidem Pighius ediderat, *consternationem ejus.*—13 Novem codd. cum Vet. et

NOTÆ

‡ An. M. 3914. Ol. 160. 1. Urb. C. 613. Ant. Ch. 139.

[d] *M. vero Scaurus*] Senatus princeps, de quo sicuti de Catulo jam sæpius.

[e] *Athesim*] Galliæ Cisalpinæ fluvium. Ex Tridentinis Alpibus profluit; Tridentum Veronamque alluit. Hodie *Adige.*

[f] *Romani equites*] Athesim Catulus Cimbris objecerat: at illi mira feritate clamorem horrendum tollere, concutere pontem, fluvium saxis, truncis, arboribus replere; quod tantum terrorem Romanis incussit, ut plerique desertis et castris et signis, fugerent: quos Catulus cum nec precibus nec lacrymis retinere posset, eorum pudori consulens, se fugæ ducem præbuit; ne fugere, sed ducem sequi viderentur.

quam ipsum tam deformis fugæ reum visurum. Itaque si quid modo reliquum in pectore verecundiæ superesset, conspectum degenerati patris vitaturum:'[14] recordatione enim juventæ suæ, qualis M. Scauro aut habendus, aut spernendus, esset filius, admonebatur. Quo nuntio accepto, juvenis coactus est fortius adversus semetipsum gladio uti, quam adversus hostes usus fuerat.*

5. Nec minus animose A. Fulvius, vir senatorii ordinis, euntem in aciem filium retraxit, quam Scaurus e prælio fugientem increpuit. Namque juvenem et ingenio et literis et forma inter æquales nitentem, pravo consilio amicitiam Catilinæ secutum, inque castra ejus temerario impetu ruentem, medio itinere[15] abstractum supplicio mortis affecit: præfatus, 'Non se Catilinæ illum adversus patriam, sed patriæ adversus Catilinam genuisse.'† Licuit, donec civilis belli rabies præteriret, inclusum arcere: verum illud cauti patris narraretur opus, hoc severi refertur.[b]

[b] *Potuit quidem Fulvius filium tenere inclusum, donec furor belli civilis præteriret; sed illud referretur ut opus patris providi, hoc vero, quod fecit, filium occidendo narratur ut præclarum severi patris facinus.*

Mog. *qui diceret*, quod magis placet Torrenio et Kappio.—14 'Sic omnes omnino Mss. codices et editt. vetustæ, præter Cauch. in quo *vitaret;* unde Pighius conjecit *degener irati patris vitaret.* Sensu quidem bono, at contra librorum fidem; unde Torrenius lectionem tot Mss. et editt. firmatam revocavit. Pro *juventæ* Vet. *juventutis.*' Kapp.—15 Nonnulli Mss. *in medio itinere;* quod vulgatas ante Pighium editiones obsedit præter Mog. Porro Leid. 1. et Medic. 1. 2. *retractum* scribunt.

NOTÆ

* An. M. 3952. Ol. 169. 3. Urb. C. 651. Ant. Ch. 101.

† An. M. 3991. Ol. 179. 2. Urb. C. 690. Ant. Ch. 62.

CAP. IX.

QUI MODERATI ERGA SUSPECTOS LIBEROS.[1]

1 L. Gellius Poplicola.
2 Q. Hortensius orator.
3 Fulvius quidam.
4 Pater quidam.

Sed ut hanc incitatam et asperam severitatem mitiores relatu[2] patrum mores clementiæ suæ mixtura temperent, exactæ pœnæ concessa venia jungatur.

1. L. Gellius[3 a] omnibus honoribus ad censuram defunctus, cum gravissima crimina de filio, in novercam[4] commissum stuprum, et parricidium cogitatum, propemodum explorata haberet, non tamen ad vindictam procurrit continuo, sed pæne universo senatu adhibito in consilium, expositis suspicionibus, defendendi se adolescenti potestatem fecit. Inspectaque diligentissime causa, absolvit eum tum consilii, tum etiam sua sententia.[5] Quod si impetu iræ

1 Codd. conveniunt fere antiquioribus edd. exhibentes: *De parentum adversus suspectos liberos moderatione.*—2 Sic Copes. Leid. 5. Ultraj. 1. 2. et Barb. 1. cum Vet. *relati* habent undecim codd. Torren. quod Perizonio placuit.—3 Cod. Lavernii, ut et aliquot Torren. *L. Agellius;* alii simpliciter *Agellius;* Leid. 3. *Agellius Lucius.* Mox Aldus, *ad censuram usque defunctus;* sed Pighius *usque* expunxit, quod in codd. id non reperisset: abest a Brand. 1. 2. Torrenianis et Mog.—4 Sic Vet. cum aliis editt. et utroque Brand. omnibusque Torrenii Mss. Solus Camp. *cum noverca,* quod Pighius præter rem prætulit. Leid. sept. habet, pro v. l. *in noverca.* Nihilo fortasse pejus, judice Torrenio. Pro *explorata* Vet. *excogitata.*—5 ' Pigh. *absolvit eum de consilii, tum etiam sua sententia.* Primo prius *tum,* videtur abesse non posse. Et apparet idem in utroque Brand. et antiquioribus typis expressis. Deinde satis quoque recte scribitur *consilii,* quomodo Aldus ediderat. Porro voculam *de* neque veteres typis expressi, neque Brand. habent. Denique *sua sententia* scribendum potius, ut in utroque Brand. est, quam *sententia sua,* satis quoque apparet. Ita enim *sententia* melius ad utrumque referri poterit.' *Vorst.* Hæc omnia testantur codd. Torren. Klokkius legebat: *tum de con-*

NOTÆ

[a] *L. Gellius*] Publicola, qui Consul anno Urbis 682. Proconsul a Spartaco victus est, et oppressa Catilinæ conjuratione Ciceronem civica corona donandum censuit. Prætor Græciam sortitus, Athenis Philosophos omnes vocavit, illisque suadere conatus est, ut aliquando controversiarum facerent modum. Censor cum Cn. Lentulo 64. e Senatu movit.

abstractus sævire festinasset, admisisset magis scelus, quam vindicasset.*

2. Q. autem Hortensii, qui suis temporibus ornamentum Romanæ eloquentiæ fuit, admirabilis in filio patientia[b] extitit. Cum enim eousque impietatem ejus suspectam, et nequitiam invisam haberet, ut Messallam,[6] suæ sororis filium, hæredem habiturus, ambitus reum defendens judicibus diceret, 'Si illum damnassent, nihil sibi præter osculum nepotum, in quibus acquiesceret, superfuturum.' Hac scilicet sententia, quam etiam editæ orationi inseruit, filium potius in tormento[7] animi, quam in voluptatibus reponens, tamen ne naturæ ordinem confunderet, non nepotes, sed filium hæredem reliquit. Moderate usus affectibus suis: quia et vivus[8] moribus ejus verum testimonium, et mortuus sanguini honorem debitum reddidit.*

3. Idem[†] fecit clari generis, magnæque dignitatis vir Fulvius:[c] sed in filio aliquantum tetriore.[9] Nam cum auxilium senatus implorasset, ut suspectus in parricidio, et ob id latens, per triumvirum conquireretur, ac jussu Patrum conscriptorum comprehensus esset; non solum eum non notavit,[10] sed etiam decedens, dominum omnium esse voluit: quem genuerat[11] hæredem instituens, non quem expertus fuerat.[‡]

* *Hæredem instituens respexit quem genuerat, non quem in se fuerat expertus.*

silii sententia, tum de sua.—6 Plerique codd. *Messalam.*—7 Decem codd. Torren. cum Mog. *in tormentis.*—8 Vet. *quia scilicet virus.*—9 Nonnulli Mss. *deteriore*, ut hæc sæpius confunduntur. Copes. Med. sec. Leid. prim. quint. *aliquanto;* Periz. *aliquantulo:* tres Leidd. *aliquantulum.*—10 Pro *notavit* Copes. *vindicavit;* unde Periz. *vindicavit;* septem Torren. codd. et Vet. *necavit.* Mox *omnium* octo codd. cum Vet. omittunt: Medic. 1. habet: *sed etiam decedens omnium hæredem instituit.*—11 Sic edidit Torren. secutus auctoritatem codd. tredecim et omnium

NOTÆ

* An. M. 3903. Ol. 179. 4. Urb. C. 692. Ant. Ch. 60.

[b] *In filio patientia*] In vestitu et cultu corporis adeo mollis fuisse dicitur ipse Hortensius, ut diem Collegæ dixerit, quod sibi in loco angusto occurrens, structuram togæ disturbasset. Illius filius ad C. Antonii tumulum M. Antonii jussu occisus est.

† An. M. 4003. Ol. 182. 2. Urb. C. 702. Ant. Ch. 50.

[c] *Fulvius*] Illius nec prænomen nec agnomen proditur.

‡ An. M. 4003. Ol. 182. 2. Urb. C. 702. Ant. Ch. 50.

4. Magnorum virorum clementibus actis ignoti patris novæ atque inusitatæ rationis consilium adjiciam: qui cum a filio necti sibi insidias comperisset, nec inducere in animum posset, ut verum sanguinem ad hoc sceleris[12] progressum crederet, seductam[13] uxorem suppliciter rogavit, 'ne se ulterius celaret, sed diceret,[14] sive illum adolescentem subjecisset, sive ex alio concepisset.' Asseveratione deinde ejus, et jurejurando, 'se nil tale debere suspicari,'[15] persuasus, in locum desertum filio perducto, gladium, quem secum occultum attulerat,[16] tradidit, ac jugulum feriendum præbuit: nec veneno, nec latrone ei ad peragendum parricidium opus esse affirmans. Quo facto non paulatim, sed magno impetu recta cogitatio pectus juvenis occupavit; continuoque abjecto gladio, 'Tu vero,' inquit, 'pater, vive: et si tam obsequens es,[17] ut hoc precari filio permittas, me quoque exsupera.[b] Sed tantum[18] quæso, ne meus erga te amor eo sit tibi vilior, quod a pœnitentia oritur.' Solitudinem[19] sanguine meliorem, pacatioresque penatibus sylvas,

[b] *Vive diutius, quam ego victurus sum.*

edd. antiq. Pighius vero, *quem sibi genuerat.*—12 Leidd. 2. 7. Barb. 1. et Bitur. 2. *ad hunc sceleris;* Leid. 5. et Bitur. 1. *ad hunc sceleris gradum progressum.*—13 'Id est, in locum secretum ductam; quod cum imperiti librarii non intelligerent, verbum *suspicans* intruserunt et legerunt *seductam uxorem suspicans, suppliciter, &c.* et sic in quatuordecim Mss. invenit Torrenius; qui tamen pro *suspicans* conjicit *suspirans*, i. e. quasi amans, qui de violata uxore expetit, et quem quærere pudet; uti Darius apud Curt. IV. 10. 32. Ast lectio textus bene habet.' *Kapp.*—14 'Verba *sed diceret* absunt a quatuor Mss. Pighianis, Dan. utroque Brand. et ab undecim Torrenii itemque Vet. Sed habent quatuor Pighiani et Mog. Mihi commode abesse posse videntur.' *Idem.*—15 Hoc: *se n. t. d. s. persuasus* quasi glossam damnat Colerus. 'A codd. septem abest pronomen *se*, a quatuor ex iis verbum *debere;* sed utrumque in Leid. sept. ascriptum est recenti manu. Concisius profecto cum iis quatuor et Lipsio legas: *nil tale suspicari persuasus.*' Torren. Hoc probat Kappius.—16 Uterque Med. Ultraj. prim. Leid. sept. a manu prima, *tulerat.* Item Med. prim. et Ultraj. sec. *feriendum obtulit.*—17 Sex codd. Torren. cum Mog. delent τὸ *es.* unus *obsequeris.* Cop. *obsequaris.* Leid. sept. addit pro varia lectione: *et sis, oro, tam obsequens,* haud ineleganter. Porro plerique scripti habent, *et hoc precari filio permittas,* non, *ut.* sed abest ab Ultraj. sec. et Mog. *ut* magis placet Torrenio.—18 *Sed tamen* quinque codd. Torren. Mox *tibi* deest in Aldd. Colin. Gryph. Steph. Pigh. Coler. Thys. Delph. et Vorst. id Torren. addidit auctoritate duodecim codd. itemque Vet. Mog. et Lips. ap. Thann.—19 *O solitudinem* Pigh. ex Camp. ab aliis codd. vocula exclamandi abest.

et alimentis blandius ferrum, ac mortis oblatæ, quam datæ vitæ felicius beneficium![c]

[c] *O sylvas magis conciliatrices pacis, quam domus; et gladium a patre oblatum potentiorem ad amorem conciliandum, quam alimenta filio ab eo data; et feliciorem patrem, cum se morti paratum filio obtulit, quam cum illi vitam dedit.*

CAP. X.

QUI FILIORUM OBITUM FORTI ANIMO TULERUNT.[1]

ROMANI.	EXTERNI.
1 M. Horatius Pulvillus Cos. 2.	1 Pericles Atheniensis.
2 Æmilius Paulus Procos.	2 Xenophon.
3 Q. Marcius Rex, Cos.	3 Anaxagoras.

Commemoratis patribus, qui injurias filiorum patienter exceperunt, referamus eos, qui mortes æquo animo tolerarunt.

1. Horatius Pulvillus, cum in Capitolio Jovi Opt. Max. ædem pontifex[a] dedicaret, interque nuncupationem[2] solennium verborum postem tenens, mortuum esse[b] filium suum audisset, neque manum a poste removit, ne tanti templi dedicationem interrumperet: neque vultum a publica religione ad privatum dolorem deflexit,[3] ne patris magis, quam pontificis partes egisse videretur.*

1 Codd. et edd. vett. *De parentibus qui filiorum, &c.*—2 Sex codd. Torren. cum Vet. *inque nuncupatione:* duo etiam ejusdem, *mortem filii sui;* Harl. delet *suum;* Ultraj. 1. *esse.*—3 Leid. 7. *flexit.* Deinde Winck. Colon. et Vet. post *videretur* adjiciunt: *tolle, inquit, cadaver,* ex mera librariorum li-

NOTÆ

[a] *Ædem Pontifex*] Non Pontifex, sed consul cum Valerio Publicola: sortiti enim, uter ædem Capitolii dedicaret, Horatio sorte evenit.

[b] *Mortuum esse*] Templi dedicationem ab Horatio fieri cum ferrent ægrius amici Poplicolæ, id Horatio tum nuntiari curarunt, ut illum mœror patrius a dedicatione abduceret.

* An. M. 3546. Ol. 68. 1. Urb. C. 245. Ant. Ch. 507.

2. Clarum exemplum: nec minus tamen[4] illustre quod sequitur. Æmilius Paulus, nunc felicissimi, nunc miserrimi patris clarissima repræsentatio, ex quatuor filiis formæ insignis, egregiæ indolis, duos jure adoptionis[d] in Corneliam Fabiamque gentem translatos, sibi ipse denegavit:[5] duos ei fortuna abstulit. Quorum alter triumphum patris funere suo quartum ante diem præcessit: alter in triumphali curru conspectus, post diem tertium expiravit. Itaque qui ad donandos usque liberos abundaverat,[6] in orbitate subito destitutus est. Quem casum quo robore animi sustinuerit, oratione, quam de rebus a se gestis apud populum[7] habuit, hanc adjiciendo clausulam, nulli ambiguum reliquit: 'Cum in maximo proventu felicitatis[8] nostræ, Quirites, timerem, ne quid mali fortuna moliretur,[9] Jovem Opt. Max. Junonemque reginam, et Minervam precatus sum, ut, si adversi quid populo Romano immineret, totum in meam domum converteretur. Quapropter bene habet;[10] annuendo enim votis meis id egerunt, ut vos potius meum casum doleatis, quam ego vestro ingemiscerem.'[†]

3. Uno etiamnunc[11] domestico exemplo adjecto, in alienis luctibus orationi meæ vagari permittam. Q. Marcius

beralitate, ut ait Perizonius; quare hæc verba delevit Torrenius.—4 Ultraj. 2. et Leid. 4. delent *tamen*.—5 Klokkius delet *translatos*, legitque: *in Corneliam Fabiamque gentem sibi ipse abrogavit*.—6 Dan. *ambulaverat*, quod maluit Colerus. Mox Vorstius conj. *is orbitate*; Perizonius vero *subita*.—7 Ultraj. 2. *ad populum*.—8 Schegkius ad Vell. II. 10. testatur, veteres codices habere *provectu felicitatis*, quod est in Leid. sept. Ultraj. sec. et Perizon. *provecto* habent Harl. Barb. prim. et Bit. sec.—9 Colerus contra codd. *moliret*. Deinde Torreniani codd. cum Mog. *ut si quid adversi*. Mox idem Coler. *domum converteret* quod etiam rejiciunt codd.—10 Ante Coler. edebatur *Quapropter bene se res habet*. Quod in Mss. decem quoque invenit Torren. sed *bene habet* diserte exhibent Ultraj. prim. Periz. Leid. sec. Barb. prim. Med. sec. *bene se habet* Harl. Mox lectio, *meo casu doleatis*, a Colero est. Ceteri *meum casum*, cum plerisque Mss. Pridem quoque edebatur: *vestrum ingemiscerem*. Sed hoc Mss. non æque approbant. Leid. sext. habet, *in vestro ingemiscerem*.—11 'Colerus voculum *nunc* expunxit. Verum quia omnes codd. habent *etiamnunc*, non temere aliquid eliminandum putem.' *Vorst.* Mox

NOTÆ

[d] *Duos jure adoptionis*] Alter Q. Fabius Maximus Æmilianus; alter P. Cornelius Scipio Æmilianus, Africanus minor.

[†] An. M. 3887. Ol. 153. 2. Urb. C. 586. Ant. Ch. 166.

Rex superior,[12] [e] Catonis in Consulatu collega, filium summæ pietatis et magnæ spei, et quæ non parva calamitatis accessio fuit, unicum amisit. Cumque se obitu ejus subrutum et eversum videret, ita dolorem altitudine consilii coërcuit, ut a rogo juvenis protinus Curiam peteret, senatumque, quem eo die lege habere [13] oportebat, evocaret. Quod nisi [14] fortiter mœrorem ferre scisset, unius diei lucem inter calamitosum patrem et strenuum consulem, neutra in parte cessato [15] officio, partiri non potuisset.[a] ‡

EXTERNA.

1. Princeps Atheniensium Pericles intra quatriduum duobus mirificis adolescentibus filiis [f] spoliatus, iis ipsis diebus et vultu pristinum [g] habitum retinente, et oratione nulla ex parte infractiore concionatus est. Ille vero caput quoque solito more coronatum gerere sustinuit, ut nihil ex vetere ritu propter domesticum vulnus detra-

[a] *Quod nisi scivisset fortiter dolorem ferre, non potuisset eodem die fungi officio et patris afflicti, corpus filii efferendo, et strenui Consulis, Senatum evocando.*

codd. undecim Torren. *orationem meam.*—12 ' Omnes codd. et edd. vett. habent, *superioris*, ut ad Catonem referatur. Ast Pighius ex conjectura bene reposuit *superior*, nempe *Q. Marcius Rex.* Duo enim Marcii Reges ad Consulatum pervenerunt, pater et filius.' *Kapp.*—13 Codd. quinque Torren. *haberi.*—14 *Qui nisi* Ultraj. 1. *Qui non fortiter* codex Perizon.—15 Sic omnes codd. Torren. cum Vet. Mog. Venett. et Lips. ap. Thanner. nisi quod quatuor codd. scribunt *cassato;* unde Torren. pro vulg. *cessante* lect. nostram

NOTÆ

[e] *Q. Marcius Rex superior*] Sic legendum est, non *superioris Catonis*, ut vulgo legi solet. Duo enim Marcii Reges Consules fuerunt, pater et filius; et neuter cum Catone superiore: at pater cum M. Catone Censoris nepote, filius cum L. Cæcilio Metello.

‡ An. M. 3936. Ol. 165. 3. Urb. C. 635. Ant. Ch. 117.

[f] *Intra quatriduum . . . . filiis*] Et filios et propinquos, et amicos plerosque, quibus in Republica fuerat potissimum usus, paucis diebus pestilentia sustulit.

[g] *Vultu pristinum*] Non ita Plutarchus. Ut enim Parolum, is unus ex filiis reliquus erat, mortuum conspexit, tanto oppressus est dolore, ut in ejulatum erumperet, et magnam vim profunderet lacrymarum.

heret. Non sine causa igitur tanti roboris animus ad Olympii Jovis[16] cognomen ascendit.*

2. Xenophon[h] autem, quod ad Socraticam disciplinam attinet, proximus a Platone felicis ac beatæ facundiæ gradus,[b] cum solenne sacrificium perageret, e duobus filiis majorem natu[i] nomine Gryllum, apud Mantineam[j] in prælio cecidisse cognovit: nec ideo institutum Deorum cultum omittendum putavit, sed tantummodo coronam deponere contentus fuit. Quam ipsam, percunctatus 'quonam modo occidisset,' ut audivit 'fortissime pugnantem interiisse,' capiti reposuit; numina, quibus sacrificabat, testatus, 'majorem se ex virtute filii voluptatem, quam ex morte amaritudinem sentire.'† Alius removisset hostiam, abjecisset altaria, lacrymis respersa thura disjecisset: Xenophontis corpus religione[17] immobile stetit, et animus in consilio prudentiæ stabilis mansit, ac dolori[18] succumbere, ipsa clade, quæ nuntiata erat, tristius duxit.

3. Nec Anaxagoras[k] quidem supprimendus est. Audita

[b] *Xenophon vero, quod ad doctrinam Socratis pertinet, dicendi laude proximus a Platone excelluit.*

reposuit.—16 Aristoph. Acarn. Περικλέης ὁ Ὀλύμπιος· unde Colerus vocem *Jovis* expunxit contra omnem fidem codd. et edd. vett. Bene contra eum disputavit Perizon. Pro *ascendit* Vet. *conscendit.*—17 'Aldus ediderat: *cor pia religione*, et sic est in octo Mss. Torrenii. Pighius ex Mss. edidit *corpus religioni*, cum Valerius de corporis et animi constantia loquatur. Torrenius Pighianum *religioni* mutavit in *religione*, quod omnes vetustæ editiones et plerique Mss. habent. *corpus pia religione* est in Mog. Ms. Periz. et Ultr. sec. quod ego prætulerim. Ceteri Mss. Torrenii cum ed. Vet. *corpus religione.*' Kapp.—18 'Sic omnes scripti et editi. Bene ergo Torrenius revocavit, probante Perizonio, cum Pighius aliique edidissent: *nam dolori;* æque recte, sed

NOTÆ

* An. M. 3624. Ol. 87. 3. Urb. C. 323. Ant. Ch. 429.

[h] *Xenophon*] Socratis discipulus, æmulusque Platonis, vir omnibus, tum ingenii tum animi laudibus ornatissimus: mirum sane, quod nec ipse Platonis, nec ipsius Plato suis in scriptis meminerit.

[i] *Majorem natu*] Duos ex Philesia filios susceperat, Gryllum et Diodorum; ambo ea corporis pulchritudine, ut Dioscuri dicerentur.

[j] *Apud Mantineam*] Ubi Epaminondas contra Agesilaum pugnans cecidit. De illa pugna consule lib. I. c. 2. n. 5.

† An. M. 3690. Ol. 104. 1. Urb. C. 389. Ant. Ch. 363.

[k] *Anaxagoras*] Clazomenius Anaximenis discipulus, præcellens in Phy-

namque morte filii, 'Nihil,' inquit, 'mihi inexpectatum, aut novum nuntias: ego enim illum ex me natum sciebam esse mortalem.' Has voces utilissimis præceptis imbuta virtus mittit: quas si quis efficaciter auribus perceperit,[19] non ignorabit ita liberos esse[20] procreandos, ut meminerit his a rerum natura, et accipiendi spiritus, et reddendi eodem momento temporis legem dici, atque ut mori neminem solere,[c] qui non vixerit, ita nec vivere aliquem quidem posse, qui non sit moriturus.‡

[c] *Ut meminerit a natura rerum omnium parente eodem temporis momento liberis legem imponi, et vivendi et aliquando moriendi.*

contra libros.' *Idem.* Leid. 6. habet *dolore s. i. c. q. denunciata.*—19 Omnes Torrenii Mss. exceptis Periz. et Copes. habent *receperit*, et sic Mog. et Mediol. nec non Vet. in qua est: *que si quis*, pro *quas si quis*; ut ad *præcepta* referatur. *Receperit* Torrenius non damnat.—20 Omnes codd. Pighiani et Torren. τὸ *esse* servant; sed in vulgg. omittitur. Mox Bitur. 1. *legem indici.*

NOTÆ

sicis, generisque splendore nobilissimus: opes dimisit suas, quo Philosophiæ studio facilius incumberet.

‡ An. M. 3613. Ol. 84. 4. Urb. C. 312. Ant. Ch. 440.

VALERII MAXIMI

FACTORUM DICTORUMQUE MEMORABILIUM

LIBER VI.

CAP. I.

DE PUDICITIA.

QUAM COLUERE ROMANI.

1 Lucretia Sp. F. L. Collatini.
2 L. Virginius.
3 Pontius Aufidianus eq. Rom.
4 P. Mænius.
5 Q. Fab. Max. Servilianus.
6 P. Atilius Philiscus.
7 M. Claudius Marcellus æd. cur.
8 Q. Metellus Celer trib. pleb.
9 T. Veturius T. F. Calvinus.
10 C. Pescennius triumvir capitalis.
11 Cominius trib. plebis.
12 C. Marius Cos. 2.
13 Privati qui adulteria deprehensa vindicarunt.

EXTERNI.

1 Hippo fœmina Græca.
2 Chiomara Orgiagontis reguli.
3 Teutonorum uxores.

UNDE te virorum pariter ac fœminarum præcipuum firmamentum[1] Pudicitia invocem? Tu enim prisca religione consecratos Vestæ focos incolis. Tu Capitolinæ Junonis pulvinaribus incubas. Tu palatii columen, augustos penates sanctissimumque Juliæ genialem torum[2] assidua

1 Brand. 1. et Leid. 2. *fundamentum;* Lips. conj. *ornamentum P. evocem;* unus Brand. pro *invocem* habet simplex *vocem.*—2 In octo Mss. et Mog. est *Juliæ gentis genialem torum,* quod Pighius temere in textum recepit, ne scilicet Valerius suus accusari posset, tanquam impudentissimus adulator Juliæ, Augusti filiæ, et Tiberii uxoris, libidine atque adulteriis toto orbe terrarum infamis. Ast Julia, de qua hoc loco Valerius agit, inquiunt Vorst. et Kapp. non est infamis illa Augusti filia, sed Livia, Augusti uxor, Tiberii mater, quæ

statione celebras. Tuo præsidio puerilis ætatis insignia munita sunt. Tui numinis respectu sincerus juventæ flos permanet. Te custode matronalis stola censetur.[a] Ades igitur, et cognosce quæ fieri ipsa voluisti.

1. Dux Romanæ pudicitiæ Lucretia,[a] cujus virilis animus, maligno errore fortunæ, muliebre corpus sortitus est, a Sex. Tarquinio,[3] [b] regis Superbi filio, per vim stuprum pati coacta, cum gravissimis verbis injuriam suam in consilio[4] necessariorum[c] deplorasset, ferro se, quod veste tectum attulerat, interemit. Causamque tam animoso interitu imperium consulare pro regio permutandi,[d] populo Rom. præbuit.*

2. Atque hæc illatam injuriam non tulit:[5] Virginius plebeii generis, sed patricii vir spiritus, ne probro contaminaretur domus sua, proprio sanguini non pepercit. Nam cum Ap. Claudius[e] decemvir, filiæ ejus virginis stuprum,

[a] *Te custode stola, quæ matronarum vestis est, pudicitiæ insigne habetur.*

Julia nominata est.—3 Sic Pighius edidit ex Atreb. Winck. et aliis, quibuscum faciunt codd. decem Torren. sed alii codd. Torren. *a Tarquinii*, vel *a Sex. Tarquinii*.—4 ' Sic Leid. prim. quint. sext. Periz. Ultraj. sec. reliqui *concilio* cum omnibus Edd. præter Mog. ut sunt hæc duo perpetuo confusa. Mihi vero hic conventus necessariorum Lucretiæ *concilium* rectius, quam *consilium* dici videtur.' *Torren.*—5 ' Nempe Lucretia, quæ injuriam *illatam* ulta est ferro, Virginius etiam *inferendam*. Sic enim legendum optime conjecit Lipsius, quocum faciunt Barb. prim. uterque Med. Leid. prim. et Ultraj. prim. Ceteri cum editt. vett. *Atque hanc illatam injuriam non tulit Virginius . . . spiritus, qui ne, &c.* male. Vet. *qui ne probro criminis turpitudine*

NOTÆ

[a] *Lucretia*] Lucretii viri nobilis filia, et L. Tarquinii Collatini uxor.

[b] *Sex. Tarquinio*] Is Collatiam a patre missus divertit ad cognatum suum Collatinum, qui tum ad Ardeam erat in castris.

[c] *In consilio necessariorum*] Ubi illuxit, conscenso carpento, Romam properat, patrisque genua complexa ab eo postulat, ut cognatos omnes et amicos convocaret, quibus rem omnem ordine narrat: tum Deos precata, cultrum in cor defigit.

[d] *Pro regio permutandi*] Inde Lucretius et Collatinus prolato in forum mulieris corpore, ut erat cruore fœdatum, populum ad libertatem vocant: hinc Brutus, Valerius, aliique viri nobiles de Tarquiniis non recipiendis conspirant.

* An. M. 3545. Ol. 67. 4. Urb. C. 244. Ant. Ch. 508.

[e] *Ap. Claudius*] Sabinus Regillensis, vir summa inter Collegas auctoritate: tum erant Decemviri, ut leges e Græcia nuper allatas ad Romanorum usum disponerent.

potestatis viribus fretus,[f] pertinacius expeteret, deductam in forum[6] puellam occidit, pudicæque interemtor, quam corruptæ pater esse maluit.†

3. Nec alio robore animi præditus fuit Pontius Aufidianus, eques Romanus, qui postquam comperit filiæ suæ virginitatem a pædagogo proditam Fannio Saturnino,[7] non contentus sceleratum servum affecisse supplicio, etiam ipsam puellam necavit. Itaque ne[8] turpes ejus nuptias celebraret, acerbas exequias duxit.

4. Quid P. Mænius,[9] quam severum pudicitiæ custodem egit! In libertum namque gratum admodum sibi animadvertit, quia eum nubilis jam ætatis filiæ suæ osculum dedisse cognoverat; cum præsertim non libidine, sed errore lapsus videri posset. Ceterum amaritudine pœnæ, teneris adhuc puellæ sensibus, castitatis disciplinam ingenerari magni æstimavit: eique tam tristi exemplo præcepit, 'ut non solum virginitatem illibatam, sed etiam oscula ad virum sincera perferret.'

contaminaretur; ex putida glossa.' *Kapp.*—6 Lipsius legit, *seductam in foro.*—7 Sic Mss. et editt. Mog. et Vet. Aliæ ante Pighium, *Faunio Saturnino.* Perizonius adscripsit: forte *Valgio* vel *Sentio Saturnino.*—8 Longe major pars codd. Torren. cum edd. antiq. *Ita ne, &c.* Si *Itaque* retinendum exponas cum Perizonio 'Atque ita.'—9 Bitur. prim. *Quintus premenens.* Leid. prim. quart. Ultraj. sec. Ed. Mog. *Primenius.* sic Periz. sed erasum *ri* ita est, ut ejus tamen extent vestigia. Leid. tert. quint. et sept. *premenius.* Sed in sept. pro v.l. *P. Menius.* Cop. et alii *P. Merius* ut edebatur a multis ante

NOTÆ

[f] *Potestatis viribus fretus*] Cum virginem precibus muneribusque frustra sæpe tentasset, Claudium nescio quem clientem suum subornat, qui eam filiæ suæ ancillam esse palam affirmet, et in servitutem vindicet; his causa defertur ad Triumvirum, bisque Claudio clienti in servitutem datur; at ne abduceretur obstitit primum populus, deinde virginis pater, qui monitus e castris in urbem advolat, petitque a Magistratu, ut filiam extremo salutare sibi liceat, et soli cum sola colloqui: tum illam sensim ad officinam coquinariam abducit, raptumque e mensa cultrum per filiæ pectus adigit, hoc tantum effatus: 'Liberam te, pudicamque, filia, ad majores sub terram demitto; viventi enim horum neutrum per tyrannum licuisset.' Inde orta ingens seditio; depositi Triumviri, alii occisi, alii in fugam acti, factaque plebis in montem Aventinum secessio. Ita Livius lib. III.

† An. M. 3606. Ol. 83. 1. Urb. C. 305. Ant. Ch. 447.

5. Q. vero Fabius[g] Maximus Servilianus honoribus, quos splendidissime gesserat,[10] censuræ gravitate consummatis,[b] exegit a filio pœnas dubiæ castitatis, et punito pependit, voluntario secessu conspectum patriæ vitando.[11] ‡

6. Dicerem censorium virum nimis acerbum[12] extitisse, nisi P. Atilium Philiscum in pueritia corpore quæstum a domino facere coactum, tam severum postea patrem cernerem. Filiam enim suam, quod ea se[20] stupri crimine coinquinaverat, interemit. Quam sanctam igitur in civitate nostra pudicitiam fuisse existimare debemus, in qua etiam institores libidinis, tam severos ejus vindices evasisse animadvertimus?

7. Sequitur excellentis nominis, ac memorabilis facti exemplum. M. Claudius Marcellus,[h] ædilis curulis, C. Scantinio[i] Capitolino, tribuno plebis,[21] diem ad populum

[b] *Post honores quos summa cum laude gesserat, Censuræ etiam dignitatem obtinuit.*

Pighium.—10 Ita tredecim codd. Torren. quomodo ante Pighium legebatur, et restituit Torrenius. Gronovius legit *egerat;* Pighius, *gessit.*—11 Sic plerique codd. et omnes ante Pighium editi. Pighio vero hæc lectio non placuit, igitur partim ex codd. partim ex conj. reposuit: *exegit a f. unico p. d. castitatis. Is eas pependit, v. s. c. patris vitando.* Pighium secuti sunt Coler. Thys. Delph. Minel. et Vorst. Ast Torrenius lect. priscam revocavit. Sus. habet, *a filio punico;* Pulm. Medic. 1. et Leid. 7. *a filio punito;* Leidd. 2. 3. *et punito filio pependit;* Leid. 4. *et punito eo;* quatuor alii, *et ex eo punito pependit;* Ultraj. 1. *et punito rependit;* ceteri codd. cum Brand. et Mog. *exegit pœnas a filio dubiæ, &c.*—12 Tredecim codd. cum Mog. et Vet. *atrocem,* quod Torrenius præferre videtur; Kappius tamen malit *acerbum.*—20 'Ante Pighium edebatur: *eo quod se;* sed Vet. et Mog. cum Mss. decem habent: *quod ita se stupri crimine:* alii, *quod ea:* Leid. sext. *eo quod.* Posses ex *ita* commodissime facere *ista.*' Torren. Crederim Valerium scripsisse: *eo quod se;* unde factum, *ea quod se;* deinde, *quod ea se, quod illa se, quod ita se.*—21 Pigh. ad Fast. A. 527. putat legendum *ædili plebis:* vide Liv. L. III. 55. Deinde codd. varie scribunt nomen, *Scantinio, Sanctinio, Santinio, Statinio, Satonio, Scatinio, Scantinio, Scantilio.* Mox *ut adesset* non reperitur in quin-

NOTÆ

[g] *Q. Fabius*] Qui ex gente Servilia in Fabiam adoptione translatus est: fuit enim frater Q. et Cn. Cæpionum; Consulatum, Censuram et Pontificatum maximum adeptus, cum Viriatho rem bene gessit. Vide Gentem Fabiam.

‡ An. M. 3928. Ol. 163. 3. Urb. C. 627. Ant. Ch. 125.

[h] *M. Claudius Marcellus*] Quinquies Consul, qui Syracusas cepit.

[i] *C. Scantinio*] Non Tribunus plebis tum erat ille, sed Ædilis, Marcelli Collega, ex Plut. *Sacrosanctam po-*

dixit, 'quod filium suum de stupro appellasset:' eoque asseverante 'se cogi non posse ut adesset, quia sacrosanctam potestatem haberet,' et ob id tribunicium auxilium implorante, totum collegium tribunorum negavit 'se intercedere, quo minus pudicitiæ quæstio perageretur.' Citatus itaque Scantinius reus, uno teste, qui tentatus erat, damnatus est.[22] [j] * Constat juvenem productum in Rostra defixo in terram vultu perseveranter tacuisse, verecundoque silentio plurimum in ultionem suam[23] valuisse.

8. Metellus quoque Celer [k] stuprosæ mentis acer punitor extitit, Cn. Sergio Silo[24] promissorum matrifamiliæ nummorum gratia diem ad populum dicendo, eumque hoc uno crimine damnando. Non enim factum tunc, sed animus in quæstionem[25] deductus est: plusque voluisse peccare nocuit, quam non peccasse profuit.

9. Concionis hæc: illa curiæ gravitatis.[26] T. Veturius,[l] filius ejus Veturii, qui in consulatu suo Samnitibus, ob turpiter ictum fœdus, deditus fuerat, cum propter domesticam ruinam, et grave æs alienum, C. Plotio[27] nexum se dare admodum adolescentulus coactus esset, servilibus ab eo verberibus, quia stuprum pati noluerat, affectus, quere-

que codd. Torren.—22 Medic. 1. Harl. et Leid. 1. *convictus;* Perizon. cod. *Itaque Scatinius reus uno teste, &c.*—23 Leid. 1. *in ultionem sui.*—24 Copes. *Sillo;* quatuor alii codd. Torren. *filio.*—25 Ita omnes codd. Torren. cum Vet. et Mog. quomodo restituit Pighius : ante eum vulgo edebatur, *in questione.* Mox *non* ante *peccasse* delet Vet.—26 Vet. *gravitas.* Deinde nonnulli codd. Torren. *Tib. Veturius.* Paulo post Medic. 2. *initum fœdus.*—27 Edebatur ante Pigh. *Cœlio Plotio;* sed *C. Plotio* est in codd. et edd. antiq.—28

NOTÆ

testatem] Tribuniciam : lex enim erat, ut qui Tribunum violasset, ejus caput sacrum foret.

[j] *Damnatus est*] Mulcta reo dicta, ex qua pecunia Marcellus mensam argenteam ministerio Deorum consecravit. Ita Plut.

* An. M. 3828. Ol. 138. 3. Urb. C. 527. Ant. Ch. 225.

[k] *Metellus quoque Celer*] Ille, ni fallor, qui postea Creticus dictus est, et Consul anno Urbis 693.

[l] *Veturius*] Adolescens ille a Livio Publius appellatur, fœnerator L. Papirius. Virgis laceratus juvenis in forum se proripit; deinde in curiam : fit ingens populi concursus, cogiturque Senatus ; tum ille tergum virgis cæsum Patribus ostentat, vimque queritur. De Triumviris jam diximus, et de Primipilatu.

lam ad consules detulit. A quibus hac de re certior factus senatus, 'Plotium in carcerem duci' jussit. In qualicumque enim statu positam[28] Romano sanguini pudicitiam tutam esse voluit.

10. Et quid mirum, si hoc universi Patres conscripti censuerunt? C. Pescennius[29] triumvir capitalis, Cornelium fortissime militiæ stipendia emeritum, virtutisque nomine quater honore primipili ab imperatoribus donatum, quod cum ingenuo adolescentulo stupri commercium habuisset, publicis vinculis oneravit. A quo appellati tribuni, cum de stupro nihil negaret, sed 'sponsionem se facere paratum' diceret, 'quod adolescens ille palam atque aperte corpore quæstum factitasset,' intercessionem suam interponere noluerunt. Itaque Cornelius in carcere mori coactus est. Non putarunt tribuni[30] plebis rempublicam nostram cum fortibus viris pacisci oportere, ut externis periculis domesticas delicias emerent.[e]

11. Libidinosi centurionis supplicium, M. Lætorii[31] Mergi tribuni militaris, æque similis fœdus exitus sequitur. Cui Cominius tribunus plebis diem ad populum dixit, quod cornicularium[m] suum stupri causa appellasset.[32] Nec sus-

[e] *Tribuni plebis noluerunt permittere, ut viris fortibus liceret domi libidinose et turpiter vivere, quia foris pericula generose subierant.*

Lips. et Vorst. contra omnes codd. et edd. vett. legunt *posito*, quod improbant Perizon. Torren. et Kapp.—29 Nonnulli Mss. nomen triumviri faciunt G. *Fescennius*: τὸ *capitalis*, deest in editionibus vetustis et multis Mss. Mox *primi pili* disjunctim in aliquot codd. quod placet Torrenio.—30 *Non putarunt enim tribuni* undecim codd. Torren. cum Vet. ut in fine Exempli superioris.—31 Ante Pighium *M. Lectorii* legebatur, quod in quibusdam codd. invenit Torren. sed *Lætorii* rectum esse etiam ex Suida patet. Mox Lipsius τὸ *similis* infartum, et expungendum censet: Schottus item vel *æque fœdus exitus* vel *similis exitus* legendum judicat. Vide Obs. Hum. III. 32. Suspecta eadem vox fuit Perizonio, eamque omisit Ascensius.—32 Medic. 1. *ad stu-*

NOTÆ

[m] *Cornicularium*] Cornicularii erant, vel accensi, qui in aciei cornibus una cum Decurionibus statuerentur; vel potius, ex Sigonio, Tribunorum militarium ministri, qui vigilias eorum loco circumirent. Quod Tribunorum imperia corniculo ederent, cornicularii dicti sunt.

tinuit ejus rei sententiam[33] Lætorius; sed se ipse ante judicii tempus fuga prius subtraxit: deinde etiam morte punivit. Naturæ modum expleverat: fato tamen functus, universæ plebis sententia crimine impudicitiæ damnatus est. Signa illum militaria, sacratæ aquilæ, et certissima Romani imperii custos severa castrorum disciplina, usque ad Inferos[34] persecuta est. Quoniam cujus magister[35] esse debuerat, sanctitatis corruptor tentabat existere.

12. Hoc movit[36] C. Marium imperatorem tum, cum 'C. Luscium,[o] sororis suæ filium, tribunum militum, a C. Plotio,[37] manipulario milite, jure cæsum'[p] pronuntiavit, 'quia eum de stupro compellare ausus fuerat.'[†]

13. Sed, ut eos quoque, qui in vindicanda pudicitia dolore suo pro[38] publica lege usi sunt, strictim percurram.

prum appellasset; Medic. 2. *de stupro appellasset.*—33 'Pro *sententiam* Ultr. sec. Periz. Leid. sept. Vet. habent *scientiam;* unde Torrenius conjicit *conscientiam*, i. e. conscientia ejus rei nimium ipsi fuit gravis, ideo se ipse ante judicii tempus punivit. Cui ego quidem assentiri nequeo. Mox alii libri partim *subtraxit*, partim *morte punivit*, omittunt. Vet. utrumque delet. Alii non agnoscunt *naturæ modum expleverat.* Ultr. sec. *fuga prius punivit, deinde etiam neque modum expleverit.* Torrenius proxime a vero abesse putat: *deinde etiam naturæ modum expleverat. Fato tamen, &c.*—34 Codd. fere omnes Torren. *ad inferos usque:* Ultraj. 1. *persecuta sunt.*—35 Novem Mss. Vet. aliæque ante Pighium, *cujus virtutis magister;* unde Torrenius conjicit: *cui virtutis magister.* Ultraj. 1. habet *virtute.*—36 Cop. Periz. compluresque alii Mss. Vet. et aliæ editt. antiquæ *monuit.* Mox pro *C. Luscium* alii codd. habent *Clusium;* et sic in Mog. sunt qui *G. Clusium, clausum,* vel *cum conclusium* exhibent; Vet. *drusium.*—37 Ante legebatur *Cœlio Plotio,* quod secundum Mss. bene correxit Pighius. Pauculi habent *Plucio:* Mog. *Ca. Plotio;* Vet. *ac Plucio.* A Plutarcho militem appellari *Tribonium* jam monuerunt viri eruditi. Plut. apophthegm. p. 202. Mox *militiæ jure* Ultraj. 1. 2. cum quatuor aliis Torren. *de stupro compellasse* in quibusdam ejusdem.—38 Aldus et qui eum secuti sunt omittunt *pro;* sed addunt codd. et edd. vett.—39 Nonnulli

NOTÆ

[o] *C. Luscium*] Alia nomina prodit Plutarchus in Mario; ubi Marii nepos Lusius, miles Trebonius dicitur.

[p] *Jure cæsum*] Cum Luscius Trebonium sæpe appellasset de stupro, noctu in tabernaculum evocat: venit Trebonius, jubenti enim Tribuno non parere nefas erat; Lusciumque vim adhibentem stricto gladio confodit: deinde Mario et crimen et criminis causam aperit, testesque multos appellat: quare et laudatus a Mario, et corona, quæ virtutis ergo dari solet, donatus est. Quod æquitatis exemplum tertium Mario Consulatum peperit. Hæc Plutarchus.

[†] An. M. 3950. Ol. 169. 1. Urb. C. 649. Ant. Ch. 103.

Sempronius Musca[39] C. Gallium deprehensum in adulterio flagellis cecidit: C. Memmius[40] L. Octavium similiter deprehensum nervis contudit: Carbo Accienus[41] a Vibieno, item Pontius[42] a P. Cernio deprehensi castrati sunt: Cn. etiam Furium Brocchum, qui deprehenderat,[43] familiæ stuprandum objecit. Quibus iræ suæ indulsisse, fraudi non fuit.[d]

EXTERNA.

1. Atque ut domesticis externa subnectam, Græca fœmina nomine Hippo, cum hostium classe esset excepta, in mare se, ut morte pudicitiam tueretur, abjecit. Cujus corpus Erythræo[44] littori[d] appulsum, proxima undis humus

[d] *Nullo damno affectus est, quod nimium iræ suæ tribuerit.*

codd. Torren. *Musa:* alii pro *Gallium*, exhibent *Galium*, *Gallum*, vel *Gellium*. —40 Ven. Aldus, Gryph. Colin. Steph. *C. Menius;* Ascens. *C. Mevius;* Mog. *Meninius;* Mediol. 3. *Memmius;* quod plures præferunt scripti. Sunt qui, *Memnius*, item *Mennius*, habent; unus *Menturus*. Mox pro *nervis* Sambuci codex, Med. prim. Copes. Barb. prim. Periz. *pernix*. Barb. sec. *pernix*, et pro v. l. *pernis*. Leid. prim. *pennis;* quint. et Med. sec. *penis;* Leid. tert. quart. Ultraj. sec. Harl. Douac. uterque *pugnis;* Leid. sept. *peruis*, et pro v. l. *pugnis*. Ultraj. prim. *Protinus*. Mog. *Pugnis*. Theophil. notat *nervis;* antiqui Codices habent *pernis*, i. e. calcibus: unus Brand. etiam *protinus*. Barthius conj. *pernis concidit*, ut de Hannibale Ennius.—41 Variant codd. *Actienus*, *Atthienus*, *Avicnus*, *Attienus*, *Acilius*. Deinde *a Bibieno*, ut edi ante Pighium solebat, vel *a Vibieno*. Torrentius ad Horat. I. Sat. 2. 37. legit: *Carbo Attienus a Bibieno*, monente Perizonio.—42 Harl. *Pompicius*. Tum alii *Cernio*, *Ceronio*, *Curnio*, *Cervio*. Torrent. loco citato *M. Pontius a P. Cervio deprehensi*, etiam ad Lib. II. Sat. 1. 47. Mog. *P. Servio;* ut quoque in illo Horatii loco Lambinus legere voluit, improbante Torrentio.—43 Sic a Vorstio restitutus est textus ex codd. Vet. et aliis edd. antiq. et hanc lect. in codd. suis observavit Pighius. Harl. Leid. tert. quart. *Cum Gaius etiam Furium Brocum quem deprehenderat;* Copes. *C. Furius Broccum, quem deprehenderat;* quomodo ediderat Aldus; uterque Ultraj. *Cn. Furium Brocchum quem;* Leid. sept. *Brocus, qui*, et pro v. l. *Brochum, quem*. Barb. et Med. sec. *Brocchum quem;* Leid. sec. *Brochum qui;* Bit. prim. et Med. prim. *Brocchus, qui;* Mog. *Brocchum quem;* Periz. *Cneum etium Brocum, qui deprehenderat familiæ stuprum, dum objecit; stuprum dum*, est etiam in Bit. primo. Torrentius legit: *Cn. etiam Furium Brochum, qui deprehendit, familiæ stuprandum objecit*, ad Hor. L. I. Sat. 2. 37. probante Torrenio. Verum Brocchus non solum cognomen Anniorum est, et Furiorum, sed etiam Turpiliorum, ut liquet ex inscriptione apud Sponium, T. I. p. 366. quam citavit Perizonius.—44 Sic longe plurimi codd. *Erechtheo* ediderunt Aldus, Ascensius et ceteri usque in hunc diem: Venett. *Erichthco*. Mog. *Erythreo*, Mediol. *Erythræo*, quod Oliverius exponit, 'Mari Rubro.' *Entro* codd. Theophili; alii Torren. *Eritheo* vel *Erichreo;*

sepulturæ mandatum, ad hoc tempus tumulo contegit.[45] Sanctitatis vero gloriam æternæ traditam memoriæ Græcia laudibus suis celebrando, quotidie[46] florentiorem effecit.

2. Vehementius hoc: illud consideratius exemplum pudicitiæ. Exercitu et copiis Gallogræcorum[e] a Cn. Manlio consule in Olympo monte[f] ex parte deletis, ex parte captis, Orgiagontis[47] reguli uxor miræ pulchritudinis a centurione, cui custodienda tradita erat, stuprum pati coacta, postquam ventum est in eum locum, in quem[g] centurio,[48] misso nuntio, 'necessarios mulieris pretium, quo eam redimerent, afferre' jusserat, aurum expendente[49] centurione, et in ejus pondus animo oculisque intento, Gallogræ-

Janus conj. *Ænio.*—45 'Ita veteres typis expressi, et Brand. Quæ lectio nec spernenda videtur. Pighius tamen ex codd. maluit sic: *Proxima undis humo sepulturæ mandatum ad hoc tempus tumulus contegit.*' Vorst. Uterque Med. Bit. prim. Barb. sec. Leid. sec. et quartus Pighio favent: ceteri servant, quod probavit Vorstius, et restituit; sic quoque Mog.—46 Vet. *continue.* Deinde pro *effecit* Copes. Bitur. 1. 2. Medic. 1. et Leidd. 1. 6. *efficit*, quod Perizonio rectius videtur.—47 Ita plerique codd. sed Leid. sept. a manu prima *Oriagontis;* Bit. prim. *Ortigontis;* Med. prim. *Orgiagentis.* Viri docti, quoniam a Græcis Ὀρτιάγων dicitur, *Ortiagontis* legere malunt. Vide quos citat Cl. Dukerus ad Flor. lib. II. *Ortiagontis* legendum esse ad hunc locum monuit etiam Theophilus.—48 Edd. vett. habent: *in quem consulis jussu centurio.* '. Verba *consulis jussu*, falsum aliquod glossema est, manuscriptis enim meis libris, demptis Winckeliano et Coloniensi, excluditur omnibus, atque etiam historiæ Livianæ aliorumque scriptis adversatur.' *Pigh.* 'Hæc verba reperi in Mss. sex. in Leid. sept. a manu secunda. Ceteri cum Mog. rectius omittunt.' *Torren.*—49 Unus Brand. cum Ultraj. 1. et Vet. *numerante;* aliquot Torren.

NOTÆ

[d] *Erythræo* [*Erectheo*] *littori*] Nonnulli legunt, *Erythreo*, sed male: littus est, nisi mea me fallit opinio, Atticæ regionis non procul ab Erichthia, quod Atticæ oppidum olim fuit.

[e] *Gallogræcorum*] In tres quasi nationes divisi erant Galli Asiatici: duobus præliis illos vicit Manlius; uno Tolistobogios et Troëmios; altero Tectosagas. Jam montem Olympum occuparant, cum Manlius acceptis a L. Scipione copiis illos aggreditur: partim gladius, partim tela, partim præcipitia hauserunt. Cæsorum numerus iniri non potuit, quia per anfractus montium et fuga et cædes fuit; 40. millia capta. Ita Livius lib. XXXVIII.

[f] *In Olympo monte*] Non Thessaliæ, sed Gallogræciæ.

[g] *In quem* [*consulis jussu*] Immo injussu: ad leniendam enim injuriam spem libertatis mulieri facit; illa talentum auri Attici pacta, mittit ad suos qui aurum deferrent.

cis lingua gentis suæ imperavit, 'ut eum occiderent.' Interfecti deinde caput abscisum[50] manibus retinens ad conjugem venit, abjectoque ante pedes ejus, et injuriæ et ultionis suæ ordinem exposuit.‡ Hujus fœminæ quid aliud quisquam, quam corpus in potestatem hostium venisse dicat? Nam neque animus vinci,[51] nec pudicitia capi potuit.

3. Teutonorum[52] [h] vero conjuges Marium victorem orarunt, 'ut ab eo virginibus Vestalibus dono mitterentur,' affirmantes 'æque se atque illas virilis concubitus expertes futuras.' Eaque re non impetrata, laqueis sibi nocte proxima spiritum eripuerunt.* Dii melius, quod[e] hunc animum viris earum in acie non dederunt. Nam si mulierum suarum virtutem imitari voluissent, incerta Teutonicæ victoriæ tropæa reddidissent.

[e] *Dii benignius cum populo Romano egerunt, quod, &c.*

expetente.—50 Ita omnes fere codd. cum Mog. et Mediol. 3. quod secutus est Colerus; Pighius vero *abscissum.* Omnes fere codd. τὸ *et* ante *injuriæ* delent: 'Vet. Mog. et Ultr. uterque *ei injuriam,* quod Torrenio non displicet, neque ego spreverim.' *Kapp.*—51 Sic plerique codd. quos secutus credo ita restituit Pighius. Antea legebatur: *Namque animus neque vinci.* sic Copes. *Namque animus nec vinci* Periz. et Mog.—52 Nonnulli Mss. ut multis editum fuit, *Theutonicorum.* Sed potiores *Theutonorum.* Vide Cl. Duker. ad Flor. L. III. 3. 7. Ultraj. prim. *Æque se uti illas,* Pontanus legit, *se atque illas,* ex Mss. suis ad Macrob. Sat. II. 6.

NOTÆ

‡ An. M. 3865. Ol. 147. 4. Urb. C. 564. Ant. Ch. 188.

[h] *Teutonorum*] Teutonas et Cimbros vicit Marius; illos in Gallia ad Aquas-Sextias, hos in Italia ad Vercellas cum Q. Catulo. Sed de Teutonis Historicorum, quos quidem legerim, nullus id prodidit. De Cimbris id affirmat Florus; Plutarchus non meminit. De Cimbris intelligendum puto, quorum conjuges, maritos, fratres, parentes fugientes e prælio interfecerunt: tum ipsæ, aut mutuis cecidere vulneribus, aut laqueo ex crinibus facto ex arboribus, jugisque plaustrorum pependerunt. Ita Florus et Plut.

* An. M. 3953. Ol. 169. 4. Urb. C. 652. Ant. Ch. 100.

CAP. II.

QUÆ LIBERE DICTA AUT FACTA.[1]

A ROMANIS.

1 Legato Privernatium.
2 L. Marcio Philippo Cos.
3 Scipione Æmiliano.
4 Cn. Calpurnio Pisone.
5 M. Catone Uticensi.
6 Cn. Lentulo Marcellino Cos.
7 M. Favonio.
8 Helvio Mancia Formiano.
9 Diphilo tragœdo.
10 M. Castricio Placentino.
11 Ser. Sulpitio Galba.
12 A. Cæsellio Jurisc.

AB EXTERNIS.

1 Machæra Macedonica muliere.
2 Syracusana quadam.
3 Theodoro Cyrenæo.

LIBERTATEM autem vehementis spiritus dictis pariter ac factis testatam, ut non invitaverim, ita ultro venientem non excluserim. Quæ inter virtutem vitiumque posita, si salubri modo se temperaverit,[2] laudem: si, quo non debuit, profuderit, reprehensionem meretur. Ac vulgi sic auribus gratior, quam sapientissimi cujusque animo probabilior est: utpote frequentius aliena venia, quam sua providentia tuta. Sed quia humanæ vitæ partes persequi[3] propositum est, nostra fide, propria æstimatione referatur.[a]

1. Priverno capto,[a] interfectisque qui id oppidum ad rebellandum incitaverant, senatus indignatione accensus consilium agitabat, quidnam sibi de reliquis quoque Privernatibus faciendum esset. Ancipiti igitur casu salus eorum

[a] *Libertas hujusmodi plus habet gratiæ in animo vulgi, quam approbationis in animo sapientis: quia tuta magis est clementia eorum, in quos aliquid temere dictum aut factum est; quam providentia ipsorum, qui liberius aliquid dicunt, aut agunt. Sed cum mihi propositum sit exprimere varios quasi mores humanæ vitæ, referam exempla libertatis fideliter, prout gesta sunt, ut vel laudentur, vel vituperentur.*

1 Complures codd. Torren. *Libere dicta aut facta*, omisso *Quæ*.—2 Sunt codd. qui habent *temperavit*, et paulo post *profudit*.—3 Octo codd. cum editionibus ante Pighium præter Mog. *prosequi*. Periz. et Leid. sec. *sequi*.

NOTÆ

[a] *Priverno capto*] Contra Gallos et Latinos cum bellum ingrueret, Gallicum Æmilio Mamerio, Latinum C. Plautio Hypsæo obtigit; qui Privernum, seu vi, seu deditione cepit: alii enim aliter tradidere.

fluctuabat, eodem tempore et victoribus et iratis subjecta. Ceterum cum auxilium unicum in precibus restare animadverterent, ingenui et Italici sanguinis[4] oblivisci non potuerunt. Princeps enim eorum in Curia interrogatus, 'quam pœnam mererentur,' respondit, 'Quam merentur, qui se dignos libertate judicant.' Verbis arma sumserat, exasperatosque Patrum conscriptorum animos inflammaverat.[5] Sed Plautius consul, favens Privernatium[6] causæ, regressum animoso ejus dicto obtulit, quæsivitque, 'qualem cum eis Romani pacem habituri essent impunitate donata.' At is constantissimo vultu, 'Si bonam dederitis,' inquit, 'perpetuam: si malam, non diuturnam.'[7] Qua voce perfectum est, ut victis non solum venia, sed etiam jus et beneficium nostræ civitatis daretur.*

2. Sic in senatu Privernas loqui ausus est. L. vero Philippus[b] consul adversus eundem ordinem libertatem exercere non dubitavit. Nam segnitiem pro Rostris[c] exprobrans, 'alio sibi senatu opus esse' dixit: tantumque a pœ-

Vide lib. III. 2. initio.—4 Sic revocavit Torren. cum ante a Pighio ederetur: *ingeniti Italici sanguinis,* quod Pulm. Sus. et Winck. habent. Novem codd. *ingenui et Italici;* Bit. sec. cum Harl. *et ingenui et Italici;* uterque Ultraj. cum Leid. quinto et Mog. *ingenii et Italici.* Barb. prim. *ingeniti,* et pro v. l. *ingenui.* Recte jam *ingenuum sanguinem* vindicavit Perizonius.—5 Sic Pighius ex Mss. restituit, cum Aldus edidisset: *Quam merentur, qui cum se libertate dignos judicarent, arma sumserant. Exasperatos patrum conscriptorum animos verbis inflammaverat.* Et sic etiam Brand. 1. 2. alii. Aliquot codd. Torren. habent *judicarent;* Ultraj. 1. 2. *judicarunt;* Bitur. 1. et Leid. 4. *judicarint:* omnes præter Barb. 1. et Medic. 2. delent *cum* quod est in vulgg. In reliquis cum vulgg. consentiunt Harl. Bitur. 2. Barb. 1. Leidd. 2. 5. Ultraj. 1. 2. sed Ultraj. 1. habet, *exasperatos quoque;* Copes. et Perizon. *verbis contra quos arma sumpserant;* Leid. 4. *verbis arma sumpserant;* Leid. 5. et Bitur. 1. *urbis arma sumpserant.* Pighii lect. valde probant Torren. et Kapp.—6 Aliquot codd. *Privernatum.*—7 Bitur. 1. *diuturnam,* et pro v. l. *duraturam;* idem delet *dederitis.* Verba quibus Pighius sequens exemplum

NOTÆ

* An. M. 3725. Ol. 112. 4. Urb. C. 424. Ant. Ch. 328.

[b] *L. vero Philippus*] Ex gente Marcia Consul cum Sex. Julio Cæsare.

[c] *Segnitiem pro Rostris*] Drusus Tribunus plebis legem tulerat, ut ad trecentos, qui tum erant Senatores, totidem ex Equestri Ordine adderentur: id, cum Senatus omnis ægre tulit, tum maxime Consul Philippus, qui multis de causis Druso infensus erat; ideoque in Senatum, quod id pateretur, acriter invectus est.

nitentia dicti abfuit, ut etiam L. Crasso,[d] summæ dignitatis et eloquentiæ viro, id in Curia graviter ferenti, manum injici juberet. Ille rejecto lictore, 'Non es,' inquit, 'mihi, Philippe, consul, quia nec ego quidem tibi senator sum.'[8]†

3. Quid? populum ab incursu[9] suo tutum libertas reliquit?[b] immo et similiter aggressa, et æque experta patientiam est.[10] C. Carbo,[11][e] tribunus plebis, nuper sepultæ Gracchanæ seditionis turbulentissimus vindex, idemque orientium civilium malorum fax ardentissima, P. Africanum a Numantiæ ruinis summo cum gloriæ fulgore venientem, ab ipsa pæne porta in Rostra perductum,[12] 'quid de Ti. Gracchi morte,' cujus sororem in matrimonio habebat, 'sentiret,' interrogavit; ut auctoritate clarissimi[13] viri, inchoato jam incendio multum incrementi adjiceret: quia

[b] *Quid? libertas nonne etiam vim suam exercuit in populum, dum illum impulit ut in Scipionem libere loqueretur, et illum liberius respondentem pateretur?*

inchoavit, in ceteris edd. et codd. huic exemplo annectuntur.—8 Codd. complures: *Non est, inquit, mihi Philippus consul, quia nec ego quidem senator sum.* Unde Torrenius conjicit, Valerium forsan scripsisse: *Non est, inquit, mihi Philippus consul, cui nec ego quidem senator sum.* Vet. *tibi* omittit.—9 *Quid? Philippum de incursu* edd. vulgg. ante Pigh. qui lect. nostram e vet. cod. restituit; eamque testantur Brand. 1. 2. et propemodum omnes Torren. cum Vet. et Mog.—10 Ita reposuit Torrenius: *patientem est* Pighius, quem secuti Colerus et Vorstius, ex Atreb. aliisque Mss. edidit, et sic unus Brand. et Vet. habent, nec aliter Ultr. prim. in quo *patiente est* invenitur. Ceteri cum editis *patientia est.* Solus Ultr. sec. *patientiam est.*—11 In tredecim codd. est *Cn. Carbo,* ut vulgo legebatur ante Pighium, etiam in antiquissimis edd. Ultraj: prim. *C. Carbo,* ut alii scriptores ipsum appellant.—12 Barb. 1. solus habet *productam,* quomodo legebatur ante Pighium; sed *perductum* etiam Vet. et Mog. Mox hæc verba *ut auctoritate, &c.* usque ad *locutus,* addita erant in marg. Leid. 1.—13 Medic. 1. 2. Ultraj. 2. et Mog. *gra-*

NOTÆ

[d] *L. Crasso*] Oratore. De quo ita Cicero in Oratore. Crassus eo die orationem prope divinam habuit contra Philippum; tantaque mentis agitatione concussus est, ut cum se domum recepisset, febribus et dolore laterum laborare cœperit, et die septimo perierit.

† An. M. 3963. Ol. 172. 2. Urb. C. 662. Ant. Ch. 90.

[e] *C. Carbo*] Civis improbus, et Tribunus seditiosus, cujus legibus ita obstitit Scipio, ut leges populares populi suffragiis repudiatæ sint. De Scipionis responso egimus pluribus lib. v. c. 3. Quis Scipio Æmilianus, Æmilius Paulus, a quo capta Carthago, a quibus victi Perses et Syphax, diximus sæpissime.

non dubitabat, quin propter tam arctam affinitatem, aliquid pro interfecti necessarii memoria miserabiliteresset locuturus. At is 'jure eum cæsum videri' respondit. Cui dicto[14] cum concio tribunicio furore instincta violenter succlamasset,[15] 'Taceant,' inquit, 'quibus Italia noverca est.' Orto deinde murmure, 'Non efficietis,' ait, 'ut solutos[16] verear, quos alligatos adduxi.' Universus populus iterum ab uno contumeliose correptus erat (quantus est honos virtutis!) et tacuit[17] actutum.‡ Recens victoria ipsius Numantina, et patris Macedonica, devictæque Carthaginis avita spolia,[18] ac duorum regum Syphacis et Persæ ante triumphales currus catenæ, cervices tunc totius fori prementes,[19] ora clauserunt. Nec timori datum est silentium; sed quia beneficio Æmiliæ Corneliæque[20] gentis multi

vissimi.—14 *Cujus dicto* edd. ante Pigh. qui ex codd. dedit *Cui dicto*, quo cum facit longe maxima pars codd. Torren.—15 Codex Perizon. cum Vet. *continuo t. f. instincti v. succlamassent;* Bitur. 1. Medic. 1. et Leid. 2. etiam *continuo;* Medic. 1. Bitur. 1. 2. et Barb. 1. *succlamassent;* Copes. *tribunicia,* quod Perizonius præfert. Mox in eodem: *Taceant, inquit, illi, quibus, &c.*—16 Bitur. 2. *ut vos solutos.* Tum Leid. 4. *quos ligatos.*—17 In cod. Schotti, ut Obs. Hum. III. 32. ipse testatur, sic fuit: *c. erat (q. erat h. virtutis!) et tacuit;* quod, inquit Vorst. concinnius est quam si legatur per interrogationem, *q. erat h. virtutis?* et sine *et*, ut Pigh. et alii dedere. *actutum* tamen ille cum Pighio retinuit. Barb. 1. Medic. 1. 2. Leid. 2. 3. 4. 5. Ultraj. 1. 2. Perizon. unus Douac. et Mog. *quantus est h. virtutis; et tacuit;* Harl. et alter Douac. *virtutis exacte;* Leid. 6. *virtutis et actuum;* in Copes. alterutrum deest, sed unius tamen vocis spatium est, qua expuncta reponitur quid aliud, sive *tacuit*, sive *actutum*, seu potius, *et tacuit;* in Lips. quoque *et actuum*, et suprascriptum *et tacuit;* Mediol. 3. *q. est h. virtutis et actuum; tacuit recens ejus victoria;* Venett. *et actum tacuit.* Alterutrum denuo omissum videtur ob similitudinem literarum in *et actutum*, atque *et tacuit.* 'Equidem *actutum* quoque elimare non ausim; crediderim potius Valerium scripsisse: *et actutum tacuit;* ceterum codd. omnes videntur habere: *quantus est honos*, vel *honor*, non *erat*, ut placebat Schotto.' *Torren.*—18 Sic ex Cauch. legit Pighius. Ceteri omnes et scripti et editi *habita spolia.* Scribitur in codd. fere *hita*, (i. e. *habita*,) unde Torrenius, licet timide, conj. *inclita spolia*, ut prior syll. propter similitudinem antecedentis exciderit. Præfert tamen *avita*, probante Kappio. Mog. cum Ultraj. 2. *devictaque.*—19 'Ita codd. quatuordecim, quare Torrenius in textum recepit, nec aliter in Lips. Thanneri est. Aldus *catenatæ*, ceterum cum textu nostro consentit. Ms. Periz. ed. Mog. et Vet. *prementes ora* omittunt. Camp. et Dan. *catenatæ...fori frementis;* et sic Pighius, Colerus et Vorstius dederunt. At nostra lectio bene habet: Nempe catenæ regunt, quæ quasi premebant colla populi in foro tumultuantis, iisque velut ante oculos erant, efficiebant ut populus furens ne quidem hisceret. Acumen quæsivit Valerius.' *Kapp.*—20 Ita codd. Torren.

NOTÆ

‡ An. M. 3924. Ol. 162. 3. Urb. C. 623. Ant. Ch. 129.

metus Urbis atque Italiæ finiti erant, plebs Romana libertati [21] Scipionis libera non fuit.[c]

4. Quapropter minus mirari debemus, quod amplissima [22] Cn. Pompeii auctoritas toties cum libertate luctata est; nec sine magna laude: quoniam omnis generis hominum licentiæ ludibrio esse [23] quieta fronte tulit. Cn. Piso,[f] cum Manilium Crispum [24] [g] reum ageret,[h] eumque evidenter nocentem gratia Pompeii videret eripi, juvenili impetu ac studio accusationis [25] provectus, multa et gravia crimina præpotenti defensori objecit. Interrogatus deinde ab eo, 'cur se quoque non accusaret: Da,' inquit, 'prædes,[26] reipublicæ te, si postulatus fueris, civile bellum non exci-

[c] *Sed quia victoriis a gente et Cornelia et Æmilia relatis, multi liberati erant metu ob pericula Urbi et Italiæ imminentia in bello Punico et Macedonico, plebs Romana libertatem Scipionis admirata, quasi libera non esset, respondere non ausa est.*

Æmiliæ et Corneliæ in edd. vett.—21 Sic reposuit Torren. jubentibus quindecim codd. et edd. antiq. *libertatis* Pighius, Coler. et Vorst. *libertate* Vet.—22 Bitur. 1. *amplissimi viri*.—23 Ita Brand. 1. 2. tredecim Torren. et edd. vett. nisi quod Aldd. habent *se esse;* at Sus. et Pulm. *quoniam, qui omnis g. h. l. l. esset*, quod reposuit Pighius. Vet. *quando omnis;* Harl. et Bitur. 1. *quin esset*. Perizon. aliquando legebat: *quum* (vel *quoniam*) *etiam omnis g. h. ludibrio esset, non sine magna laude tulit;* sed deinde videtur mutasse sententiam.—24 Nonnulli codd. *Manlium Crispum* exhibent.—25 Ita Pighius ex Atreb. Camp. et Cauch. et ita Brand. 1. 2. cum quibusdam Torren. *ad accusationem* Aldd. quod habent etiam Medic. 1. et Leidd. 4. 5. 6. *ac studio accusationem* Copes. *impetu ac studio ad accusationem* legitur apud Joh. Sarisber. Polycr. lib. VII. 25.—26 Ita rursus codd. Pighiani, Brand. 1. 2. et multi Torren. Aldus dederat *vades*, quod habent Bit. prim. uterque Med. Leid. prim. Copes. Leid. sext. Periz. *præsides*. Leid. sec. *prædés*, videtur legisse

NOTÆ

[f] *Cn. Piso*] Tres id temporis erant, quibus idem Cn. Pisonis nomen fuit: unus is qui Catilinæ deditus in Hispania cæsus est: alter legatus Pompeii in bello Piratico: tertius in bello civili partes et Pompeii et M. Bruti secutus, reditu concesso ab honorum petitione abstinuit, donec Consulatus illi Augusto delatus est. Quis horum is fuerit, conjiciant alii.

[g] *Manilium Crispum*] Illum forte Tribunum plebis, qui duas leges tulit; alteram de libertorum suffragiis, alteram de bello Mithridatico Pompeio extra ordinem committendo: primam repudiavit Senatus; secundam defendit Cicero ea, quæ etiam nunc extat, eleganti oratione.

[h] *Reum ageret*] Sive adulterii, ut vult Varro, sive criminis alterius accusatus fuerit, bis ad Judicum subsellia tractum refert Cicero, et ita decessisse, ut non ipse innocens, sed Judices pejerasse existimarentur.

taturum: etiam[27] de tuo prius, quam de Manilii capite in consilium judices mittam.' Ita eodem judicio duos sustinuit reos: accusatione Manilium, libertate Pompeium: et eorum alterum lege peregit, alterum professione, qua solum poterat.[d]

5. Quid ergo? libertas sine Catone?[28] non magis quam Cato sine libertate. Nam cum in senatorem nocentem[i] et infamem reum judex sedisset, tabellæque Cn. Pompeii laudationem ejus continentes prolatæ essent, procul dubio efficaces futuræ pro noxio,[29] summovit eas e quæstione, legem recitando, qua cautum erat, 'ne senatoribus tali auxilio uti liceret.' Huic facto persona admirationem ademit. Nam quæ in alio audacia videretur, in Catone fiducia cognoscitur.

6. Cn. Lentulus[30] Marcellinus consul, cum in concione de Magni Pompeii nimia potentia[j] quereretur, assensusque ei clara voce universus populus esset: 'Acclamate,'

[d] *Et eorum alterum Manilium lege damnari fecit; alterum vero Pompeium professus est se accusaturum, quod solum poterat.*

etiam Joh. Sarisberiensis.—27 Pro *etiam* Vorst. conj. *et jam*, improbante Torren. habent tamen ita quoque Ultraj. 2. Leid. 5. 6. Periz. Mog. Ceteri ante Pighium, *jam de tuo prius*, scribere maluerunt. Porro uterque Med. Harl. Bit. 2. Leid. 1. 6. Cop. *consilium judicium mittam:* Periz. Ultraj. 2. Leid. 2. Mog. *in consilium judicum:* Ven. Mediol. Ascens. *consilium judicis* exhibent. Joh. Sarisber. *in consilium judices mittam.*—28 Sic interpunxit Perizonius, cum ante legeretur: *Quid ergo libertas sine Catone?* Venett. *Quid poterat ergo libertas.*—29 Ita Aldus et Martinus Herbip. ediderant. At Pighius expunxit *pro noxio* scripsitque *protinus;* quod in uno cod. reperierat. Codicum Brand. unus, *proximo:* alter *proxima;* quomodo et editio Chalcocondylæ habet: *pro noxio*, quod revocavit Vorstius, habent etiam Harl. Leidd. 1. 5. 6. Ultraj. 2. et Mog. *proxima* Copes. cum sex aliis et Vet. Venett. et Mediol. 3.—30 Harl. et Bitur. 2. prænomen delent: Barb. 2. et Copes. habent *Gn. enim Lentulus*, quod mutavit Pighius, consentientibus reliquis Torren. et Mog. Perizon. conj. *etiam*, quod extat in Mediol. 3.

NOTÆ

[i] *Senatorem nocentem*] M. Scaurum, qui apud Catonem tum Prætorem repetundarum postulatus est, ut diximus supra.

[j] *Pompeii nimia potentia*] Qui juncta cum Crasso et Cæsare societate alterum Consulatum petebat: querenti Lentulo, 'Non erubescis,' ait Pompeius, 'o Marcelline, de me minus honeste loqui, per quem ex muto vocalis, et ex famelico vomens factus es?' De Favonio lib. II. c. 10. n. 8.

inquit, 'Quirites, acclamate, dum licet: jam enim vobis impune facere non licebit.'[31] Pulsata est tunc eximii civis potentia; hinc invidiosa querela, hinc lamentatione miserabili.[e] *

7. Cui candida fascia crus alligatum habenti Favonius, 'Non refert,' inquit, 'qua in parte corporis sit diadema;' exigui panni cavillatione regias ei vires[32] exprobrans. At is neutra in parte[33] mutato vultu, utrumque cavit, ne aut hilari fronte libenter agnoscere potentiam, aut tristi iram profiteri videretur: eaque patientia inferioris etiam generis et fortunæ hominibus aditum adversus se dedit.† E quorum turba duos retulisse abunde erit.

8. Helvius[34] Mancia Formianus, libertini filius, ultimæ senectutis, L. Libonem[k] apud censores accusabat. In quo certamine cum Pompeius Magnus, humilitatem ei ætatemque exprobrans, 'ab Inferis illum ad accusandum remissum' dixisset: 'Non mentiris,' inquit, 'Pompei; venio enim ab Inferis; in L. Libonem accusator[35] venio:

[e] *Potentia Pompeii civis eximii læsa est, et a Lentulo querela invidiosa, et a plebe lamentatione miserabili.*

nec displicet Torrenio.—31 Sic omnes typis expressi, item Copes. Ultraj. 2. et Perizon. ceteri Torren. habent, *non licet;* quod ortum fortasse ex eo, quod præfert Ultraj. 1. *non liceat:* Job. Sarisb. *licebit.*—32 Sic Torrenius edidit pro *ejus vires.* Multi codd. cum Vet. et Mog. *ejus res*, quod ortum ex *ei vires;* Leid. 1. *opes.*—33 Perizon. malit *neutram in partem.* Mox *libenter* deest in Medic. 1. Pro *tristi iram* Vet. *tristitiam:* pro *inferioris* Harl. *miserioris.*—34 Aliquot codd. *Helius*, vel *Elius* præferunt. Burmannus dubitat, an rectum sit *Helmius*, et non potius scribendum, *Helvius*, vel *Ælius. Helvius* videtur etiam legisse P. Leopardus Emend. lib. xv. c. 17. *Ælius Mancia* hic legebatur ante Pighium. Leid. quint. *Pelnius;* Ultraj. prim. *Helnius;* Joh. Sarisber. *Helvius.*—35 'Sic uterque Brand. duo Gronovii libri, Bit. prim. Barb. Leid. quart. quint. sext. sept. Periz. Copes. Ultr. prim. Douac. alter cum Venn. Mediol. Ascens. Lugd. 1512. Lips. utraque. Et sic legit quoque Jo. Sarisberiensis. Multi alii *M. L. Libonem accusator venio;* nam *M.* ortum est ex *in.* Ed. Vet. *et L. Libonem, &c.* Nihili ergo est, quod editiones recentiores, Torreniana excepta, præ se ferunt, *L. Libonem accusatu-*

NOTÆ

* An. M. 3998. Ol. 181. 1. Urb. C. 697. Ant. Ch. 55.

† An. M. 3998. Ol. 181. 1. Urb. C. 697. Ant. Ch. 55.

[k] *L. Libonem*] Ex Scribonia gente, qui, victis tum Pompeii tum M. Bruti partibus, ad M. Antonium se contulit; cujus opera Consulatum adeptus est.

‡ An. M. 3999. Ol. 181. 2. Urb. C. 698. Ant. Ch. 54.

sed dum illic moror, vidi cruentum Cn. Domitium[1] Ahenobarbum[36] deflentem, quod summo genere natus, integerrimæ vitæ, amantissimus patriæ, in ipso juventutis flore, tuo jussu esset occisus.* Vidi pari claritate conspicuum Brutum[m] ferro laceratum, querentem id sibi prius perfidia, deinde etiam crudelitate tua accidisse.† Vidi Cn. Carbonem, acerrimum pueritiæ tuæ bonorumque patris tui defensorem, in tertio consulatu[37] catenis, quas tu ei injici jusseras, vinctum, obtestantem te, adversus omne fas ac nefas,[38] cum in summo esset imperio, a te equite Romano trucidatum.‡ Vidi eodem habitu,[f] et quiritatu[39] prætorium virum Perpernam[n] sævitiam tuam execrantem, omnesque eos una voce indignantes, quod indemnati sub te adolescentulo carnifice occidissent.'* Obducta jam vetustis[40]

[f] *Eodem amictu et iisdem insignibus.*

rus.' Kapp. Mox in tribus codd. Gronovii, verbum *venio* bis ponitur, legiturque, *venio; sed dum, &c.*—36 Nonnulli codd. G. plerique *Anobarbum*, vel *Enobarbum* item *Inobarbum*, ut habet quoque Mog. Etiam *Enobardum*. Sunt quoque qui *Ahenobarbum* retinent; quod primus edidit Pighius. Mox Harl. *integerrimus.*—37 Codd. Torren. omittunt *suo*, quod a Pighio primum adjectum post *consulatu:* expellendum duxit Torrenius.—38 'Sic omnes omnino libri cum scripti, tum editi. Frustra ergo solicitant textum Perizonius et Torrenius, qui malint: *fas ac jus*, vel *jus ac fas*. Helvius enim exaggerat Pompeii facinus, dicitque, Pomepium eo crudelitatis in Carbonem, bene de se meritum, processisse, quo nemo alius, vel crudelissimus tyrannus, in hominem etiam male de se meritum, atque hostem acerrimum processurus fuisset.' *Kapp.*—39 Ascens. edidit, *quiritatu tuo*, sed pronomen *tuo* in paucissimis est codd.—40 Atreb. *vetus;* Cauch. *vietis*, quod reposuerat Pighius; *vetustis* testantur Brand. 1. 2. et duodecim Torren. *vetustatis* Leid. 1. *vetustas*

NOTÆ

[1] *Cn. Domitium*] Cinnæ generum, qui cum septem legionibus in Africa cæsus est.

* An. M. 3973. Ol. 174. 4. Urb. C. 672. Ant. Ch. 80.

[m] *Brutum*] Is M. Bruti, qui Cæsarem occidit, pater erat. Cum Galliam Cisalpinam pro Lepido teneret, et castra castris Pompeii collata ad Mutinam diu habuiset, tandem se suaque omnia permisit Pompeii fidei, cujus tamen jussu paulo post necatus est. De Carbone supra.

† An. M. 3977. Ol. 175. 4. Urb. C. 676. Ant. Ch. 76.

‡ An. M. 3973. Ol. 174. 4. Urb. C. 672. Ant. Ch. 80.

[n] *Perpernam*] Post admissum in Sertorium facinus victus a Pompeio Perperna in dumeto deprehensus est; et antequam in conspectum veniret, interfici jussus, ne novorum bellorum auctor fieret. Ita Appian.

* An. M. 3982. Ol. 177. 1. Urb. C. 681. Ant. Ch. 71.

cicatricibus [g] [o] bellorum civilium vastissima vulnera, municipali homini, servitutem paternam redolenti, effrænatæ temeritatis, intolerabilis spiritus,[41] impune revocare licuit. Itaque eo tempore et fortissimum erat Cn. Pompeio maledicere, et tutissimum. Sed non patitur nos hoc longiore querela prosequi personæ insequentis aliquanto sors humilior.

9. Diphilus tragœdus, cum Apollinaribus ludis [p] inter actum ad eum versum venisset, in quo hæc sententia continetur, 'Miseria nostra magnus est,'[42] directis in Pompeium magnum manibus, pronuntiavit: revocatusque aliquoties a populo, sine ulla cunctatione, nimiæ illum et intolerabilis potentiæ reum gestu perseveranti[43] egit.[h] Eadem petulantia usus est in ea quoque parte, 'Virtutem istam, veniet tempus, cum graviter gemas.'

10. M. etiam Castricii[44] libertate inflammatus animus: qui cum Placentiæ magistratum gereret, Cn. Carbone consule jubente decretum fieri, quo sibi obsides a Placentinis darentur, nec summo ejus imperio obtemperavit, nec max-

[g] *Veteribus cicatricibus.*

[h] *Jussusque a populo idem sæpius repetere, sine ulla formidine gestu constanter indicavit Pompeium, qui nimiam tum potentiam habebat.*

Leid. 5.—41 Ita Brand. 1. 2. et omnes fere codd. Torren. Pighius vero maluit: *infrenata temeritate, intolerabilique spiritu;* Perizon. conj. *effrenatæ temeritatis intolerabili spiritu:* Leid. 4. *effrenata temeritate intolerabilis spiritus.* Mox pro *revocare* Lips. conj. *renovare.*—42 Lege omnino *es*, inquit Perizon. probante Torren. sed obstant codd. Mox *magnum* expunxit Pighius, quod testantur undecim codd. Torren. cum edd. vett.—43 Mss. decem cum omnibus ante Pighium impressis, *gestu perseveranter;* Cop. *perseverante.*—44 Sic Pighius. Recte. probant enim Mss. ante fere *Castritii* excudebatur: et

NOTÆ

[o] *Vetustis* [*vietis*] *cicatricibus*] 'Vietus' idem est, ex Festo, quod languidus. Unde et Terentius in Eunucho: 'Hic est vietus, vetus, veternosus senex. Et Plautus in Mercat. 'Acheronticus senex, vietus, decrepitus.' Vietas cicatrices appellat veteres quidem, sed male curatas.

[p] *Apollinaribus ludis*] Cum pestilentia urbs laboraret, hi ludi in honorem Apollinis instituti: sunt tamen, qui aliam causam afferant, inter quos Macrobius ad Carmen Martii Vatis eorum institutionem refert: ut ut est, illos populus et laureatus spectare, et conviviis celebrare solebat.

imis viribus cessit. Atque etiam dicenti[45] 'multos se gladios habere,' respondit, 'Et ego annos.' Obstupuerunt tot legiones, tam robustas senectutis reliquias intuentes. Carbonis quoque ira, quia materiam sæviendi perquam exiguam habebat, parvulum vitæ tempus ablatura, in seipsa[46] collapsa est.[i] †

11. Jam Ser. Galbæ[q] temeritatis plena postulatio,[47] qui Divum Julium consummatis victoriis, in foro jus dicentem, in hunc modum interpellare sustinuit: 'C. Juli Cæsar, pro Cn. Pompeio Magno, quondam genero tuo, in tertio ejus consulatu pecuniam spopondi, quo nomine nunc appellor: Quid agam? dependam?'[48] Palam atque aperte ei bonorum Pompeii venditionem exprobrando, ut a Tribunali summoveretur, meruerat: sed illud ipsa mansuetudine mitius pectus, æs alienum Pompeii ex suo fisco solvi jussit.‡

12. A. Cascellius,[49][r] vir juris civilis scientia clarus, quam periculose contumax! Nullius enim aut gratia aut auctoritate compelli potuit, ut de aliqua earum rerum, quas triumviri dederant, formulam componeret; hoc animi judicio victoriæ eorum[50] beneficia extra omnem ordinem le-

[i] *Ira quoque Carbonis, cum parvam in sene haberet materiam, in quam sæviret, breve enim tantum reliquæ vitæ tempus auferre poterat, sponte sua seduta est.*

paulo post, *dum Placentiæ;* verum Mss. *cum* habent.—45 Mss. septem, *Atque etiam dicente.* Harl. *Atque eodem dicente.* Sed omnes Edd. *dicenti.*—46 Leidd. 4. 6. et Medic. 1. *in se ipsam.*—47 Medic. 1. et Ultraj. 2. *temeritatis plena fuit postulatio.* Mox *hoc modo* Vet.—48 Bitur. 1. *aut dependam?*—49 *Pascellius* Dan. *Pascelius* novem codd. Torren. *Passelius* vel *Passellius* in aliis ejusdem; *Passelius* Mog. *Caselius* Venett. 4. 5. et Mediol. 3. sed plerique scripti pro *A* habent *Age*, et sic legebatur ante Pighium; unde Torren. conj. *Age A. Cascellius.* Veteres codd. Hortatiani habent *Cassellius Aulus;* ap. Joh. Sarisber. legitur *Paschelius Junius.*—50 'Ex Sus. et aliis *victoriarum*

NOTÆ

† An. M. 3972. Ol. 174. 3. Urb. C. 671. Ant. Ch. 81.

[q] *Ser. Galbæ*] Ex gente Sulpicia: is Galbæ Imperatoris avus fuit. Cæsaris in bello Gallico legatus prius fuerat; sed ob Consulatus repulsam in illum cum Bruto conspiravit.

‡ An. M. 4009. Ol. 183. 4. Urb. C. 708. Ant. Ch. 44.

[r] *Cascellius*] De quo Horatius in Arte Poët. 'Nec scit quantum Cascellius Aulus.'

gum ponens. Idem cum multa de temporibus Cæsaris[51] liberius loqueretur, amicique ne id faceret, monerent: 'duas res, quæ hominibus amarissimæ viderentur,[52] magnam sibi licentiam præbere' respondit, 'senectutem et orbitatem.'*

EXTERNA.

1. Inserit[53] se tantis viris mulier alienigeni sanguinis: quæ a Philippo rege temulento immerenter damnata, 'Provocarem ad Philippum,' inquit, 'sed sobrium.' Excussit crapulam oscitanti, ac præsentia animi[54] ebrium resipiscere, causaque diligentius inspecta justiorem sententiam ferre coëgit. Igitur æquitatem, quam impetrare non potuerat, extorsit: potius præsidium a libertate, quam ab innocentia mutuata.[55]

2. Jam illa non solum fortis, sed etiam urbana libertas. Senectutis ultimæ quædam,[56] Syracusanis omnibus Dio-

in textum Pighius receperat. Quod equidem in Mss. non invenio. Sed vel *victoriæ eorum*, quod extat in Mss. quinque, Mog. et plerisque editionibus. Sed Harl. Bit. prim. Leid. quart. quint. sext. sept. Ultraj. primus habent, *universa eorum beneficia;* Bit. sec. Med. sec. Leid. tert. *victoriæ universa eorum beneficia;* Barb. prim. *pritoriæ;* Mediol. *universa victoriæ eorum beneficia*, quod non displicet.' *Torren.*—51 Vet. *patribus* omisso *Cæsaris*, unde conj. *partibus:* at *temporibus* recte retinent omnes scripti. Sed Ultraj. sec. Harl. Bit. sec. Med. uterque Barb. prim. Leid. sec. cum Ed. Mog. omittunt *Cæsaris*. Perizon. nonnihil favet Lipsio, in eo enim scribitur: *Cum multa de patribus liberius ejus loqueretur.* Ex notis Oliverii colligas ipsum quoque legisse, *de temporibus liberius loqueretur:* dum ait, ipsum sine dubio carpsisse crudelitatem triumvirorum.—52 'Ita omnino legendum; non, ut Pighius et hunc secuti Colerus et Thysius edidere, *videntur*. Et habet ita uterque cod. Brand.' *Vorst. videntur* habent etiam typis expressi ante Pighium, præter Mog. quæ cum compluribus Mss. *viderentur* exhibet.—53 *Interserit* Medic. 1. Mox unus Brand. et quatuor codd. cum Vet. Torren. *immerens.*—54 Ita unus cod. Brand. et editio Aldina. Nec multum discrepant alii tum Mss. tum typis expressi; ut in quibus est *præsentis animi*. Pighius tamen maluit *præsenti animo:* eumque Colerus ac Thysius sunt secuti. *præsentia animi* habent Leid. quart. quint. sext. Ultraj. prim. Ceteri cum Mogg. Ven. Mediol. *præsentis animi;* et sic apud Joh. Sarisberiensem. Recte *præsentia animi* Vorstius restituit.—55 Sic recte Pighius, et ante eum Mart. Herbip. nec aliter in Vet. Mog. et tribus Mss. Torrenii legitur. Uterque Brand. Copes. et septem Torrenii *mutuatum*, ut ad præsidium referatur. Alii *mutuavit.*—56 Medic. 1. 2. Ultraj. 2. et Mog. *quædam mulier.* 'Vet. cum omnibus aliis et tredecim Mss. *Syracusis*, quod non debuerat mutari, ut recte Torrenius censet. Mox *exitium* decem Mss. et omnes editt. ante Pighium.' *Kapp.*—

NOTÆ

* An. M. 4012. Ol. 184. 3. Urb. C. 711. Ant. Ch. 41.

nysii[s] tyranni exitum, propter nimiam morum acerbitatem et intolerabilia onera, votis expetentibus, sola quotidie matutino tempore Deos, ut incolumis ac sibi superstes esset, orabat. Quod ubi is cognovit, non debitam[57] sibi admiratus benevolentiam, arcessit eam, et, 'quid ita hoc, aut quo suo merito faceret,' interrogavit. Tum illa, 'Certa est,' inquit, 'ratio propositi mei: puella enim, cum gravem tyrannum haberemus, carere eo cupiebam: quo interfecto, aliquanto tetrior[58] arcem occupavit. Ejus quoque finiri dominationem magni æstimabam: tertium te superioribus importuniorem habere cœpimus rectorem. Itaque [timens,][59] ne, si tu fueris absumtus, deterior in locum tuum succedat, caput meum pro tua salute devoveo.' Tam facetam audaciam Dionysius punire erubuit.

2. Inter has et Theodorum Cyrenæum quasi animosi spiritus conjugium esse potuit, virtute par, felicitate dissimile. Is enim Lysimacho regi[t] mortem sibi minitanti, 'Enimvero,' inquit, 'magnifica res tibi contigit, quia cantharidis vim assecutus es.' Cumque hoc dicto accensus, cruci eum suffigi jussisset, 'Terribilis hæc,' ait, 'purpuratis sit tuis: mea quidem nihil interest, humine an sublime putrescam.'

57 Ita tredecim codd. Torren. et Vet. Pighius vero mutaverat in *indebitam*. —58 Pro *tetrior* aliquot codd. Torren. *deterior*.—59 'Vox *timens* abest a Lipsii vetere, i. e. Vet. utroque Brand. Ultr. prim. Harl. Bit. et Med. sec. Barb. prim. Copes. et Periz. Mihi persuasissimum est, hanc vocem a Valerio non esse, licet jam Jo. Sarisb. eam legerit, quare uncis inclusi. Torrenius etiam recte ait, deleto *timens*, animosius responsum esse, quia sic quod faciebat, non timori suo tribuebat, sed saluti patriæ, pro qua non dubitat caput suum devovere, et sua morte ejus vitam redimere a Diis parata est.' *Kapp.*

NOTÆ

[s] *Dionysii*] Junioris.

[t] *Lysimacho regi*] Qui rebus post Alexandri mortem gestis clarissimus, contra Seleucum pugnans cecidit. De quo multa in notis ad Justinum.

CAP. III.

DE SEVERITATE.

1 Populi Romani.
2 P. Mucii Scævolæ tribuni plebis.
3 Senatus Romani.
4 M'. Curii Dentati Cos.
5 L. Domitii Ahenobarbi pr.
6 M. Horatii Tergemini.
7 Senatus Romani in incestas.
8 Cognatorum in veneficas.
9 Egnatii Metelli.
10 C. Sulpicii Galli.
11 Q. Antistii Veteris.
12 P. Sempronii Sophi.

EXTERNORUM.

1 Lacedæmoniorum.
2 Atheniensium.
3 Cambysis regis Persarum.

ARMET se duritia pectus necesse est, dum horridæ ac tristis severitatis acta narrantur; ut omni mitiore[1] cogitatione seposita, rebus auditu asperis vacet. Ita enim destrictæ[2] et inexorabiles vindictæ, et varia pœnarum genera in medium procurrent; utilia quidem legum munimenta, sed minime in placido et quieto paginarum numero reponenda.[a]

1. M. Manlius,[3] unde Gallos depulerat, inde ipse præcipitatus est; quia fortiter defensam libertatem nefarie opprimere conatus[a] fuerat. Cujus justæ ultionis nimirum

[a] *Ita enim rigidæ et inexorabiles vindictæ et diversa suppliciorum genera a nobis proferentur in medium: quæ quidem utilia sunt ad leges tuendas; sed minime reponenda videntur in libro, qui quietis amans et clementiæ, ab his abhorrere videtur.*

1 'Sic Torrenius in omnibus Mss. et editionibus invenit, quocum faciunt editiones, quas ego consului, ut mirum sit, Pighium, aliosque nulla ratione mutationis textus reddita edidisse *humaniore*. Sed multum præstat *omni mitiore*, quod merito Torrenius revocavit. Suspicor Pighium, etiam hoc loco, ut alibi, ex arbitrio Valerium mutasse.' *Kapp.* —2 Pighius edidit *destrictæ:* quem Colerus atque Thysius sequuntur. Antiquiores typis expressi et Brand. Mss. habent *districtæ*. Mox codd. Torren. septem habent *inexorabilis vindictæ*, quibus accedit Mog. Deinde Harl. cum Leid. sec. *in placito et quieto.*—3 Codd. fere omnes Torren. habent

NOTÆ

[a] *Opprimere conatus*] M. Manlius vir quidem fortissimus; quippe qui 37. militaribus donis ornatus: sed 'nimius animis,' inquit Livius, 'et vitio ingenii vehemens et impotens,' cum alios Principes sperneret, uni M. Camillo invideret, ex patribus, popularis factus est; novisque tabulis, et largitione regnum affectare visus, a Cornelio Cosso Dictatore in

hæc præfatio fuit: 'Manlius eras mihi, cum præcipites agebas Senones:[4] postquam imitari cœpisti, unus factus es ex Senonibus.' Hujus supplicio æternæ memoriæ nota[b] inserta est. Propter illum enim lege sanciri placuit, ne quis patricius in arce, aut Capitolio, habitaret: quia[5] domum eo loci habuerat, ubi nunc ædem Monetæ[c] videmus.* Par indignatio civitatis[6] adversus Sp. Cassium[d] erupit: cui plus suspicio concupitæ dominationis nocuit, quam tres magnifici consulatus, ac duo speciosissimi triumphi profuerunt. Senatus enim, populusque Romanus non contentus capitali eum supplicio afficere, interemto domum superjecit, ut penatium quoque strage puniretur. In solo autem ædem Telluris fecit. Itaque quod prius domicilium impotentis[7] viri fuerat, nunc religiosæ severita-

Mallius.—4 Multi codd. ejusdem habent *Senonas*. Mox pro *imitari*, quod septem codd. testantur, et unice verum censet Torren. Pighius legit *mutari;* Ultraj. 1. et Medic. 2. exhibent *immutari;* unus cod. *postquam imitari eos cœpisti;* alii *mutari.*—5 Edd. antiq. præter Mog. *qui;* sed Mog. cum codd. *quia*, ut Pighius emendavit.—6 Ita omnes codd. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. et Ascens. *civitatis* omiserant Ald. Colin. Gryph. et Steph. revocavit Pighius.—7 Ita Pighius ex Atreb. Winck. et Camp. itaque Brand. 1. 2. Ultraj. 2. et Leid. 5. *potentissimi* dederunt Ald. Chalc. Colin. Gryph. et Steph. *viri potentissimi* Medic. 1. 2. *præpotentis* Bitur. 1. *potentis* septem alii;

NOTÆ

carcerem conjicitur: sed mox populi metu liberatus plebem ad vim concitat: quare dies ipsi a Tribunis plebis dicitur; tum ille res a se gestas commemorare, hostium cæsorum spolia, donaque proferre Imperatorum, et ad Capitolium identidem manus tendere: cumque amica plebs ferret suffragia, in locum, unde in Capitolium conspectus non esset, concilium populi translatum est. Ubi damnatus a Tribunis plebis, e saxo Tarpeio dejectus est; locusque idem in uno homine, et eximiæ gloriæ monumentum, et pœnæ ultimæ fuit. Hæc Livius lib. VI.

[b] *Æternæ memoriæ nota*] Adjectæ mortuo duæ notæ sunt: publica una, quod latum ad populum est, ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret: gentilitia altera, quod gentis Manliæ decreto cautum est, ne quis deinde M. Manlius vocaretur.

[c] *Ædem Monetæ*] Junonis, cui nomen inde factum dicitur; quod ibi vox audita esset, dicentis adventare Gallos.

* An. M. 3671. Ol. 99. 2. Urb. C. 370. Ant. Ch. 382.

[d] *Adversus Sp. Cassium*] Cædem Sp. Cassii exposuimus lib. I. c. 4. n. 6. M. Flacci lib. I. c. 7. n. 6. L. Saturnini lib. III. c. 2. n. 18. Ti. Gracchi lib. I. c. 4. n. 2. C. Gracchi lib. I. c. 7. n. 6.

tis monumentum est.† Eadem ausum Sp. Melium consimili exitu patria mulctavit. Area vero domus ejus, quo justitia supplicii notior[8] ad posteros perveniret, Æquimelii appellationem traxit.

Quantum ergo odii adversus hostes libertatis insitum animis antiqui haberent, parietum ac tectorum, in quibus versati fuerant, ruinis testabantur.[9] Ideoque et M. Flacci, et L. Saturnini, seditiosissimorum civium, corporibus trucidatis, penates ab imis[10] fundamentis eruti sunt.‡ Ceterum Flacciana area, cum diu penatibus[11] vacua mansisset, a Q. Catulo Cimbricis spoliis adornata est.*

Viguit in nostra civitate Ti. et C. Gracchorum summa nobilitas, ac spes amplissima: sed quia statum civitatis conati erant convellere, insepulta cadavera jacuerunt: supremusque humanæ conditionis honos filiis Gracchi, et nepotibus Africani defuit.† Quin etiam familiares[12] eorum, ne quis reipublicæ inimicis amicus esse vellet, de robore[13] [e] præcipitati sunt.‡

2. Idem sibi tam licere P. Mucius[f] tribunus plebis,

impotentissimi Ultraj. 1.—8 Ita Brand. 1. 2. tredecim Torren. alii, cum Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. Pighius tamen ex Winck. aliisque tribus maluit, *justi supplicii notitia*, improbantibus Torren. et Kapp.—9 'Sic omnes Mss. Torrenii, Vet. aliæque ante Pighium editiones, præter Mog. quæ cum solo Ultr. sec. legit: *testantur*, uti a Pighio, Colero, Vorstio editum est. Sed bene Torrenius *testabantur* revocavit.' *Kapp.*—10 Pro *imis* Vet. habet *infimis*.—11 'Vox *penatibus* Torrenio a sciolo addita esse videtur. Certe eam Bit. prim. delet. Sed in Vet. Ultr. prim. Harl. Barb. prim. Med. utroque, Leid. sec. Copes. Periz. est *pene*, quod etiam Gronovius in membranis Andinis invenit, unde conjicit *pœnæ*, i. e. in pœnam, pœnæ nomine, ut monumentum pœnæ esset. Quod si cui magis arridet, Torrenium non valde dissentientem habebit.' *Kapp.*—12 Nonnulli codd. *familiariores*.—13 Sic omnes scripti et editi libri. Torren. conj. *de rupe*, sc. Tarpeia; Vorstius autem *in robore*, i. e. in robur. 'Mihi textus in tanta librorum constantia non

NOTÆ

† An. M. 3570. Ol. 74. 1. Urb. C. 269. Ant. Ch. 483.

‡ An. U. C. 632.

* An. U. C. 653.

† An. U. C. 620.

[e] *De robore*] Robur locus erat in carcere, ut patet ex Plauto et Lucretio; sed qui quis de illo loco præcipitari potuerit, non video.

‡ An. U. C. 632.

[f] *P. Mucius*] Id scribit Valerius ex iis Annalibus, qui decem Tribunos plebis tum fuisse testantur; Livius tamen et Dionysius nusquam meminerunt.

quam Senatui et populo Romano[14] credidit, qui omnes collegas suos, qui[15] duce Sp. Cassio id egerant, ut magistratibus non subrogatis, communis libertas in dubium vocaretur, vivos cremavit.* Nihil profecto hac severitate fidentius: unus enim tribunus eam pœnam novem collegis inferre ausus est, quam novem tribuni ab uno collega exigere perhorruissent.[16]

3. Libertatis[17] adhuc custos et vindex severitas; sed pro dignitate etiam ac pro[18] disciplina æque gravis.[19] M. enim Claudium[g] senatus Corsis, quia turpem cum his pacem fecerat, dedidit: quem ab hostibus non acceptum, in publica custodia necari jussit.† Semel læsa majestate imperii, quot modis iræ[20] pertinax vindex! factum ejus rescidit, libertatem ademit, spiritum extinxit, corpus contumelia carceris et detestanda Gemoniarum scalarum[h] nota fœdavit. Atque hic[21] quidem senatus animadversionem meruerat. Cn. autem Cornelius Scipio,[22] Hispalli[i] filius,

videtur mutandus.' *Kapp.*—14 Sex Mss. et pleræque ante Pighium editiones *Senatus et populus Romanus.* Ast Vet. Mog. et Lips. ap. Thannerum cum reliquis codd. lect. quam textu exhibuimus, retinent.—15 Codd. tres *quia;* Ultraj. 1. *quoniam.* Mox pro *vivos* Copes. exhibet *novem viros;* Barb. 1. *novem vivos.*—16 Ita Brand. 1. 2. omnes Torren. et Mog. *exhorruissent* Venett. et Aldd.—17 *Libertatis rigida* Pighius e cod. Cauch. ab aliis abest *rigida;* itaque expellendum censuit Torrenius.—18 Sic ex codd. duodecim et omnibus ante Pighium editionibus edidit Torrenius, *pro* tamen Vet. cum aliquot Mss. omittit. Pighius eumque secuti Colerus et Vorstius dederant *ac*, omisso *etiam* et *pro.* Ultraj. 1. *pro dignitate etiam ad disciplinam;* nonnulli: *sed pro libertate etiam ac pro disciplina.* Deinde Pighius ex solo Cauch. *æque gravis inventa est.*—19 Ita codd. duodecim cum Mog. quod reposuit Torren. *Clodium* in edd. vett. Mox pro *dedidit* codd. Torreniani *dedit.*—20 Ita Perizon. ex Copes. *ira* edd. vett.—21 *Eque hic*, i. e. *Æque* octo codd. Torren.—22 *Quam Cornelius Scipio*

NOTÆ

* An. M. 3569. Ol. 73. 4. Urb. C. 268. Ant. Ch. 484.

g *M. enim Claudium*] Gliciam, qui prius viator ac scriba M. Claudii Consulis, tum legatus C. Licinii Vari Consulis, ante illius adventum cum Corsis pacem pepigit. Ita Ammian. Marcell. et Zonaras.

† An. M. 3818. Ol. 136. 1. Urb. C. 517. Ant. Ch. 235.

h *Gemoniarum scalarum*] Locus erat præceps, ad quem per scalas descensus erat; nomen ab auctore accepit: reos majestatis unco gutturi infixo in has scalas trahere moris erat.

i *Cn. Cornelius Scipio, Hispalli*] Patre prætorio natus. Unus Valerius, opinor, illius meminit. De Curio, qui Pyrrhum expulit, diximus lib. I.

prius quam mereri posset, expertus est. Nam cum ei Hispania provincia sorte obvenisset, ne illuc iret, decrevit; adjecta causa, quod recte facere nesciret.‡ Itaque Cornelius propter vitæ inhonestum actum,[23] sine ullo provinciali ministerio, tantum[24] non repetundarum lege damnatus est. Ne in C. quidem Vettieno,[25] qui sinistræ manus digitos, ne bello Italico militaret, absciderat,[26] severitas senatus cessavit. Publicatis enim bonis ejus, ipsum æternis vinculis puniendum censuit, effecitque, ut, quem honeste spiritum profundere in acie noluerat, turpiter in catenis consumeret.*

4. Id factum imitatus M'. Curius[27] consul, cum delectum subito edicere coactus esset, et juniorum nemo respondisset, conjectis in sortem omnibus tribubus, 'Polliæ,' quæ proxima[28] exierat, 'primum nomen urna extractum citari' jussit: neque eo respondente, bona adolescentis hastæ subjecit. Quod ut illi nuntiatum est, ad consulis tribunal[29] cucurrit, collegiumque tribunorum appellavit. Tunc M'. Curius[30] præfatus, 'non opus esse eo cive reipublicæ, qui parere nesciret,' et bona ejus, et ipsum vendidit.†

Ultraj. 1.—23 'Sic Torrenius auctoritate plurimorum Mss. et omnium editt. vett. revocavit, cum Pighius partim ex Cauch. partim ex Atreb. edidisset: *Itaque quæstor Cornelius propter vitam inhoneste actam, &c.* Lectio vero Torrenii multum præstat Pighianæ.' *Kapp.* Leid. 1. *Itaque a Q. Cornelio Cornelius;* Mog. *Itaque a Q. Cornelio propter.*—24 Quatuordecim codd. Torren. *tantum, tamen,* vel *tantummodo;* Ultraj. 1. omittit *tantum non.*—25 Harl. *Veturio;* Ultraj. 1. *Nectieno;* plerique Torren. *Vetieno;* et sic Venett. et Mediol. 3. *Vecieno* Mog. *Vatieno* Aldd. Ascens. &c.—26 Pighius ex Cauch. ediderat *sibi absciderat.* Sed *sibi* abest a quatuordecim Mss. Torrenii et omnibus editis.—27 *Manius Curius* Bitur. 1. cum uno Brand. ceteri codd. habent *M'. Curius.* Mox pro *subito edicere,* quo ex codd. dedit Pighius habentque multi Torren. cum uno Brand. Vet. et Mog. *subitum educere* quatuor codd. cum Aldd. Colin. Gryph. et Steph. Paulo post Ultraj. 1. *Manioque nemo.*—28 Lipsius mallet, *quæ prima,* improbante Perizonio; *proxima* servant omnes codd. Mox Medic. 1. *nomen adolescentis urna,* et post *bona* delet *adolescentis.*—29 Sic habent Bit. sec. Ultraj. sec. et Ed. Mog. Alii duodecim, *ad consulum tribunal,* cum Edd. ceteris.—30 *Manius*

NOTÆ

‡ An. M. 3944. Ol. 167. 3. Urb. C. 663. Ant. Ch. 89.
643. Ant. Ch. 109.
† An. M. 3779. Ol. 1262. Urb. C.
* An. M. 3964. Ol. 172. 3. Urb. C. 478. Ant. Ch. 274.

5. Æque tenax propositi L. Domitius.[j] Nam cum Siciliam prætor[31] regeret, et ad eum eximiæ magnitudinis aper allatus esset, 'adduci ad se pastorem, cujus manu occisus erat,' jussit. Interrogatumque, 'qui[32] eam bestiam confecisset,' postquam comperit, usum venabulo, cruci suffixit. Quia ipse ad exturbanda[33] latrocinia, quibus provincia vastabatur, 'ne quis telum haberet,' edixerat.[‡] Hoc aliquis in fine[34] severitatis et sævitiæ ponendum dixerit: disputatione enim utroque flecti potest.[b] Ceterum ratio publici imperii prætorem nimis asperum existimari non patitur.

6. Sic se in viris puniendis severitas exercuit.[35] Sed ne in fœminis quidem supplicio afficiendis segniorem se egit. Horatius unus[36] prælio trium Curiatiorum, conditione pug-

[b] *Aliquis dicere posset hoc non solum severitatis, sed sævitiæ etiam exemplum esse; potest enim disputatione proburi ad utramque pertinere.*

Curius Brand. 1. 2. Ultraj. 1. et Bitur. 1. 2.—31 Longe maxima codd. pars et omnes edd. vett. ita legunt; Pigh. tamen *proprætor* edidit, eumque secuti sunt Coler. Thys. Vorst. et Delph. Mox *cumque ad eum* Ultraj. 1. et Vet. *dum ad eum* novem codd. Torren.—32 Ita plerique codd. cum Mog. *quo telo* Sus. Medic. 1. 2. et Leid. 4. *quo* unus Brand. Venett. Mediol. 3. et Ascens. *qua vi* Barb. 1. quod Gudius defendit, et Torren. prætulerit. *quomodo* Leid. 6. *quomodo bestiam* in aliis; *occidisset* Leidd. 1. 6. *confixisset* Ultraj. 1. *Interrogatoque quo telo bestiam* Vet. Eadem mox pro *cruci suffixit* exhibet *circumfixit*. Omnes Mss. habent *crucifixit*, et omnes editi ante Pighium. Disjungit utramque vocem Ultraj. prim. quod non omnino improbare videtur Cl. Burmannus ad Quint. Inst. lib. VII. c. 1. p. 587.—33 Copes. Ultraj. 1. 2. Leidd. 3. 4. et Mog. *exstirpanda*, probantibus Perizon. Torren. et Kapp.—34 Multi Mss. habent *in finem* cum editionibus Pighiana vetustioribus: Copes. tamen et Leid. quatuor, habent *in fine*. pro *ponendum dixerit*, Perizonius malebat *duxerit*.—35 Cave, credas, inquit Kapp. Torren. scripsisse *exseruit*. Mox *segniorem egit*, omisso *se* in undecim codd. Vet. et Mog.—36 Ita Pighius hæc restituit ex Mss. Nec discrepant codices Brandeb. nisi quod pro *unus* habent *prius*. Aldus et Chalcoc. ediderant *post prælium*. Ante voces *conditione pugnæ* in septem codd. veteribus editionibus Mart. Herbip. et Chalcoc. additum *ceterum*, non improbante Vorstio; nullus cod. Torren. habet *unus*; quod Brand. habent, habent etiam quatuordecim codd. Torrenius improbare non audet τὸ *unus*, quod videatur in eo esse acumen Valerii indentis τῷ *trium*, et deinde *omnium* opponendo. Kapp. dubius hæret. Nonnulli codd. Torren. *Curiatium*. Mox sex codd. cum Mog. *Curiatii sponsam*; Copes. *Curiatii a se*

NOTÆ

[j] *L. Domitius*] Ahenobarbus, qui Consul anno Urbis 660. Cæsus est postea a L. Damasippo.

[‡] An. M. 3956. Ol. 170. 3. Urb. C. 655. Ant. Ch. 97.

næ[k] omnium Albanorum victor, cum ex illa clarissima acie domum repetens sororem suam virginem Curiatii sponsi mortem profusius, quam illa ætas[37] debebat, flentem vidisset, gladio, quo patriæ rem bene gesserat, interemit:[l] parum pudicas ratus lacrymas, quæ præpropero amori dabantur. Quem hoc nomine reum apud populum actum, pater defendit. Ita paulo propensior animus puellæ ad memoriam futuri viri, et fratrem ferocem vindicem, et vindictæ[38] tam rigidum assensorem patrem[m] habuit.*

7. Consimili severitate senatus postea usus, Sp. Postumio Albino, et[39] Q. Marcio Philippo consulibus mandavit, ut de his, quæ sacris Bacchanalium[n] inceste usæ[40]

interfecti sponsam.—37 Colerus legerit *illa pietas* improb. Torren. et Kapp.—38 Copes. *vindictæ* omittit.—39 In nonnullis deest *et;* in aliis *Q.*—40 'Sic reposui auctoritate utriusque Ultr. Leid. quint. Mog. et Vet. Nec aliter

NOTÆ

[k] *Conditione pugnæ*] Qua ratione res gesta sit, paucis accipe. Orto Romanos inter et Albanos bello, jam instructæ utrimque stabant acies, cum Metius Albanorum Dictator auctor est Tullo Romanorum Regi, ut ineatur aliqua via, qua utri utris imperent, sine multo sanguine utriusque populi discerni possit. Forte in duobus exercitibus erant tergemini fratres, nec ætate nec viribus dispares, Horatii et Curiatii; hi apud Albanos, apud Romanos illi: cum his agunt Reges, ut pro sua quisque patria dimicent ferro, ibi imperium fore unde victoria fuerit. Nihil recusatur, locus et tempus convenit: icto fœdere tergemini arma capiunt, datur signum, concurrunt infestis armis, consertisque manibus duo Romani alius super alium vulneratis tribus Albanis expirantes corruunt. Superstes Horatius forte integer fuit, ut universis solus nequaquam par, sic adversus singulos ferox: quare capessit fugam, Curiatii insequuntur, ut quemque vulnere affectum corpus sinit. Ut vidit Horatius eos magnis intervallis sequentes, proximum invadit, sicque antequam alter alteri auxilio esse possit, unum et alterum, deinde tertium æquato marte conficit. Ita fere Livius.

[l] *Interemit*] Dum flebiliter mortuum sponsum appellat, stricto Horatius gladio simul verbis increpans transfigit puellam. 'Abi hinc cum immaturo amore ad sponsum,' inquit, 'oblita fratrum mortuorum, vivique, oblita patriæ: sic abeat quæcumque Romana lugebit hostem.'

[m] *Assensorem patrem*] Damnatus a Duumviris Horatius ad populum appellat: tum pater filiam jure cæsam judicat, oratque ne se orbum liberis facerent.

* An. M. 3385. Ol. 27. 4. Urb. C. 84. Ant. Ch. 668.

[n] *Sacris Bacchanalium*] Consule lib. I. c. 3. n. 1. ubi hoc pluribus explicuimus.

fuerant, inquirerent. A quibus cum multæ essent damnatæ,[41] in omnes cognatas[42] intra domos animadverterunt: lateque patens opprobrii deformitas, severitate supplicii emendata est.† Quia quantum ruboris civitati nostræ mulieres turpiter se gerendo incusserant, tantum laudis graviter punitæ attulerunt.

8. Publicia autem,° quæ Postumium Albinum consulem; item Licinia, quæ Claudium Asellum, viros suos, veneno necaverant, propinquorum decreto strangulatæ sunt. Non enim putaverunt severissimi viri, in tam evidenti scelere longum publicæ quæstionis tempus expectandum. Itaque quarum innocentium defensores fuissent, sontium maturi[43] vindices extiterunt.‡

9. Magno scelere horum severitas ad exigendam[44] vindictam concitata est. Egnatii autem Metelli[45] p longe minori de causa; qui uxorem, quod vinum bibisset, fuste percussam[46] interemit. Idque factum non accusatore tantum,

legisse videntur Mss. in quibus, viris doctis testibus, est: *incestæ usæ* vel *incestæ visæ;* nam in Mss. diphthongi rarissime occurrunt, et credibile est in iis Mss. fuisse *inceste usæ* vel *inceste visæ*, quod male in *incestæ* mutarunt. Pighius, Vorstius, et Torrenius dederunt *incestu usæ*, Colerus vero ex conjectura *incestuosæ*. Torrenio quoque lectio *inceste usæ* præ ceteris placuit licet in textum non receperit.' *Kapp.*—41 Pro *damnatæ* in Ultraj. 2. Medic. 1. et Herbip. *inventæ.*—42 Ita unus Brand. plurimi codd. Torren. cum Vet. et Venett. *cognatorum* Herbip. Mog. et Ultraj. 2. *cognatæ* Bitur. 1. *cogite* Leid. 1. *cogatæ* Leid. 5. *in omnes cognati* expuncta erant in Copes. deerant in Medic. 1.—43 Nonnulli codd. Torren. et Mog. *mature.*—44 Leid. 5. 6. *ad exercendam.*—45 *Egnati autem Metenni* conj. Perizon. ad Ælian. II. 38.—46 'Sic septem Mss. Torrenii et multæ edd. vett. Heinsius tamen ad Vell. II. 78. legit *fusti percussam*. *Furtim percussam* est in Brand. uno, sex Leid. Basil. et ed. Vet. quod Gudio placet ad Phædr. I. 2. ut *furtim* sit *clanculum*, et ad *bibisset* referatur: *biberet furtim*, *percussam* Basil. et quinque Torrenii: *fustim percussam* Gembl. et Lib. Dan. Torrenius suspicatur, Valerium scripsisse: *bibisset* (malim *biberet*, i. e. bibere soleret) *furtim*, *fuste percussam*, ut alterum

NOTÆ

† An. M. 3868. Ol. 148. 3. Urb. C. 567. Ant. Ch. 185.

° *Publicia autem*] Non eodem anno, quo maritos veneno sustulerant damnatæ, sed tertio anno post.

‡ An. M. 3903. Ol. 157. 2. Urb. C. 602. Ant. Ch. 150.

p *Egnatii autem Metelli, &c.*] Quis Egnatius ille, quis Sulpitius, quis Antistius, obscurum est. Gens Sulpitia patricia; Egnatia vero et Antistia plebeiæ: illa in Maximos et Rufos divisa; hæc in Labeones, Rheginos, Severos, Sosianos, et Veteres.

sed etiam reprehensore caruit; unoquoque existimante, optimo illam exemplo violatæ sobrietatis pœnas pependisse. Et sane quæcumque fœmina vini usum immoderate appetit, omnibus et[47] virtutibus januam claudit, et delictis aperit.

10. Horridum C. quoque Sulpicii Galli maritale supercilium.[48] Nam uxorem dimisit, quod eam capite aperto[49] foris versatam cognoverat; abscisa sententia, sed tamen aliqua ratione munita.[c] 'Lex enim,' inquit, 'tibi meos tantum[50] præfinit oculos, quibus formam tuam approbes.[51] His decoris instrumenta compara: his esto speciosa: horum te certiori crede notitiæ. Ulterior tui conspectus supervacua irritatione arcessitus, in suspicione et crimine hæreat[52] necesse est.'[d]

11. Nec aliter sensit Q. Antistius Vetus repudiando uxorem, quod illam in publico cum quadam libertina vulgari secreto[53] loquentem viderat. Nam, ut ita dicam, incunabulis et nutrimentis culpæ, non ipsa commotus culpa, citeriorem[54] delicto præbuit ultionem,[e] ut potius caveret injuriam, quam vindicaret.

12. Jungendus est his P. Sempronius Sophus,[q] qui conjugem repudii nota affecit, nihil aliud quam se ignorante

[c] *Rigida et dura sententia, sed tamen probabili ratione munita.*

[d] *Si libenter aliis te conspiciendam præbes, dum alios ad amorem tui vltro invitas, in suspicionem criminis te venire necesse est.*

[e] *Uxorem punivit priusquam delictum admitteret.*

ob affinitatem literarum exciderit.' *Kapp.*—47 Voces *omnibus et* desunt in sex Mss. et Mog. Alii cum aliis Edd. *et virtutibus omnibus*, nisi quod unus et alter Mss. *et* omittunt. Pro *delictis* Mss. tres *vitiis* habent.—48 Ita legendum monuit Pighius; et ita unus Brand. propemodum omnes codd. Torren. cum Mog. ceteræ edd. *supplicium.*—49 Leid. 1. et Ultraj. 2. *operto.* Mox Vet. cum Medic. 1. et Ultraj. 1. *mota* pro *munita.*—50 Ultraj. 2. delet *tantum.*—51 Ante Pigh. legebatur: *approbes et placere desideres;* sed voces, *et placere desideres* non sunt in codd. si Leid. 6. et Copes. exceperis.—52 Pro *hæreat* Atreb. et Vet. *subhæreat.*—53 Pro *vulgari secreto* Perizon. conj. *vulgari scorto;* Leid. 2. *libertina meretricula vulgari.*—54 Quidam codd. ut Pigh. in marg. notat, habent *citiorem;* et ita Brand. 1. 2. Perizon. pro *præbuit* conj. *prætulit.*—

NOTÆ

[q] *P. Sempronius Sophus*] Qui Consul anno 485. et Censor 497.

ludos ausam spectare.[55] Ergo dum sic olim fœminis occurritur, mens earum a delictis aberat.

EXTERNA.

1. Ceterum, etsi Romanæ severitatis exemplis totus terrarum orbis instrui[56] potest, tamen externa summatim cognoscere fastidio non sit. Lacedæmonii 'libros Archilochi[r] e civitate sua exportari' jusserunt; quod eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur. Noluerunt enim ea liberorum suorum animos imbui, ne plus moribus noceret, quam ingeniis prodesset. Itaque maximum poëtam, aut certe summo proximum, quia domum sibi invisam[s] obscœnis maledictis laceraverat, carminum exilio multarunt.*

2. Athenienses autem Timagoram inter officium salutationis Darium regem more gentis illius adulatum,[57] capitali supplicio affecerunt; unius civis humilibus blanditiis totius urbis suæ decus Persicæ dominationi summissum graviter ferentes.

3. Jam Cambyses inusitatæ severitatis, qui 'mali cujusdam judicis ex corpore[58] pellem detractam, sellæ intendi, in eaque filium ejus judicaturum considere' jussit. Cete-

55 Multæ edd. vett. habent, *ludos aspectare;* sed aliter codd. et edd. antiquissimæ.—56 Leid. 6. *institui.* Mox octo Torren. codd. *summatim cognosse.* Deinde *non erit* Pighius contra omnes codd. Paulo post Vet. *ac publicam.*—57 Salmas. ad Solin. p. 38. et Rupertus legunt, *adoratum.*—58 Codd. plerique Torren. *e corpore.* Deinde aliquot ejusdem *intendit* legunt.

NOTÆ

[r] *Libros Archilochi*] Ex Paro insula fuit, ex Strab. et Luciano. Ipsum quoque cum libris ejectum tradit Plutarchus, quod versibus suis caneret satius esse clypeum et arma abjicere, quam animam amittere: insignis quidem ille Poëta; sed duobus vitiis infamis, quod et maledicus fuerit, et scripserit turpissima.

[s] *Domum sibi invisam*] A Lycambe, qui filiam ipsi desponderat, delusus, Epodon primus ex trimetris et dimetris commentus est; quo carmine socerum et tres filias tam acerbe insectatus est, ut omnes simul ad laqueum compulerit. De quo Horatius: 'Archilochum proprio rabies armavit Iambo.' De Dario Hystaspis filio, de Cambyse etiam jam sæpe egimus.

* An. M. 3366. Ol. 23. 1. Urb. C. 65. Ant. Ch. 687.

rum et rex et barbarus atroci ac nova pœna judicis, ne quis postea corrumpi judex posset, providit.†

NOTÆ

† An. M. 3525. Ol. 62. 4. Urb. C. 224. Ant. Ch. 528.

CAP. IV.

DE GRAVITER DICTIS AUT FACTIS.

A ROMANIS.

1 T. Manlio Torquato.
2 P. Scipione Æmiliano.
3 C. Popilio Lænate.
4 P. Rutilio Rufo.
5 M. Junio Bruto procos.

AB EXTERNIS.

1 Cinniniensi populo.
2 Socrate Atheniensi.
3 Alexandro Magno.
4 Lacedæmoniis.
5 Pædareto Spartano.

MAGNAM et bonam laudis partem in claris viris etiam illa vindicant,[1] quæ aut ab his graviter dicta aut facta pertinax memoria viribus æternis comprehendit. Quorum ex abundanti copia, nec parca nimis, nec rursus avida manu, quod magis[2] desiderio satisfaciat, quam satietati abundet, hauriamus.[a]

1. Civitate nostra Cannensi clade perculsa, cum admodum tenui filo suspensa[3] reipublicæ salus ex sociorum fide penderet, ut eorum animi ad imperium Romanum tuendum constantiores essent, majori parti senatus 'principes Latinorum in ordinem suum sublegi' placebat.

[a] *Magnam laudem in claris viris illa etiam merentur, quæ ab his graviter aut dicta aut facta ad posterorum memoriam et æternitati commendata sunt: ex quorum exemplorum maxima copia seligamus, nec plura, nec pauciora; ita ut non afferamus legentibus satietatem, sed eorum desiderio satisfaciamus.*

1 Harl. et Barb. 1. *illa sibi vindicant.*—2 Ita Mog. cum ceteræ edd. habeant, *quo magis.* Copes. Bitur. 2. Leidd. 1. 2. Ultraj. 1. 2. et Mog. *satietate,* quod Perizonio placuit.—3 Vocem *suspensa* tollendam arbitrabatur Colerus.

Annius autem[4] [a] Campanus etiam consulem alterum Capuæ creari debere asseverabat: sic contusus et æger Romani imperii spiritus erat. Tunc Manlius Torquatus,[b] filius ejus, qui Latinos apud Veserim[5] inclyta pugna fuderat, quam poterat, clara voce denuntiavit, 'si quis sociorum inter Patres conscriptos sententiam dicere ausus esset, continuo eum se interemturum.' Hæ unius minæ, et Romanorum languentibus animis calorem pristinum reddiderunt, et Italiam ad jus civitatis nobiscum exæquandum[6] consurgere passæ non sunt: namque ut patris armis, ita verbis filii[7] fracta cessit.*

Par illius quoque[8] Manlii gravitas, cui cum consulatus omnium consensu deferretur, eumque sub excusatione[c] adversæ valetudinis oculorum recusaret, instantibus cunctis, 'Alium,' inquit, 'Quirites, quærite, ad quem hunc honorem transferatis. Nam si me gerere eum coëgeritis, nec ego mores vestros ferre, nec vos meum imperium per-

—4 Ita in antiquis typis expressis, et utroque etiam Brand. hæc leguntur. At Pighius legendum censet: *Ut Annius olim, Campani etiam consulem alterum Capuæ creari debere asseverabant.* Nimirum, ne Valerio ullus error aut ἁμάρτημα μνημονικὸν impingeretur, librarios corruptionem fecisse statuendum ipsi visum fuit. 'Ut in Brand. legitur, ita quoque extat in nostris. Nisi quod variant nonnihil in nomine scribendo *Anius, Amnius, Aminus, Annius:* Mog. *Avius:* Perizon. ascripsit: 'Cop. *Annius autem Campanus,* et sic omnes.' Falsum et hoc.' *Torren.*—5 Edd. vett. *filius ejus qui L. ad Veserim:* Pigh. legit *stirpis ejus qui L. apud, &c.* contra omnes codd. *Vesuvium fluvium* Mediol. 3. et sic Theophilus ex antiquis libris.—6 Ita Pighius ex Atreb. Gembl. aliis; ita quoque Ultraj. 1. 2. Leidd. 1. 3. 4. 5. 8. et Mog. *exequendum* ceteri codd. cum Vet. et aliis edd.—7 Ita omnes codd. Torren. Pighius vero ediderat: *ut populi Romani armis, ita verbis illius,* quod in Camp. supra vocem *filii* annotatum extaret *illius.*—8 *Par ejusdem quoque* Pighius contra omnes

NOTÆ

[a] *Annius autem* [*Ut Annius olim*] Optime hunc locum, ut alia multa, emendavit Pighius: nec enim tempore belli Punici secundi vixit Annius ille, sed anno Urbis 413. quo petiit ut Consulum alter et dimidia pars Senatus ex Latio crearetur.

[b] *Manlius Torquatus*] Illius, qui Latinos ad Veserim vicit, nepos fuit; bisque Consul. De ea pugna jam supra egimus.

* An. M. 3838. Ol. 141. 1. Urb. C. 537. Ant. Ch. 215.

[c] *Eumque sub excusatione*] Ut se audivit creatum Consulem, continuo revocatum populum in suffragia redire jubet; aliosque creari Consules: lecti sunt M. Valerius Levinus II. et M. Marcellus IV.

peti poteritis.'† Si privati tam ponderosa[9] vox, quam graves fasces consulis extitissent![b]

2. Nihilo segnior Scipionis Æmiliani aut in curia aut in concione gravitas: qui cum haberet consortem censuræ Mummium, ut nobilem,[10][d] ita enervis vitæ, pro Rostris dixit, 'se ex majestate reipublicæ omnia gesturum; si sibi cives vel dedissent collegam, vel non dedissent.'‡

Idem, cum Ser. Sulpicius Galba, et Aurelius Cotta[11][e] consules in senatu contenderent, uter adversus Viriathum in Hispaniam mitteretur, ac magna inter patres conscriptos dissensio esset; omnibus, quonam ejus sententia inclinaretur, expectantibus: 'Neutrum,' inquit, 'mihi mitti placet, quia[12] alter nihil habet, alteri nihil est satis;' æque malam licentis imperii magistram judicans inopiam atque avaritiam.[c] Quo dicto, ut neuter in provinciam mitteretur, obtinuit.*

3. C. vero Popilius[13][f] a senatu legatus ad Antiochum[g]

[b] *Si privatus tam graviter respondit, quam severe Consul se gessisset.*

[c] *Judicans inopiam atque avaritiam æque malam esse magistram Imperii, in quo licet omnia pro arbitrio agere.*

codd.—9 Vet. *ponderata.*—10 Vossius conj. *ignobilem*, improbante Perizonio. Mox Vertranius scribendum putat *ex majestate populi Romani;* et ita est in uno Brand. sed cf. VI. 3. 3. VI. 5. 4. IX. 2. 3.—11 *Cotta* in Vet. et aliquot codd. omittitur; pro quo in plerisque est *consul;* vel *consules*, ut in edd. antiq.—12 Ita Pigh. ex codd. itaque omnes Torreniani; *quia* primus omisit

NOTÆ

† An. M. 3844. Ol. 142. 3. Urb. C. 543. Ant. Ch. 209.

[d] *Mummium, ut nobilem*] Qui deleta Corintho, et Achaia in deditionem accepta, Achaici cognomen retulit: ut virum abstinentissimum laudant Livius et Plinius; ut indoctum et literarum rudem ridet Velleius.

‡ An. M. 3912. Ol. 159. 3. Urb. C. 611. Ant. Ch. 141.

[e] *Ser. Sulpicius Galba, et Aurelius Cotta*] Uterque Orator; ille vehemens et insignis, hic mediocris: Cotta egenus, Galba ditissimus, sed avaritia infamis, ex Appian. Neuter in Hispaniam missus, sed alteri Gallia, alteri Italia obtigit. Q. Fabio Æmiliano Scipionis fratri prorogatum in Hispania imperium. Ita Appianus in Ibericis.

* An. M. 3910. Ol. 59. 1. Urb. C. 609. Ant. Ch. 143.

[f] *C. vero Popilius*] Lænas, bis Consul, vir austerus et severo vultu, quem Antiochus, cum Romæ obses esset, præ ceteris coluerat.

[g] *Ad Antiochum*] Epiphanem, sua in Judæos crudelitate nobilitatum: a Græcis Epimanes, hoc est, furiosus vulgo dictus est, ex Appian.

missus, ut bello se, quo Ptolemæum[h] lacessebat, abstineret, cum ad eum venisset, atque is promto animo et amicissimo vultu dextram ei porrexisset,[i] invicem ei suam porrigere noluit, sed tabellas senatusconsultum[j] continentes tradidit. Quas ut legit Antiochus, dixit 'se cum amicis collocuturum.' Indignatus Popilius, quod aliquam moram interposuisset, virga solum, quo insistebat, denotavit, et, 'Prius,'[14] inquit, 'quam hoc circulo excedas, da responsum, quod senatui referam.' Non legatum locutum, sed ipsam Curiam ante oculos positam crederes: continuo enim rex affirmavit 'fore, ne amplius de se Ptolemæus quereretur.' Ac tum demum Popilius manum ejus tanquam socii[k] apprehendit. Quam efficax est animi sermonisque abscisa gravitas![d] Eodem momento Syriæ regnum terruit, Ægypti texit.[15]

4. P. autem Rutilii[l] verba prius[16] an facta æstimem, nescio; nam utrisque æque admirabile inest robur. Cum

[d] *Quam potens est gravitas animi et sermonis paucis verbis exhibita!*

Aldus.—13 Plin. lib. XXXIV. cap. 6. *C. Octavium* appellat. In prænomine quoque mira diversitas. Paterculus *Marcum* vocat: Hieronymus in Danielem *Caium:* Livius, Valerius, Plutarchus, Editio Valerii Veneta *Cneum:* sicut Cicero Philippica II. In aliis etiam Mss. *Gneus*, in aliis *Gaius*, in quibusdam quoque *Marcus* appellatur, item *Pompilius*, vel *Popilius*.—14 Sic omnes codd. et edd. ante Pighium, qui edidit, *at prius*.—15 Nonnulli codd. Torren. *et Syriæ r. t. et Ægypti texit*.—16 Perizon. conj. *pluris;* Oliverius pro *æstimem* habet *extimare*, quod explicat 'commemorare.' Multæ edd. cum nonnullis codd. Torren. habent *existimem*. Mox Colerus edidit *utriusque æque;* quod in quibusdam extat Mss. Mog. *utrique*. Sed verum est, *utris-*

NOTÆ

[h] *Ptolemæum*] Philometorem, qui a fratre Evergete dissentiebat. Si quis plura super his requirit, consulat ea, quæ ad Justinum diximus.

[i] *Dextram ei porrexisset*] Non dextram, sed osculum ei obtulit, si Justino credimus: Reges enim exteri amicos osculo excipiebant.

[j] *Senatusconsultum*] Quo scriptum erat, nisi bello absistatur, per utrum stetisset, eum neque amicum populi Romani, neque socium fore.

[k] *Manum ejus tanquam socii*] Tum præscribit Regi diem, qua Ægypto excederet; et firmata inter fratres Ægyptios pace, in Cyprum navigat, unde victricem Antiochi classem dimittit.

[l] *P. autem Rutilii*] Cum de Rutilio jam plura dixerimus, pauca hic addidisse satis erit.

amici cujusdam injustæ rogationi resisteret, atque is per summam indignationem dixisset: 'Quid ergo,' inquit,[17] 'mihi opus est amicitia tua, si quod rogo, non facis?' respondit, 'Immo quid mihi tua, si propter te aliquid inhoneste facturus sum?' Huic voci consentanea illa opera, quod magis ordinum dissensione,[m] quam ulla culpa sua reus factus, nec obsoletam[18] vestem induit, nec insignia senatoris deposuit, nec supplices ad genua judicum manus tetendit; nec dixit quicquam[n] splendore præteritorum annorum humilius. Effecitque ut periculum non impedimentum[19] gravitatis ejus esset, sed experimentum. Atque etiam cum ei reditum in patriam Syllana victoria præstaret, in exilio, ne quid adversum leges faceret, remansit.[o] Quapropter Felicitatis[20] cognomen justius quis moribus gravissimi viri, quam impotentis armis assignaverit. Quod quidem Sylla rapuit,[p] Rutilius meruit.[†]

5. M. Brutus suarum prius virtutum, quam patriæ pa-

que; verbis nempe ac factis.—17 Sex codd. Torren. *inquit* omittunt, ut voluit Vorstius; qui vero retinent, hoc ordine verba collocant: *Quid ergo, inquit, opus est mihi;* unde nonnihil juvatur conjectura Perizonii legentis: *Quid ergo? Quid opus est mihi.*—18 Bitur. 2. *nec ob hoc obsoletam.*—19 Sic ediderat Pighius, cum antea legeretur: *Ut periculum huic non impedimentum;* quod ab Aldo fluxit: nam vetustiores habent lect. nostram, quam quatuordecim confirmant codd. Torren.—20 'Sic omnes libri, solo Cauch. excepto, in quo est *Felicis*, quod temere in textum recepere Pighius, Colerus, et Vorstius. Sensus est: Cognomen Felicitatis justius daretur moribus Rutilii, qui erat vir gravissimus, quam armis Syllæ, qui erat vir impotens, i. e. superbus et crudelis.' *Torrenius.* Paulo post Dan. *insignaverit;* unde Coler. conj. *insinuerit*, error typorum sine dubio pro *insinuarit:* sed omnes codd.

NOTÆ

[m] *Ordinum dissensione*] Maxima enim tum erat inter Senatum et Equestrem Ordinem de judiciis dissensio.

[n] *Nec dixit quicquam*] M. Antonium et L. Crassum amicos ad causæ patrocinium non adhibuit: dixit ipse pro sese; nec aliter, quam simplex ratio veritatis ferebat. Mutiusque more suo dixit pro Rutilio nullo apparatu, pure ac dilucide; quasi in illa commentitia Platonis civitate res ageretur: nemo ingemuit, nemo inclamavit, nihil cuiquam doluit, nemo conquestus, nemo Rempublicam imploravit, nemo supplicavit. Ita Cicero in Bruto.

[o] *Remansit*] Malo, inquit, ut patria mea mei exilii erubescat, quam reditu mœreat. Smyrnæ substitit, ubi se totum studiis literarum tradidit.

[p] *Sylla rapuit*] Quia felix dici voluit.

† An. M. 3961. Ol. 171. 4. Urb. C. 660. Ant. Ch. 92.

rentis parricida (uno enim facto[q] et illas in profundum præcipitavit, et omnem sui nominis memoriam inexpiabili detestatione perfudit)[21] ultimum prælium initurus, negantibus quibusdam 'id committi oportere:' 'Fidenter,' inquit, 'in aciem descendo: hodie enim aut recte erit, aut nihil curabo.'[e] Præsumserat videlicet[22] neque vivere se sine victoria, neque mori sine securitate posse.‡

EXTERNA.

1. Cujus[23] mentio mihi subjicit, quod adversus D. Brutum[r] in Hispania graviter dictum est, referre. Nam cum se ei tota pæne Lusitania dedidisset, ac sola gentis ejus urbs Cinninia[24][s] pertinaciter arma retineret, tentata redemtione, propemodum uno ore legatis Bruti respondit, 'Ferrum sibi a majoribus, quo urbem tuerentur; non aurum, quo libertatem ab imperatore avaro emerent, relictum.'* Melius sine dubio istud nostri sanguinis homines dixissent,[25] quam audissent.

[e] *Aut recte erit, si vicero; aut nihil curabo, si moriar.*

Torren. habent *assignaverit.*—21 Medic. 2. Ultraj. 2. Copes. Leidd. 2. 5. et Mog. *profudit.*—22 Vox *videlicet* in aliquot codd. Torren. non invenitur.—23 'Recte ita Pighius, ante vulgo legebatur, *Hujus.* Sed *Cujus* etiam Mediol. et Mss. plerique.' *Torren.* Mox multi Mss. *Drusium Brutum,* et sic Mog. *Sextum Brutum* Steph. *dictum Brutum* Vet. *D. Junium Brutum* Liv. Ep. lib. LV.—24 Dan. *Cinginnia;* codd. Torren. admodum variant; habent enim *Cumana, Cinrania, Cirannia, Cinnana, Ciurania, Citania, Cumania;* Mog. *Cimmina;* Vet. *Cecua.* Mox Perizon. conj. *ostentata redemptione;* Ultraj. 2. habet *tentata pro redemptione,* et sic Mog. *tentata de redemptione* in Harl. probante Torrenio.—25 Ita Pighius ex codd. itaque omnes codd. Torren. *Melius sine dubio illud nostri sanguinis homines dixissent* in edd. ante Pigh.—26 Ita

NOTÆ

[q] *Uno enim facto*] Parricidio in Cæsarem admisso.

‡ An. M. 4012. Ol. 184. 3. Urb. C. 711. Ant. Ch. 41.

[r] *Adversus D. Brutum*] Qui Consul cum Scipione Nasica Serapione Hispaniam ulteriorem obtinuit; et anno sequenti Proconsul reliquias belli Viriatici confecit, ob Gallæcos domitos, Gallæci nomen adeptus.

[s] *Cinninia*] Urbs Lusitaniæ inter Bracaram et Araducam, nunc *Sitania.*

* An. M. 3917. Ol. 160. 4. Urb. C. 616. Ant. Ch. 136.

2. Sed illos quidem natura in hæc[26] gravitatis vestigia deduxit. Socrates autem Græcæ doctrinæ clarissimum columen, cum Athenis causam diceret,[27] [t] defensionemque ei Lysias a se compositam, qua in judicio uteretur, recitasset, demissam et supplicem, imminentique procellæ accommodatam, 'Aufer,' inquit,[u] 'quæso, istam; nam ego si adduci possem, ut eam in ultima Scythiæ solitudine perorarem, tum me ipse morte mulctandum concederem.' Spiritum contemsit, ne careret gravitate: maluitque Socrates extingui, quam Lysias superesse.[f] †

3. Quantus hic in sapientia, tantus in armis Alexander illam vocem nobiliter edidit. Dario enim uno jam et altero prælio[v] virtutem ejus experto, atque ideo partem regni[w] Tauro tenus monte, et filiam in matrimonium cum decies centum millibus[28] talentum pollicente, cum Parmenion dixisset, 'Se, si Alexander esset, usurum conditione:'[29] respondit: 'Et ego uterer, si Parmenion essem.' ‡ Vocem

f Maluitque mori, ut Socratem decebat, servata gravitate, quam vivere ut Lysias, usus hac humili oratione.

plurimi codd. *in hujus* vulgo editum fuerat.—27 'Sic omnes et editi et scripti. Solus Cauch. *dicturus esset*, quod male Pighius, Colerus, et Vorstius in textum receperunt.' *Kapp.*—28 Glarean. legit: *cum decem millibus.*—29 Octo codd. Torren. ut antiquitus edebatur: *usurum ea conditione;* Vet. *usurum ex*

NOTÆ

[t] *Causam diceret*] Ab Anyto et Melito læsæ pietatis in Deos et corruptæ juventutis accusatus. Lysias Socratis erat discipulus.

[u] *Aufer, inquit*] 'Bona,' inquit, 'est oratio, sed non mihi conveniens.' 'Si bona est,' inquit Lysias, 'cur non ea uteris?' tum Socrates: 'Nonne vestis potest esse pulchra, et tamen non unicuique conveniens?' Ita Laërtius.

† An. M. 3654. Ol. 95. 1. Urb. C. 353. Ant. Ch. 399.

[v] *Uno jam et altero prælio*] Ad Granicum et ad Issum.

[w] *Partem regni*] Duas ad Alexandrum Darius literas misit: unas post prælium ad Issum; alteras, dum Syria, Ægyptoque domitis Alexander transiret Tigrim: primis regionem omnem cis Taurum, secundis quicquid terrarum est citra Euphratem, 30. insuper talentum millia, et filiarum alteram pollicitus: respondisse fertur Alexander, nec mundum duos soles, nec orbem terrarum duos summos Principes ferre posse: 'Proinde,' inquit, 'Darius aut deditionem hodie, aut in crastinum bellum paret.' Hæc pluribus Diod. et Curt.

‡ An. M. 3724. Ol. 112. 3. Urb. C. 423. Ant. Ch. 329.

duabus victoriis respondentem, dignamque cui tertia, sicut evenit, tribueretur.

4. Atque hæc[30] quidem animi magnifici, et prosperi status: illa vero, qua legati Lacedæmoniorum apud patrem ejus[x] miseram fortitudinis[31] suæ conditionem testati sunt, gloriosior,[23] quam optabilior. Intolerabilibus enim oneribus civitatem eorum implicanti, 'si quid morte gravius imperare perseveraret, mortem se prælaturos,' responderunt.*

5. Nec parum grave Spartani cujusdam dictum; siquidem nobilitate et sanctitate præstans, et in petitione magistratus victus, 'maximæ sibi lætitiæ esse' prædicavit, 'quod aliquos[33] patria sua se meliores viros haberet.' Quo sermone repulsam honori adæquavit.

conditione.—30 *At et hæc* Copes. Deinde aliquot codd. Torren. cum Vet. *et animi.*—31 Ita ex Copes. novem aliis codd. et Mog. edidit Torren. nec aliter Vet. Vulgo legebatur *fortunæ.*—32 Sic ex duodecim codd. et edd. Pighio antiquioribus revocavit Torrenius, quod etiam in Vet. invenitur. Pighius aliique ediderunt *generosior.*—33 Sic Pighius ex auctoritate codd. et edd. vett. *aliquot* Aldd. Colin. Gryph. et Steph.

NOTÆ

[x] *Apud patrem ejus*] Lacedæmonii enim et a Philippo, et ab aliis Græcis grandi mulcta puniti sunt, quod Phocensibus in bello sacro auxilio venissent.

* An. M. 3701. Ol. 106. 4. Urb. C. 400. Ant. Ch. 352.

CAP. V.

DE JUSTITIA.

1 Populi Romani.
2 Quatuor tribunorum plebis.
3 Ti. Gracchi cens.
4 Collegii tribunorum plebis.
5 Cn. Domitii Ahenobarbi.
6 L. Licinii Crassi oratoris.
7 L. Cornelii Sullæ Cos.

EXTERNORUM.

1 Pittaci Mitylenæi.
2 Aristidis Atheniensis.
3 Zaleuci Locrensis.
4 Charondæ Thurii.

TEMPUS est justitiæ quoque sancta penetralia adire, in quibus semper æqui ac probi facti[1] respectus religiosa cum observatione versatur: et ubi studium verecundiæ est; et[2] cupiditas rationi cedit: nihilque utile, quod parum honestum videri possit, ducitur.[a] Ejus autem præcipuum et certissimum inter omnes gentes nostra civitas exemplum est.

1. Camillo consule[a] Falerios[3] [b] circumsedente, magister

[a] *In quibus quæ cum æquitate et probitate facta sunt, cum observatione religiosa coluntur, et studium verecundiæ servatur, et injusta cupiditas cedit rationi, et nihil putatur utile, quod parum honestum possit videri.*

1 Vox *facti* suspecta erat Perizonio.—2 Tres Gronovii Mss. omittunt *est*. Tres Torrenii Mss. et pleræque editt. delent *et*. Ultr. prim. pro *est et* habet *viget*. In Vet. Mog. et decem Mss. *est et* non comparent. Torrenius judicat, *et* non admodum desiderari, non tamen spernit lectionem Ultr. primi. Ego *est et* a glossatoribus ortum esse crediderim.' *Kapp.*—3 Ita Camp. Cauch. Lib. Dan. uterque Bit. et Leid. quint. *Phalericos* Copes. et Harl. Reliqui cum editt. antiquissimis *Faliscos;* vel *Phaliscos*. Sed *Falerios* rectum est, ita enim appellatur urbs, populi vero *Falisci*. Liv. v. 27. Mox Ultr. prim. et Med. sec. omittunt *et nobilissimos*. Multi quoque Mss. legunt cum Vet. aliisque, *amandi gratia*, item *belligerandi;* Mog. et Steph. *belligerendi*.—

NOTÆ

[a] *Camillo consule*] Fallitur Valerius: nulli enim eo tempore Romæ Consules, sed Tribuni militares, quorum princeps tum erat Camillus; sæpius enim mutata Reipublicæ forma, a Regibus ad Consules, a Consulibus ad Decemviros, deinde ad Tribunos militares, tum iterum ad Consules summa rerum delata est.

[b] *Falerios* [*Faliscos*] Alii *Valerios* legunt: utrumque recte, Livio enim idem sunt Valerii et Falisci; Strabo tamen alios ab aliis distinguit. Falisci Etruriæ populi, hodie *Monte Fiascone*.

ludi plurimos et nobilissimos inde pueros, velut ambulandi gratia eductos, in castra Romanorum perduxit. Quibus interceptis, non erat dubium, quin Falisci deposita belli gerendi pertinacia, traditurі se nostro imperatori essent. Ea re senatus censuit,[4c] 'ut pueri vinctum magistrum virgis cædentes in patriam remitterentur.' Qua justitia animi eorum sunt capti, quorum mœnia expugnari non poterant. Namque Falisci beneficio magis quam armis victi, portas Romanis aperuerunt.* Eadem civitas aliquoties rebellando, semperque adversis contusa præliis, tandem se Q. Lutatio consuli dedere coacta est.[d] Adversus quam sævire cupiens populus Romanus, postquam a Papirio, cujus manu, jubente consule, verba deditionis scripta erant, doctus est, Faliscos non potestati, sed fidei se Romanorum commisisse, omnem iram placida mente deposuit, pariterque et viribus odii, non sane facile vinci assuetis, et victoriæ obsequio, quæ promtissime licentiam subministrat, ne justitiæ suæ deesset, obstitit.[b]† Idem, cum P. Claudius[5] Camarinos[e] ductu atque auspiciis suis captos sub hasta vendidisset, etsi ærarium pecunia, fines agris auctos animadvertebat, tamen, quia parum liquida

[b] *Et pariter, ne justitiæ suæ deesset restitit; et odio, quod facile vinci non solet, et victoriæ, quæ præbet potestatem sæviendi.*

4 'Vorstius et Torrenius ediderunt: *Ea re cognita senatus censuit.* Pighius et Colerus: *De ea re senatus censuit.* Ast in Mss. fere omnibus, Vet. et Mog. est: *Ea re senatus censuit,* quod restitui.' *Kapp.*—5 Medic. 2. *cum Cos. Claus-*

NOTÆ

[c] *Senatus censuit*] Aliter Livius, qui laudem omnem non Senatui, sed Camillo tribuit, cui gratiæ et a civibus et ab hostibus actæ sunt.

* An. M. 3661. Ol. 96. 4. Urb. C. 360. Ant. Ch. 392.

[d] *Dedere coacta est*] Ob Tribunum Genucium a Faliscis contumelia affectum, bellum susceptum est, et intra sex dies confectum; hostium quindecim millia cæsa, ceteris concessa pax, agri media pars ademta, ex Eutrop. et Oros. urbsque in clivo eversa, et in planitie condita, ex Zonara.

† An. M. 3813. Ol. 134. 4. Urb. C. 512. Ant. Ch. 240.

[e] *Camarinos*] Camerium Latii oppidum Tacito et Plinio: Cameria dicitur Livio; Ciceroni Camerinum. Nunc *Camerino.*

fide id gestum ab imperatore videbatur, maxima cura conquisitos redemit, iisque habitandi gratia locum in Aventino assignavit, et prædia restituit.[6] Pecuniam etiam non ad curiam,[7] sed ad sacraria ædificanda, sacrificiaque facienda tribuit: justitiæque promtissimo tenore effecit, ut exitio suo lætari possent, quia sic[8] renati erant.[c]

Mœnibus[9] nostris, et finitimis regionibus, quæ adhuc retuli: quod sequitur, per totum terrarum orbem manavit. Timochares[10][f] Ambraciensis Fabricio consuli pollicitus est, 'se Pyrrhum veneno per filium suum, qui potionibus ejus præerat, necaturum.' Ea res cum ad senatum[g] esset

[c] *Sicque justitiam servando effecit, ut illi calamitate sua lætari possent, quia sic in meliori fortuna restituti erant.*

dius; Leid. 5. *cum consul Claudius.*—6 Pighius ediderat: *et prædia eis restituit; τὸ eis*, quod deleri jussit Perizon. non agnoscunt codd.—7 'Copes. solus omittit *non ad curiam.* Vereor ne hic locus malam manum sit passus, et totum hoc ortum ab aliqua emendatione. Videtur auctor scripsisse: *Pecuniam etiam ad sacraria ædificanda, sacrificiaque facienda tribuit.* Certe, cur hic addatur, *non ad curiam*, equidem non excogito. An moris erat, ut populi devicti, et intra urbem recepti, singuli sibi curiam ædificarent, ut admonere debuerit, in hoc populo id factum non fuisse? minime. Sed forte scripsit; *Ad curiam ædificandam et sacrificia facienda:* per *curiam* intelligens sacrarium, in quo Curiones sacra faciebant; quod non intelligens glossator, ascripsit, *non ad curiam sed sacraria*, id quod deinde in textum potuit transiisse. Leid. sec. *ad sacrariam hedificandi.*' Torren. 'Nihil mutem, sed explicem: pecuniam non ad usus politicos, sed ad usus sacros adhibuit. Hoc enim faciendo, jam antiquitas putavit crimen posse aboleri. Papæ!' *Kapp.* —8 Perizonius malit, *qui sic, &c.*—9 Hæc periodus usque ad *Timochares*, deest in Harl. utroque Bit. et Leid. sec.—10 Perizonius ascripsit: 'Vide Ammian. Marc. L. xxx. p. 453. ubi *Demochares* scribitur. Sen. Ep. 120. Tac. L. II. Ann. 88.' Harl. *Thimocratis.* Ultr. prim. *Timoclates.* sec. *Timocathes. Timocharem* apud Ammian. habere etiam Mariangeli editionem Vale-

NOTÆ

[f] *Timochares*] Sic etiam appellatur a Gellio; *Nicias* vero a Zonara. Plutarchus nomen non prodit, sed Medicum vocat. Ità etiam Aurelius Victor.

[g] *Cum ad senatum*] Plutarchus et Zonaras nolunt consultum ea de re Senatum; Fabricius enim, si ipsis credimus, postquam Æmilio Collegæ rem persuasit, ad Pyrrhum misit literas, quarum sententia hæc fuit: 'Neque amicorum, neque hostium fortunatus æstimator esse videris: Cognosces enim te bonis quidem, ac justis viris bellum inferre, malis vero atque injustis confidere, &c. Hæc autem non tua gratia nota facimus tibi; sed ne mors tua nobis calumniam afferat, quasi virtute nequiremus te superare, dolo contendisse.' Sic quidem Plutarchus: aliquanto aliter Gellius lib. III. c. 8. 'Nos pro

delata, missis legatis Pyrrhum monuit, 'ut adversus hujus generis[11] insidias cautius se gereret:' memor Urbem a filio Martis conditam armis[12] bella, non venenis gerere debere. Timocharis autem nomen suppressit, utroque modo æquitatem amplexus: quia nec hostem malo exemplo tollere, neque eum, qui bene mereri paratus fuerat, prodere[13] voluit.‡

2. Summa justitia in quatuor quoque tribunis plebis eodem tempore conspecta est. Nam cum C. Atratino,[14] sub quo duce aciem nostram apud Verruginem[h] a Volscis inclinatam cum ceteris equitibus correxerant, diem ad populum L. Hortensius collega eorum dixisset, pro Rostris juraverunt 'in squalore se esse, quoad imperator ipsorum reus esset futurus.'[15] Non enim sustinuerunt egregii juvenes, cujus armati periculum vulneribus et sanguine suo defenderant, ejus togati ultimum discrimen, potestatis insignia retinentes, intueri. Qua justitia mota concio, actione Hortensium desistere coëgit.*

3. Nec se etiam aliter[16] eo facto, quod sequitur, exhibuit. Cum Ti. Gracchus, et C. Claudius,[i] ob nimis severe

sius admonuit.—11 Sunt qui *generis* omittunt improbantibus Torren. et Kapp.—12 Ante vocabulum *armis* Pighius, Colerus, et Vorstius *et* inserunt, quod vero Torrenius expunxit auctoritate omnium codd. et edd. vett.—13 Bitur. 1. *perdere.*—14 Sic Colerus, cum antea legeretur, *a Lucio Atratino;* sed emendandum ita censuit Pighius, et illi emend. quosdam codd. astipulatos fuisse, licet intelligere ex ejus Fastis an. 321. interea *Lucio* retinent codd. tredecim: Leid. 6. et Vet. pronomen omittit. Mox nonnulli codd. Torren. *apud Feruginem.*—15 Perizonius legi jussit: *quoad imperator ipsorum reus esset, futuros;* cui astipulatur Torren. creditque vere emendasse Perizonium.—16 Quidam codd. delent *aliter;* nonnulli cum Vet. *Nec se eo facto quod sequitur dissimilem exhibuit.* Harl. Bitur. 1. 2. et Medic. 1. totam hanc periodum omittunt. Copes. exhibet: *Nec se eo facto, quod sequitur, exhibuit*

NOTÆ

tuis injuriis commoti tecum bellare studemus; sed communis exempli et fidei ergo, visum est, ut te salvum velimus, ut esset, quem armis vincere possimus.'

‡ An. M. 3776. Ol. 125. 3. Urb. C. 475. Ant. Ch. 277.

[h] *Apud Verruginem*] Lacus est in Volscis. Illam pugnam descripsimus lib. III. cap. 2.

* An. M. 3632. Ol. 89. 3. Urb. C. 331. Ant. Ch. 421.

[i] *Ti. Gracchus, et C. Claudius*] Ille Ti. et C. Gracchorum pater; hic Consul anno Urbis 577. De Histris et Liguribus triumphavit.

gestam censuram, majorem civitatis partem exasperassent, diem his P. Rutilius[17] tribunus plebis perduellionis ad populum dixit, præter communem consternationem, privata etiam ira accensus; quia 'necessarium ejus[18] ex publico loco parietem demoliri' jusserant. Quo in judicio primæ classis permultæ centuriæ Claudium aperte damnabant: de Gracchi absolutione universæ consentire videbantur. Qui clara voce juravit, 'si de collega suo gravius esset judicatum, in factis paribus se eandem cum illo pœnam exilii[19] subiturum.' Eaque justitia tota illa tempestas ab utriusque fortunis et capite depulsa est. Claudium enim populus absolvit: Graccho causæ dictionem tribunus Rutilius[20] remisit.[j] †

4. Magnam laudem et illud collegium tribunorum tulit, quod, cum unus ex eo L. Cotta fiducia sacrosanctæ potestatis creditoribus suis nollet satisfacere, decrevit, 'si neque solveret[21] pecuniam, neque daret cum quo sponsio fieret, se appellantibus eum creditoribus[22] auxilio futurum:' iniquum ratum,[23] majestatem publicam privatæ

favorabilem imo destitit.—17 Venett. *M. Popilius;* Mediol. 3. cum quibusdam codd. Torren. *P. Pompilius;* alii ejusdem cum Aldd. Ascens. Colin. Gryph. et Steph. *M. Pompilius;* codd. fere *P. Popilius;* et sic in Vet.—18 Codd. quatuordecim cum omnibus edd. ante Pighium addunt *Rutilium.* 'Interea mirum est hic verum nomen tribuni in codd. retineri, quod supra variis modis corruptum vidimus.' *Torren.* Mox *loco* deest in Vet.—19 'Videtur *τὸ exilii* esse ex Glossa, nec agnoscitur a Ms. Nihilominus hic abundat, cum addit *eandem,* et per se intelligitur.' *Perizon.* Delet *τὸ exilii* etiam Barb. prim. ceteri servant cum omnibus edd. 'Cave credas h. l. defendi posse loquendi formam a Vossio et aliis damnatam, *idem cum illo.*' Torren. *cum illo* omittit Medic. 1.—20 Similiter ac in initio exempli variant hic quoque Mss. Sed plerique omittunt, *trib.* et ejus loco habent prænomen, *P.* vel *M.*—21 Vulgo ante Pighium legebatur, *decrevit ut, si neque solveret, &c.* Sed *ut,* quod sensum turbat, abest ab ed. Mog. et Mss. præter Harl.—22 'Id est, creditoribus, qui Cottam de solvenda pecunia admonerent. Ita enim habent tredecim Mss. Torrenii, Mog. et Vet. quod merito Torrenius restituit, cum vulgo legeretur *appellantibus se,* i. e. auxilium tribunorum implorantibus.—23 *ratus* aliquot Mss. cum Vet. Eadem cum Copes. Barb. et Bit. prim. ac

NOTÆ

[j] *Rutilius remisit*] Ab iis postea multo severius acta Censura, multisque equi ademti, et inprimis ipsi Rutilio Tribuno, qui tribu etiam motus ex Tribuno opifex factus est, et ad opera publica adhiberi cœpit.

† An. M. 3885. Ol. 152. 4. Urb. C. 584. Ant. Ch. 168.

perfidiæ obtentui esse. Itaque Cottam in tribunatu quasi in aliquo sacrario latentem, tribunitia inde justitia extraxit.‡

5. Cujus ut ad alium æque illustrem actum[24] transgrediar, Cn. Domitius[k] tribunus plebis M. Scaurum principem civitatis in judicium populi[1] devocavit, ut, si fortuna aspirasset, ruina:[25] sin minus, certe ipsa obtrectatione amplissimi viri incrementum claritatis apprehenderet.[d] Cujus opprimendi cum summo studio flagraret, servus Scauri ad eum noctu pervenit, 'instructurum se ejus accusationem multis et gravibus domini criminibus' promittens.* Erat in eodem pectore inimicus et Domitius diversa æstimatione[26] nefarium indicium perpendens:[e] Justitia vicit

[d] *Ut si fortuna faveret, Scaurum omnino everteret; si vero non faveret, ipse clarior et illustrior fieret, quod ausus esset virum amplissimum in jus vocare.*

[e] *Dum Domitius examinat nefarium servi indicium, perpendit, an plus apud ipsum valere debeat, quod ipse sit inimicus Scauri, quam quod Scaurus sit dominus illius servi.*

Leid. sec. *obtentum esse.*' Kapp.—24 Ante Torren. *actum* omissum erat, quod ex Copes. protulit Perizon. et in tredecim codd. invenit Torren. nec aliter Vet. Mog. et Lips. ap. Thanner.—25 ' Sic Vorstius edidit auctoritate unius Ms. Brand. et Chalcocond. quem secutus est Torrenius, qui addit, Med. prim. etiam habere *ruina*, quod probat Perizonius. Torrenius explicat: ut inclaresceret ipse ruina Scauri. Ceteri omnes *ruinam*, scil. *apprehenderet*, i. e. uti Oliverius et Ascensius explicant, ut eum condemnaret.' *Kapp.*—26 Pighius ex Camp. Pulm. et Sus. legit: *Domitii et inimicus et dominus;* alii codd. habent: *inimicus et Domitius dominus:* Perizonius vero ex aliis citat: *inimicus et Domitius et dn̄us*, sed monuit *et dominus* delendum esse. ' Ceterum totum locum ita scribit Copes. *Erat i. e. p. inimicus et Domitius et dominus diversa æstimatione nefarium indicium perpendens. Justitia tamen vicit odium.* Certe videtur *tamen* desiderari. *et dominus* omittitur in Med. prim. et Leid. sec. Vacuum spatium ejus loco relictum est in Harl. *et Domitius* deerat in Leid. sext. ceteri fere cum Copesiano consentiunt. *Justitia tamen vicit odium*, extat in edd. præter Mog. quæ *tamen* cum Mss. omittit. Quod non omnibus displicebit, utpote exclamationi convenientem habens brevitatem. Mox multi codd. *extimatione;* unde Perizon. *existimatione.*—27

NOTÆ

‡ An. M. 3900. Ol. 156. 3. Urb. C. 599. Ant. Ch. 153.

[k] *Cn. Domitius*] Ahenobarbus, Neronis Imperatoris atavus. De Scauro supra.

[1] *In judicium populi*] Iratus Scauro, quod ab eo in Augurum collegium cooptatus non esset, illum accusavit, quod sacra publica Deum Penatium minus recte casteque fierent.

* An. M. 3950. Ol. 169. 1. Urb. C. 649. Ant. Ch. 103.

odium. Continuo enim et suis auribus obseratis, et indicis ore clauso, 'duci eum ad Scaurum' jussit. Accusatorem etiam reo suo ne dicam diligendum, certe laudandum: quem populus cum propter alias virtutes, tum hoc nomine libentius et consulem, et censorem, et Pontificem Max. fecit.

6. Nec aliter se[27] L. Crassus[m] in eodem justitiæ experimento gessit. C.[28] Carbonis nomen infesto animo, utpote inimicissimi[29] sibi, detulerat:[n] sed tamen scrinium ejus, a servo allatum ad se, complura continens, quibus facile opprimi posset, ut erat signatum, cum servo catenato ad eum remisit.† Quo pacto igitur[30] inter amicos viguisse tunc justitiam credimus, cum inter accusatores quoque et reos tantum virium obtinuisse videamus?

7. Jam L. Sylla non se tam incolumem, quam Sulpicium Rufum perditum voluit, tribunicio furore[o] ejus sine ullo[31] fine vexatus. Ceterum cum eum proscriptum, et in villa latentem, a servo proditum comperisset, manumissum parricidam, ut fides edicti sui extaret,[32] 'præcipitari protinus

'Codd. octo cum Mog. omittunt pronomen *se*. Ultraj. prim. *Hæc aliter*. Ultraj. 2. *in eodem loco justitiæ experimento*. Leid. sext. *fecit. gessit*. Quasi pronomen omissum fuerit, quia auctor scripserat, *Nec aliter L. Crassus, &c. fecit*. Sed et *fecit* pro *gessit* a librario potest esse substitutum, ut melius cohæreret oratio.' *Torren.*—28 A Pighio hoc est: ceteræ editiones cum aliquot Mss. *Gn.* Sed *C.* extat quoque in nonnullis. duo *Caii Gnei Carbonis*. —29 Sic Vet. Mog. et plerique Mss. Reliqui ediderunt ante Pighium, *inimicissimum*, quod habet Leid. prim. *inimicissimus* Leid. quint. et Bit. prim. —30 In Copes. *igitur* deest. Mox Medic. 1. *cum eam inter*.—31 Sic Vet. cum omnibus Mss. et editionibus Pighio antiquioribus. Pighius, Colerus, et Vorstius *ullo* expunxerunt.—32 Pro *extaret* Medic. 1. 2. habent, *constaret*. Mox *e saxo* in vulgg. sed omnes fere codd. cum Mog. præpositionem *e* de-

NOTÆ

[m] *L. Crassus*] Anno ætatis 19. vel 21. Carbonem accusasse dicitur, initioque orationis ita exanimatus est, ut Q. Maximus Prætor, quo pudori illius consuleret, concilium dimiserit. Ita refert Cicero in lib. I. de Orat.

[n] *Detulerat*] Quod C. Graccho auctor fuisset repetendæ Tribuniciæ potestatis: quod Africani mortis conscius esset, quod violenter gessisset Consulatum, in exilium missus est, ex Valerio lib. III. c. 7. Voluntaria morte periit, ex Cicerone in Bruto.

† An. M. 3935. Ol. 165. 2. Urb. C. 634. Ant. Ch. 118.

[o] *Tribunicio furore*] Legem tulit, ne Sylla contra Mithridatem bellum gereret; triaque satellitum millia ex Equestri Ordine alebat, eosque contra Senatum appellare consueverat.

saxo Tarpeio cum illo scelere parto pileo' jussit.[f] ‡ Victor alioquin insolens,[p] hoc imperio justissimus.

EXTERNA.

1. Verum ne alienigenæ justitiæ obliti videamur, Pittacus Mitylenæus, cujus aut meritis tantum cives debuerunt, aut moribus crediderunt, ut suis ei[33] suffragiis tyrannidem deferrent, tamdiu illud imperium sustinuit, quamdiu bellum de Sigeo[34][q] cum Atheniensibus gerendum fuit. Postquam autem pax victoria parta est, continuo reclamantibus Mitylenæis[35] deposuit; ne dominus civium ultra, quam reipublicæ necessitas exegerat, permaneret. Atque etiam, cum recuperati agri dimidia pars consensu omnium[36] offerretur, avertit animum ab eo munere; deforme judicans, virtutis gloriam magnitudine prædæ minuere.*

2. Alterius nunc mihi prudentia referenda est, ut alterius repræsentari justitia possit. Cum saluberrimo consilio Themistocles migrare Athenienses in classem coëgisset, Xerxeque rege et copiis ejus Græcia[37] pulsis, ruinas patriæ in pristinum habitum reformaret, et opes clandestinis

f Postquam servum illum, qui domini sui parricida fuerat, libertate donasset, ut edictum suum fideliter servaret, illum jussit e rupe Tarpeia præcipitari cum pileo, quem scelere proditionis meritus fuerat.

lendam indicant.—33 Vet. uterque Brand. uterque Ultr. et Mog. *ut ei*, omisso *suis;* alii : *ut eis;* alii septem *ut ejus suffragiis;* alii *ei* omittunt, alii *ut suis ei suffragiis.*—34 Ita Ultraj. 1. 2. itaque scribendum, cum deducatur a Græco Σιγείῳ· alii tamen codd. cum nonnullis edd. *Sigæo;* Delph. *Sygæo.* 35 Ultraj. 2. *Mitilenis.* Mox Medic. 2. *necessitas exigeret.*—36 Harl. Bit. sec. Med. prim. *ei omnium.* Leid. sext. *omnium eidem.* Ultraj. sec. *omnium sibi offerretur.*—37 Pro *Græcia* Copes. habet, *egregia;* Medic. 2. *e Græcia;* Harl. *in Græciam.* Mox Barb. 1. *dixit habere rem,* ut sæpissime tali modo omitti-

NOTÆ

‡ An. M. 3966. Ol. 173. 1. Urb. C. 665. Ant. Ch. 87.

p *Victor alioquin insolens*] Nondum victus Mithridates, nec mortuus Marius, nec Sylla Dictator.

q *De Sigeo*] De agris Achillitidis certatum esse auctor est Laërtius.

* An. M. 3418. Ol. 36. 1. Urb. C. 117. Ant. Ch. 635.

molitionibus[r] ad principatum Græciæ capessendum nutriret: in concione dixit, 'habere se rem deliberatione sua provisam, quam si fortuna ad effectum perduci passa esset, nihil majus aut potentius Atheniensi populo futurum: sed eam vulgari non oportere.' Postulavitque, 'ut aliquis sibi, cui illam tacite exponeret, daretur:' datus est Aristides. Is postquam cognovit,[38] classem illum[39] Lacedæmoniorum, quæ tota apud Gythæum[40] subducta erat, velle incendere, ut ea consumta dominatio maris ipsis cederet: processit ad cives, et retulit,[41] 'Themistoclem ut utile consilium, ita minime justum animo volvere.' E vestigio universa concio quod æquum non videretur, ne expedire quidem proclamavit, ac protinus Themistoclem incepto desistere jussit.†

3. Nihil illis etiam justitiæ exemplis fortius. Zaleucus,[42] urbe Locrensium a se saluberrimis atque utilissimis legibus munita, cum filius ejus adulterii crimine damnatus, secundum jus ab ipso constitutum, utroque oculo carere deberet, ac tota civitas in honorem patris[43] pœnæ necessitatem adolescentulo remitteret, aliquamdiu repugnavit. Ad ultimum precibus populi evictus,[44] suo prius, deinde filii oculo eruto, usum videndi utrique reliquit. Ita debitum supplicii modum legi reddidit, æquitatis admirabili tem-

tur illud pronomen *se*. Deinde *ad effectum produci* Bitur. 1.—38 Decem codd. Torren. cum Mog. *recognovit*.—39 Sic Pighius cum aliquot Mss. qui partim habent *classem illam* cum Mog. Nonnulli cum aliis edit. *eum classem illam*.—40 Unus Leid. *Sigeum*. Ultraj. prim. *Githeum*. Apud Liv. L. XXXIV. 38. *Gythium* legitur. Sed similiter etiam apud Græcos modo Γύθιον, modo Γυθεῖον dici observarunt viri docti. Vide J. Meursii Misc. Lac. IV. 6.—41 Hanc concinnitatem Pighio debemus. Post Aldum enim legebatur: *processit ad cives et ipsis retulit*. Sed *ipsis* omittunt editiones illo antiquiores et Mss. Paulo post pro *incepto desistere*, Med. sec. *ab incepto desistere*.—42 Sic recte Mog. Mediol. Ascen. Ald. Colin. et plerique Mss. edit. Ven. *Seleucus*. Gryph. et Rob. Steph. *Zeleucus*. Quod secutus est Pighius, mutavit Colerus.—43 Verba *in honorem patris* desunt in Harl.—44 Idem codex, *victus*. Mox sep-

NOTÆ

[r] *Clandestinis molitionibus*] Dum ipse Lacedæmonios legatus deludit, persuasit suis ut et urbem et Piræum muro cingerent. Ita Thucyd. De Zaleuco lib. I. c. 2. n. 4.

† An. M. 3577. Ol. 75. 4. Urb. C. 276. Ant. Ch. 476.

peramento, se inter misericordem patrem et justum legislatorem partitus.

4. Sed aliquanto Charondæ[s] Thurii[45] præfractior atque abscisior justitia.[ε] At vim et cruorem usque seditiosas conciones civium pacaverat, lege cavendo, 'ut si quis eas cum ferro intrasset, continuo interficeretur.' Interjecto deinde tempore ex longinquo rure gladio cinctus, domum repetens, subito indicta concione, sicut erat, in eam processit, ab eoque, qui proxime constiterat, solutæ a se legis suæ admonitus:[46] 'Idem ego illam,' inquit, 'sanciam;'[47] ac protinus ferro, quod habebat, destricto incubuit. Cumque liceret culpam vel dissimulare, vel errore defendere, pœnam tamen[48] repræsentare maluit; ne qua fraus justitiæ fieret.

[ε] *Asperior et rigidior justitia.*

tem codd. Torren. *utrisque reliquit.*—45 *Charondæ Tyrii* edd. vett. Pighius vero correxit. *Charundæ Thurii* editio Torrenii, procul dubio typothetarum errore.—46 Sic omnes Mss. Vet. et Mog. quare Torrenius in textum recepit, cum antea legeretur *monitus.*—47 Pigh. in marg. notavit pro *sanciam* alios habere *sarciam;* quod invenit Torren. in Leid. quart. Mog. habet *sanciam.* Vide et Dempst. ad Rosin. L. VIII. p. 549.—48 Leid. 2. non habet vocem *tamen.*

NOTÆ

[s] *Charondæ*] Fuit ille cum Zaleuco Pythagoræ discipulus, a patria Catanæus dicitur ab Aristotele; Thuriis leges dedit. Thurium urbs erat magnæ Græciæ ad sinum Tarentinum.

CAP. VI.

DE FIDE PUBLICA.

QUAM COLUERE

1 Senatus Romanus.
2 L. Manlius, M. Atilius Cos.
3 Idem senatus Romanus.
4 P. Africanus superior.
5 Idem senatus Romanus.

EXTERNI.

1 Saguntini.
2 Petellini.

HUJUS[1] imagine ante oculos posita, venerabile fidei numen dexteram suam, certissimum salutis humanæ pignus, ostentat.[a] Quam semper in nostra civitate viguisse, et omnes gentes senserunt, et nos paucis exemplis recognoscamus.

1. Cum Ptolemæus rex[a] tutorem populum Romanum filio reliquisset, senatus M. Æmilium Lepidum, Pont. max. bis consulem, ad pueri tutelam gerendam Alexandriam misit: amplissimique et integerrimi viri sanctitatem, reipublicæ usibus et sacris operatam,[2] externæ procurationi vacare voluit; ne fides civitatis nostræ frustra petita existimaretur. Cujus beneficio regia incunabula conservata

[a] *Imagine justitiæ ante oculos posita, fides cujus nomen venerabile est, et quæ est salutis humanæ pignus certissimum, sese nobis offert.*

1 *Cujus* Copes. et octo codd. Torren. cum Venett. et Mediol. 3. probante Perizonio.—2 Ita Brand. 1. 2. omnes Pighiani et omnes fere Torren. cum Mog. et Mediol. 3. Aldus ediderat *comparatam*, quod ortum videtur ex compendio scribendi *τοῦ opatam*, sive *opatam*, pro quo scriba cod. Aldini

NOTÆ

[a] *Ptolemæus rex*] A Polybio et Justino dissentit Valerius. Sic se res habuit. Mortuo Ptolemæo Philopatore, et Agathocle furore populari sublato, veriti Alexandrini, ne Antiochus Syriæ, et Philippus Macedoniæ Reges junctis viribus Ægyptum invaderent, Romam legatos mittunt, qui puero Regi tutorem peterent. Grata Romæ legatio fuit; missique primum, qui Philippo et Antiocho Senatus nomine nuntiarent, ut abstinerent Ægypto; et biennio post sub finem belli secundi Punici electus est M. Æmilius Lepidus, qui tutorio nomine Ægyptum regeret.

pariter ac decorata, incertum Ptolemæum[3] reddiderunt, patrisne fortuna magis, an tutoris majestate[4] gloriari deberet.*

2. Speciosa quoque illa Romana fides. Ingenti Pœnorum classe circa Siciliam devicta,[5 b] duces ejus fractis animis consilia petendæ pacis[c] agitabant. Quorum Hamilcar[6] 'ire se ad consules'[7] negabat 'audere; ne eodem modo catenæ sibi injicerentur, quo ab ipsis Cornelio Asinæ consuli fuerant injectæ.'[d] Hanno autem certior Romani animi æstimator,[8] nihil tale timendum ratus, maxima cum fiducia ad colloquium eorum tetendit. Apud quos cum de belli fine[9] ageret, et tribunus militum ei dixisset, 'posse illi merito evenire quod Cornelio accidisset:' uterque consul, tribuno tacere jusso,[e] 'Isto te,' inquit, 'metu, Hanno,

cpatam, i. e. *comparatam:* Copes. *compertam.*—3 Notat Colerus, in Dan. scriptum esse *incertum Ptolemæo;* id quod eidem et concinnum videtur. Habet ita unus quoque Brand. Vorstio tamen alterum magis placet. *Ptolemæo* extat in Mss. quinque; sed aliter omnes editiones.—4 'Sic omnes typis expressi. Octo tamen scripti codices *tutorum mojestate*, præferunt. Quod non probaverim.' *Torren.*—5 'Ita Susian. et Pulm. quibus proxime accedit Med. prim. exhibens *devecta.* Leid. sec. *dedicta.* Reliqui omnes cum editt. vett. *deducta.* Colerus frustra conjicit *dejecta.* Si *deducta* a Valerio sit, exponas: capta a Romanis et ablata, abducta. Sed vereor, ut hæc significatio verbi 'deducere' apud alium scriptorem occurrat.' *Kapp.*—6 Omnes Mss. Torrenii et editi ante Pighium, præter Vet. *Quorum dux Hamilcar.*—7 'Vorstium, qui de Duilii victoria hic agi existimat, juvat quodammodo lectio Vet. in qua est *consulem.* Ast videndus Polybius, ex quo liquet, Vorstium errasse. Ipse quoque Noster paulo post: 'uterque consul.' *Kapp.*—8 Harl. *existimator.*—9 Barthius legebat, *de belli jure*, improbantibus Kapp. et Torren.

NOTÆ

* An. M. 3853. Ol. 144. 4. Urb. C. 552. Ant. Ch. 200.

[b] *Circa Siciliam devicta*] Romanorum duces erant L. Manlius Vulso et M. Attilius Regulus; Pœnorum, Hamilcar et Hanno: post acre prælium Romanorum 24. naves perierunt, Pœnorum 30. demersæ, 63. captæ.

[c] *Consilia petendæ pacis*] Ubi vidit Hamilcar Attilium Consulem in Africam tendere, Hannonem, qui Romanos spe pacis deluderet, misit.

[d] *Fuerant injectæ*] Aliter alii hac de re scripserunt. Florus et Orosius volunt Cornelium Asinam simulato colloquio evocatum a Pœnis et oppressum. Polybius illum, dum Lyparæorum oppidum imprudentius aggreditur, a seniori Annibale in portu conclusum deditionem fecisse. Zonaras conclusum illum quidem, sed spe pacis in navem Punicam allectum Carthaginem missum esse.

[e] *Tribuno tacere jusso*] Si istud, inquit Hanno, feceritis, Afris jam nihilo præstantiores eritis. Ita Zonaras.

fides civitatis nostræ liberat.'† Claros illos fecerat tantum hostium ducem vincire potuisse;[10] sed multo clariores fecit, noluisse.[11]

3. Adversus eosdem hostes[12] parem fidem in jure legationis tuendo Patres conscripti exhibuere. M. enim Æmilio Lepido, C. Flaminio Coss. L. Minucium et L. Manlium Carthaginiensium legatis, quia manus his attulerant, per feciales[f] [Claudio prætore[13] [g]] dedendos curaverunt. Se tunc senatus, non eos quibus hoc præstabatur, aspexit.‡

4. Cujus exemplum[14] superior Africanus secutus, cum onustam multis et illustribus[15] Carthaginiensium viris navem in suam potestatem redegisset, inviolatam dimisit, quia 'se legatos ad eum missos' dicebant,[16] tametsi ma-

Mox pro *accidisset* Medic. 1. *evenisset.*—10 Mog. et Ven. *vincere potuisse;* sed *vincire* legendum esse olim vidit Janus Parrhasius teste Theophilo, et ita habet longe potior pars codd.—11 'Guyeto locus sanus non videtur, et conjicit ille ideo scribendum, vel, *in vincula ducere noluisse,* vel *captivum facere noluisse.* Nugæ. Manifeste enim subintelligitur verbum *vincire.*' Torren.—12 *Adversus eundem hostem* in Vet. Mox eadem cum multis codd. Torren. *Lucio Flaminio.* Eadem *Carthaginiensium legationi.*—13 'Hæc lectio a Vorstio est. Pighius et Colerus dederant *Culeo prætor ex S. C. dedendos curavit.* Sed omnes libri *curaverunt,* scil. patres conscripti. In nullis quoque *Culeo* invenitur, ipso Pighio teste, sed vel *Claudio prætore,* vel *Claudio prætori.* Duo Mss. *Claudio prætore* omittunt. Copes. *per feciales Patres conscripti dedendos.* Barb. primus *per feciales P. R. dedendos.* Mihi persuasum est, *Claudio prætore* e margine in textum irrepsisse, quod etiam Torrenius suspicatur. Certe in utraque ed. Lips. et Lugd. hæc verba omittuntur, quare uncis inclusi.' *Kapp.*—14 Sic decem Mss. Vet. Mog. Ven. Mediol. Ceteræ *Hujus exemplum.* Pighius edidit *Hæc exempla,* pro habitu, ut solet, quem temere secuti sunt Colerus et Vorstius.—15 Sic Bit. prim. Leid. quint. et sext. cum plerisque editt. vett. *Et illustrium* Vet. cum Pighio, Colero et Vorstio. Mog. et Ultr. sec. *ex illustrium.*—16 Edd. vett. colon ponunt ante *tametsi;* mutavit Perizonius. Mox *præsentis* deest in Harl. et Leid. 2.

NOTÆ

† An. M. 3798. Ol. 131. 1. Urb. C. 497. Ant. Ch. 255.

[f] *Feciales*] Sacerdotes, qui fœderibus feriendis et bellis legitime indicendis præerant.

[g] *Claudio prætore* [*M. Claudius Prætor*] Aliud alio tempore super hac re Pighio visum est. In notis quidem ad Valerium legit, *Culeo Prætor;* at in Romanorum Annalibus, *M. Claudius Prætor* reponendum putat. Illius enim causæ cognitio ad M. Claudium delata est sub extremis Præturæ diebus, jam creatis in annum sequentem Consulibus M. Æmilio Lepido et C. Flaminio, de quibus antea.

‡ An. M. 3867. Ol. 148. 2. Urb. C. 566. Ant. Ch. 186.

nifestum erat, illos vitandi præsentis periculi gratia falsum legationis nomen amplecti, ut Romani imperatoris[17] potius decepta fides, quam frustra implorata judicaretur.

5. Repræsentemus etiam illud senatus nullo modo prætermittendum[18] opus. Legatos ab urbe Apollonia Romam missos, Qu. Fabius et Cn. Apronius ædiles,[19] orta contentione, pulsaverunt. Quod ubi comperit, continuo eos per feciales legatis dedidit, 'quæstoremque cum his Brundusium ire' jussit; ne quam in itinere a cognatis deditorum injuriam acciperent. Illam Curiam mortalium quis concilium,[20] ac non Fidei templum dixerit? Quam ut civitas nostra semper benignam præstitit, ita in[21] sociorum quoque animis constantem recognovit.

EXTERNA.

1. Nam post duorum[22] [h] in Hispania Scipionum, totidemque Romani sanguinis exercituum miserabilem stragem, Saguntini victricibus Hannibalis armis[i] intra mœnia

in Barb. 2. ascriptum est literis minutissimis tanquam glossa. Paulo post Vet. *vocabulum amplecti;* unde Lips. conj. *velabulum amplecti.* At vide Tacit. Ann. 1. 3. et Cic. de N. D. 1. 15.—17 Cop. uterque Med. Barb. prim. Harl. Bit. sec. Leid. prim. et Vet. *Romani Imperii:* deest *potius* in Ultraj. prim. —18 Bitur. 1. *prætereundum.*—19 'Pighius ædiles tunc eos fuisse statuit in Fast. ad an. 487. Hic tamen ipse edidit, *ædilitii.* Quod invenio in Harl. Ultraj. prim. et Leid. quint. Nonnulli habent, *G. Apronius;* Leid. sext. *Marcus.* Ascensius notat alios textus habere *Sempronius.* Multi Mss. delent conjunctionem *et*, Med. sec. *orta inter ipsos contentione.*' Torren. Mox *pulsaverant* conj. Perizon.—20 Vet. cum Leid. quint. Harl. et Ultr. prim. *consilium.* Pro *ac non* Perizonius ex Copes. malit *an*, et sic est etiam in Leid. sext. Quatuor Mss. *annon*, unde Torrenius suspicatur *anne.*—21 Edd. ante Pighium: *ita etiam in, &c.* sed τὸ *etiam* non habetur in codd.—22 *Post duorum* omnes fere codd. et edd. ante Pighium, qui in Camp. invenit: *Nam post duorum;* edidit tamen: *Nam ante duorum*, contra omnes codd. qui constanter habent *post:* pauci codd. exhibent *Nam.* Dissentire autem hic Valerium

NOTÆ

[h] *Post duorum* [*ante duorum*] Vulgo legitur *Post duorum, &c.* qui manifestus error. Quis enim nescit Saguntum ab Hannibale ante Scipionum cladem expugnatum esse, cum inde ortum sit bellum Punicum secundum?

[i] *Hannibalis armis*] Belli renovandi cupidus Hannibal, Saguntinos Romanorum socios aggreditur: jamque disjectis turribus et muris pacem offert, modo diruerent oppidum, aurumque et argentum, tum privatum tum pub-

urbis suæ compulsi, cum vim Punicam ulterius nequirent arcere, collatis in forum, quæ unicuique erant carissima, atque undique circumdatis [23] accensisque ignis nutrimentis, ne a societate nostra desciscerent,[24] publico et communi rogo semetipsi superjecerunt.* Crediderim tunc ipsam Fidem humana negotia speculantem, mœstum gessisse vultum; perseverantissimum sui cultum iniquæ [25] fortunæ judicio tam acerbo exitu damnatum cernentem.

2. Idem præstando Petellini[j] eundem laudis honorem meruerunt. Ab Hannibale, quia deficere a nostra amicitia [26] noluerant, obsessi, legatos ad senatum auxilium implorantes miserunt. Quibus propter recentem cladem [27] Cannensem succurri non potuit; ceterum permissum est,[28] uti facerent, quod utilissimum incolumitati ipsorum videretur. Liberum ergo erat Carthaginiensium gratiam amplecti. Illi tamen fœminis, omnique ætate imbelli urbe egesta,[29] quo

a Livio et aliis dudum jam observaverat Oliverius.—23 Nonnulli *circumdatis* omittunt. Medic. 1. *ac succensis;* Medic. 2. *et succensis;* Ultraj. 2. *succensisque.*—24 Ita e Sus. legi vult Pighius; *deficerent* Leid. 4. et sic ediderat Aldus; *discederent* Leid. 5. *desisterent* Copes. Brand. 1. 2. Ultraj. 1. 2. Leidd. 1. 6. Bitur. 1. 2. Barb. 1. Mog. Venett. Mediol. et Herbip. quod verbum mutatæ mentis et consilii significationem docuit Brouk. ad Tibull. 1. 9. 71. et hoc præfert Torrenius. Mox plures codd. *semetipsos* ut legebatur ante Pighium: sed illud auctoritate Ciceronis de eadem re ita loquentis præferebat Ascensius, qui etiam sic scriptum reperit; nec caret auctoritate quorundam codd. Torren.—25 Bitur. 1. *iniquo.* Deinde *cernendo* in Ultraj. 1. Neutrum improbat Torren.—26 Ita Dan. unus Brand. et decem codd. Torren. cum edd. vett. Pighius vero dedit: *deficere nostram amicitiam,* e libris, ut ait, melioribus, eumque secuti sunt Coler. et Vorst. et habet quoque ita unus Brand. *nostra amicitia* Leid. 3.—27 Copes. *plagam* pro *cladem,* quod non contemnendum putat Perizon.—28 Sex codd. Torren. cum edd. antiq. addunt *eis* post *permissum est:* Pighius vero ex codd. *permissum est, ut ei facerent;* quod extat etiam in duobus Torren. sed hoc modo, *utei:* unus Leid. *quicquid utilissimum:* edd. vett. *incolumitati eorum* edd. vett.—29 Sic duodecim codd. Torren. Brand. 1. 2. et Vet. Pighius vero ex Sus. Pulm. Colon. et Canch. *ejecta,* improbante Torren. Pro *imbelli* nonnulli codd. et Vett. *imbecilli.* Mox pro *diutius* in quindecim codd. et Vet. est, *tutius;* nonnulli ex Gudianis videntur habere, *lutius.* Pro *perstiterunt* in iisdem, *constiterunt,* ut ediderat Pighius.

NOTÆ

licum, ad se deferrent: at Saguntinis mors gloriosa, quam turpis servitus potior fuit.

* An. M. 3835. Ol. 140. 2. Urb. C. 534. Ant. Ch. 218.

j *Petellini*] Petellia in Brutiis, de qua Virgilius: 'Parva Philoctetæ subnixa Petilia muro.' Hodie *Policastro.*

diutius armati famem traherent,[k] pertinacissime in muris perstiterunt; expiravitque prius eorum tota civitas, quam ulla ex parte Romanæ societatis respectum deposuit.[30] Itaque Hannibali non Petelliam, sed fidei Petellinæ[31] sepulcrum capere contigit.†

—30 Ita novem codd. Torren. cum Vet. et Mog. ante Pighium edebatur *deposuerint;* sex alii codd. *deposuerit.*—31 Sic Pighius ex Atreb. et Cauch. Reliqui scripti et editi ante Pighium *fidum Petiliæ sepulcrum. Fides Petellina* ponitur pro *fidis Petellinis,* vel, ut libri habent, *Petilinis.* Leid. 2. *fidem Petiliæ.*

NOTÆ

[k] *Famem traherent*] Absumtis omnibus frugibus, corticibus teneris et radicibus diu vitam ægre sustentarunt.

† An. M. 3839. Ol. 141. 2. Urb. C. 538. Ant. Ch. 214.

CAP. VII.

DE FIDE UXORUM ERGA MARITOS.

1 Æmiliæ L. F. Tertiæ, P. Africani Majoris.
2 Thuriæ Q. Lucretii Vespillonis.
3 Sulpiciæ Lentuli.

1. Atque ut uxoriam quoque fidem attingamus, Tertia Æmilia,[a] Africani prioris[1] uxor, mater Corneliæ Gracchorum, tantæ fuit comitatis et patientiæ, ut cum sciret viro suo ancillulam ex suis gratam esse, dissimulaverit: ne domitorem orbis[b] Africanum fœmina magnum virum impati-

1 *Africani superioris* Leid. 6. Mox Ult. sec. Bit. et Leid. prim. *Corneliæ matris Gracchorum;* tert. et quart. *Corneliæ et Gracchorum;* Ultraj. prim. *Mater Tib. et C. Gracchorum;* Med. prim. ut in vulgatis erat ante Pighium, *Matris C. et T. Gracchorum;* Mog. etiam, *Mater Corneliæ Matris Gracchorum.* Sic de illa Cic. in Bruto c. 58. ‘ Legimus epistolas Corneliæ matris Gracchorum.’ ‘ Infarcitæ annotationes sunt, *matris C. et T.* quas penitus eradendas autumo, cum neque in quatuor scriptis libris habeantur, in quibus dum-

NOTÆ

[a] *Tertia Æmilia*] L. Æmilii Pauli, qui ad Cannas cecidit, filia.

[b] *Domitorem orbis*] Non orbis totius, sed Hispaniæ et Africæ.

entiæ [2] reum ageret. Tantumque a vindicta mens ejus abfuit,[3] ut post mortem Africani manumissam ancillam [4] [c] in matrimonium liberto suo daret.*

2. Q. Lucretium,[d] proscriptum a triumviris, uxor Thuria inter cameram et tectum cubiculi abditum, una conscia ancilla, ab imminente exitio, non sine magno periculo suo, tutum præstitit: singularique fide id egit, ut cum ceteri proscripti in alienis et hostilibus regionibus per summos corporis et animi cruciatus vix evaderent, ille in cubiculo, et in conjugis sinu, salutem retineret.†

3. Sulpicia autem, cum a matre Julia diligentissime custodiretur, ne Lentulum Cruscellionem,[5] virum suum, proscriptum a triumviris, in Siciliam sequeretur, nihilominus famulari veste [6] sumta, cum duabus ancillis, totidemque servis, ad eum clandestina fuga pervenit. Nec recusavit seipsam proscribere, ut ei fides sua in conjuge proscripto constaret.‡

taxat: *Mater Corneliæ Gracchorum.*' Pigh.—2 Sic Torren. ex codd. sexdecim et plerisque edd. ante Pighium restituit, cum post Pighium ederetur: *Africani fœmina impudicitiæ*, ut est in Cauch. et Camp. in Colon. vero habetur: *Africanum fœmina reum;* Leid. 4. etiam omittit *impatientiæ;* et pro eo *incontinentiæ* exhibent Ultraj. 1. et Vet. probante Vorstio; Lipsius conj. *impotentiæ.*—3 Bitur. 1. *aversa fuit*, quæ glossa est.—4 Codd. octo cum edd. vett. *ancillula;* Bitur. 1. *una cum sua ancilla.*—5 Codd. Torren. *Crasselionem, Trascelionem; Crustilionem, Cruscelionem, Cruscilionem*, et *Crustellionem* exhibent. *Cruscellionem* Dan. Ita unus cod. Brandeb. Alii perperam *Crustellionem.* Pighius quod in duobus codd. id nominis non reperisset, idem expungendum putavit.—6 Ita Pighius ex Camp. et Gembl. habetque ita unus quoque Brand. Aldus ediderat *familiari veste*, quod habent quinque codd. Torren.

NOTÆ

[c] *Manumissam ancillam*] Tradit Valerius Antias apud Gellium ancillam illam ex Hispania a Scipione abductam esse.

* An. M. 3862. Ol. 147. 1. Urb. C. 561. Ant. Ch. 191.

[d] *Q. Lucretium*] Vespillonem, qui Pompeii partes secutus, cum Minutio Rufo subvehendo commeatui præfuit.

† An. M. 4011. Ol. 184. 2. Urb. C. 710. Ant. Ch. 42.

‡ An. M. 4011. Ol. 184. 2. Urb. C. 710. Ant. Ch. 42.

CAP. VIII.

DE FIDE SERVORUM ERGA DOMINOS.

1 M. Antonii oratoris servus.
2 C. Marii C. F. Cos. servus.
3 C. Gracchi Philocrates.
4 C. Cassii Pindarus.
5 Cn. Plotii Planci familia.
6 Urbinii Anapionis servus.
7 Antii Restionis servus.

Restat ut servorum etiam erga dominos, quo minus expectatam, hoc laudabiliorem fidem referamus.

1. M. Antonius,[a] avorum nostrorum temporibus clarissimus orator, incesti reus agebatur. Cujus in judicio accusatores servum in quæstionem[1] perseverantissime postulabant; quod ab eo, cum ad stuprum iret, laternam prælatam contenderent. Erat autem is etiam tum imberbis, et stabat coram,[2] videbatque rem ad suos cruciatus pertinere, nec tamen eos[3] fugitavit. Ille vero, ut domum quoque ventum est, Antonium hoc nomine vehementius confusum et solicitum ultro est hortatus, 'ut se judicibus torquendum traderet;' affirmans 'nullum ore suo verbum exiturum, quo causa ejus læderetur.' Ac promissi fidem[4] mira patientia præstitit. Plurimis enim[5] laceratus verberibus, eculeoque impositus, candentibus etiam laminis ustus, omnem vim accusationis,[6] custodita rei salute, subvertit. Argui

1 Vulgo ante Pigh. edebatur *in quæstione*, quod est etiam in nonnullis codd. Torren. Mox pro *laternam* Ultraj. 1. et Harl. habent *lucernam*.—2 Ultraj. 2. et Harl. *stabat coram judice*. Paulo post Perizon. legendum putavit: *nec tamen eo fugitavit*.—3 Pighius addidit *quoque*, probantibus codd. Torren. et Mog.—4 Ultr. prim. et ed. Vet. *Ac promissa idem*. Copes. *Ac protinus idem præstitit*. Ultr. sec. cum octo aliis *Ac proxime idem præstitit*. Med. sec. *Ac promissis fidem*.—5 Sic Medic. 2. Leidd. 5. 6. et Mog. quod Torren. in textum recepit: alii codd. *etiam*, pro quo Lipsius legendum putavit *etenim*, probantibus Vorst. et Perizon. Mox pro *candentibus* Medic. 1. 2. *ardentibus*.—6 Ita ex codd. restituit Pighius, itaque habent Brand. 1. 2. et omnes codd. Torren. cum Mog. et Mediol. 3. *accusatoris* Aldd. Colin. Gryph. et Steph. Mox codex Lipsii: *subvertit et dominum sua fide et constantia liberavit. Argui, &c.* ille tamen *summa fide* malit. 'Addimentum illud quod Lipsius in suo se invenisse testatur, nullus meorum agnoscit, quemadmodum nec debuit. Languet enim prorsus,

NOTÆ

[a] *M. Antonius*] Orator. Jam illius accusationis meminimus.

fortuna merito potest, quod tam pium et tam fortem spiritum servili nomine inclusit.

2. Consulem autem C. Marium[7] [b] Prænestinæ obsidionis [c] miserabilem exitum sortitum, cuniculi latebris frustra evadere conatum, levique vulnere a Telesino,[d] cum quo commori[8] destinaverat, perstrictum servus suus, ut Syllanæ crudelitatis expertem faceret, gladio trajectum interemit; cum magna præmia sibi proposita videret, si eum victoribus tradidisset. Cujus dexteræ tam opportunum ministerium nihil eorum pietati cedit, a quibus salus dominorum protecta est. Quia eo tempore Mario non vita, sed mors in beneficio reposita erat.*

3. Æque illustre quod sequitur. C. Gracchus, ne in potestatem inimicorum veniret,[9] Philocrati [e] servo suo cervices incidendas præbuit. Quas cum celeri ictu abscidisset, gladium cruore domini madentem[10] per sua egit præcordia. Euporum [11] alii hunc vocitatum existimant. Ego de no-

et est supervacuum.' *Torren.*—7 Ultraj. 1. *Consularem Marium;* Leidd. 1. 5. *C. Marium;* Medic. 1. *C. autem Marium;* Medic. 2. *Caium etiam Marium;* Ultraj. 2. *Consularem erga Marium;* Mog. *Consularem ergo Marium.* Paulo post multæ edd. ante Pighium habent, *latebras evadere,* contra auctoritatem codd. Torren. Mog. et Mediol. 3.—8 Ita Brand. 1. 2. et omnes codd. Pigh. et Torren. cum Vet. Mog. Venett. et Mediol. *cum quo mori* Aldd. Colin. Gryph. Steph. ceteræ ante Pigh.—9 Venett. Aldd. et ceteri *deveniret;* quod est in Copes. quint. et sext. Sed Mog. et Mediol. *perveniret,* ut exhibent Harl. Bit. et Barb. primi cum utroque Ultraj.—10 Perizonii cod. *emanentem;* Leid. 6. Harl. Barb. 1. et Medic. 2. *manantem.*—11 Nonnulli codd. Torren. *Eum porum,* vel *Eum perum,* vel *Eumporum* habent: Ultraj. 1. *alii Philocra-*

NOTÆ

[b] *Consulem autem C. Marium*] Is C. Marii septies Consulis filius a plerisque perhibetur; illius vel ex fratre, vel ex sorore nepos dicitur ab Appiano. Nepos et Gratidianus vocatur ab Eusebio.

[c] *Prænestinæ obsidionis*] Ingenti prælio victus a Sylla Præneste fugerat, ubi arcte obsessus miro opere cuniculos (meatus sunt subterranei) in diversas agri partes duxit, si qua forte via evadere posset.

[d] *A Telesino*] Alii sua manu, alii a Thelesino fratre minore, alii a Syllæ militibus, cum e terra emersisset, interemtum volunt.

* An. M. 3972. Ol. 174. 3. Urb. C. 671. Ant. Ch. 81.

[e] *Philocrati*] Velleio Euporus, Macrobio Europus, Aurelio Victori Euphorus, Plutarcho et aliis Philocrates dicitur. Nonnullis placet apud Plutarchum utrumque ab hostibus captum esse, et Philocratem corpus Gracchi suo texisse, donec multis confossus vulneribus ceciderit.

mine nihil disputo: famularis[12] tantummodo fidei robur admiror. Cujus si præsentiam[13] animi generosus juvenis imitatus foret, suo, non servi beneficio imminentia supplicia vitasset: nunc commisit ut Philocratis, quam Gracchi, cadaver speciosius jaceret.†

4. Alia nobilitas, alius furor; sed fidei par exemplum. Pindarus[f] C. Cassium[14] Philippensi prælio victum, nuper ab eo manumissus, jussu ipsius obtruncatum, insultationibus hostium subtraxit. Seque e conspectu hominum voluntaria morte abstulit, ita ut ne corpus quidem ejus absumti inveniretur. Quis Deorum, gravissimi sceleris ultor, illam dexteram, quæ in necem patriæ parentis exarserat, tanto torpore illigavit,[15] ut se tremebunda Pindari[16] genibus submitteret, ne publici parricidii, quas merebatur, pœnas arbitrio pii victoris exsolveret? Tu profecto, tu[17] dive Juli, cœlestibus tuis vulneribus debitam exegisti vindictam, perfidum erga te caput sordidi auxilii[18] supplex fieri cogendo, eo animi æstu compulsum, ut neque retinere vitam vellet, neque finire manu sua auderet.‡

tem vocitatum existimant: pro *existimant* Medic. 1. 2. *asserunt.*—12 Vulgo ante Pighium legebatur: *familiaris autem;* sed omnes codd. cum Mog. delent particulam *autem*, exhibentque *famularis.*—13 Plures codd. Torren. cum Mog. *præsentiam;* alii tamen cum aliis edd. *præstantiam.* Deinde Bitur. 1. et Ultraj. 2. *imitatus fuisset.*—14 Duodecim Mss. cum Edd. vetustissimis omittunt prænomen. Sunt etiam Mss. in quibus deest, *jussu ipsius.* Sex *insultatione* habent cum Mog. *insultationi* Vet.—15 Harl. et Mog. *tanto corpore illigavit;* Venett. *tanto corpore alligavit;* aliquot codd. cum multis edd. etiam *alligavit;* Leid. 4. *obligavit.*—16 Copes. *ut se tremebunda pueri;* Mediol. cum nonnullis codd. *ut se tremebundam;* Leid. 4. et Ascens. *ut se tremebundum;* sed longe plurimi codd. cum Mog. Venett. aliis habent, *tremebunda.* Mox *piæ victoriæ* Copes. Bitur. Barb. 1. 2. Medic. 1. 2. Ultraj. 2. Leid. 2. et Mog. et Vet.—17 Vet. *Tunc profecto, tunc.* Uterque Ultr. Leid. quart. quint. Harl. Bit. et ed. Mog. *Tu profecto, tunc:* quod Torrenio non spernendum videtur.—18 'Sic Torrenius auctoritate decem Mss. et fere omnium editionum ante Pighium, quibuscum etiam Vet. Lips. apud Lotterum et Lugd. consentiunt, edidit. Antea edebatur *sordidis auxiliis,* quod etsi quoque probum est, multum tamen præstat lectio Torreniana.' *Kapp.* Mox

NOTÆ

† An. M. 3933. Ol. 164. 4. Urb. C. 632. Ant. Ch. 120.

[f] *Pindarus*] Lege lib. I. c. 4. n. 6. ubi Cassii mortem pluribus narravimus.

‡ An. M. 4012. Ol. 184. 3. Urb. C. 711. Ant. Ch. 41.

5. Adjunxit se iis cladibus [19] C. Plotius Plancus, Munatii Planci [g] consularis et censorii frater: qui cum a triumviris proscriptus in regione Salernitana [h] lateret, delicatiore vitæ genere, et odore unguenti, occultam salutis custodiam detexit. Istis enim vestigiis, eorum, qui miseros [20] persequebantur, sagax inducta cura, abditum fugæ illius cubile odorata est. A quibus comprehensi servi,[21] multumque ac diu torti, negabant 'se scire ubi dominus esset.' Non sustinuit deinde [22] Plancus tam fideles, tamque boni exempli servos ulterius cruciari; sed processit in medium, jugulumque gladiis militum objecit.* Quod certamen mutuæ benevolentiæ arduum dignosci facit, utrum [a] dignior dominus fuerit, qui tam constantem servorum fidem experiretur; an servi, qui tam justa domini misericordia quæstionis sævitia liberarentur.

6. Quid Urbinii [23] Panopionis [i] servus, quam admirabi-

[a] *Facit ut difficile sit cognoscere, utrum, &c.*

Ultraj. 1. et Copes. *gestu* pro *æstu.*—19 Uterque Med. *Adjungatur his cladibus;* Leid. prim. *Adjungitur;* Harl. Bit. et Barb. primi cum Leid. sec. *Adjunxit his cladibus.* Mox ante Pighium typis expressi libri habent fere: *Cn. Plotinus Plancus;* sed codd. Torren. fere: *G. Plotinus Plancus,* vel *Plancius;* Mog. *C. Plotinus Plancus Numatii Planci,* quemadmodum *Numatii* scribitur etiam in nonnullis: Vorstius et Torrenius ediderunt *Minucii.*—20 Ita omnes Pigh. et Torren. codd. cum edd. antiq. *qui miserum* Aldd. Colin. Gryph. Steph. ceteræ ante Pigh.—21 'Cop. cum undecim aliis, et fere omnibus antiquis editt. *comprehensi servi latentes:* Ven. *latens.* Med. sec. *latentis,* scil. Planci, uti Perizonius legendum conjecerat, quocum facit Torrenius. Non tamen plane damnem *latentes.*' Kapp.—22 Copes. *dein;* 'Perizonius vero reponendum putat *demum,* quod extat in Bit. prim. et Leid. sext. Nihil mutem.' *Kapp.* Mox Leid. 5. et Barb. 1. *fidelis.*—23 Ita Pigh. ex Atreb. aliisque codd. itaque unus Brand. Medic. 2. Ultraj. 1. 2. et Mog. et sic legitur etiam apud Macrob. in quo ex Valerio *Urbinii* ideo emendandum judicavit Meursius. Ceteri Mss. cum editis habent *Urbani.* Mss. etiam

NOTÆ

[g] *Munacii Planci*] Ad quem extant multæ Ciceronis Epistolæ. In bello adhæsit Cæsari; et ab eo Consul designatus, Galliam Comatam sortitus est. Post bellum Mutinense Antonio se conjunxit, et paulo post Actiacam pugnam Romam rediit ad Augustum, a quo aliquanto post ad Censuram evectus est.

[h] *In regione Salernitana*] Salernum Picentinorum oppidum. Nunc *Salerne.*

* An. M. 4011. Ol. 184. 2. Urb. C. 710. Ant. Ch. 42.

[i] *Urbinii Panopionis*] A Macrobio *Urbini,* ab Appiano *Urbani* dicitur.

lis fidei! Qui[24] cum ad dominum proscriptum occidendum, domesticorum indicio certiores factos milites in Reatinam villam venisse cognosset, commutata cum eo veste, permutato etiam annulo, illum postico clam emisit, se autem in cubiculum ac lectulum recepit, et ut Panopionem occidi passus est. Brevis hujus facti narratio; sed non parva materia laudationis. Nam si quis ante oculos ponere velit subitum militum accursum,[25] convulsa januæ claustra, minacem vocem, truces vultus, fulgentia arma; rem vera æstimatione prosequetur: nec quam cito dicitur aliquem[26] pro alio mori voluisse, tam id ex facili etiam fieri potuisse arbitrabitur.[b] Panopion[27] autem quantum servo deberet, amplum ei faciendo monumentum, ac testimonium pietatis grato titulo reddendo, confessus est.[28] †

7. Contentus essem hujus generis[29] exemplis, nisi unum me dicere admiratio facti cogeret. Antius Restio,[j] proscriptus a triumviris, cum omnes domesticos circa rapinam et prædam occupatos videret, quam maxime poterat dissimulata fuga se penatibus suis intempesta nocte subduxit. Cujus furtivum egressum servus ab eo vinculorum pœna coërcitus, inexpiabilique literarum nota per summam oris

[b] *Nec putabit tam esse facile aliquem pro alio mori potuisse, quam facile est dicere se id velle.*

Panopionis, maximo numero.—24 ' Vet. cum sex Mss. *qui* omittit. Mox in multis Mss. *cognosceret.* Ultraj. 1. 2. et Mog. *cognovisset:* Leidd. 5. 6. *et in R. v. v. cognosceret.* Pro *lectulum* in Vet. legitur *lectuculum*, unde Lipsius frustra conjicit *lecticulam;* nam *lectuculum* est vitium operarum.' *Kapp.* Deinde Leid. quint. cum Ultraj. prim. *occidi se passus est;* unde Seb. Gryph. *occidisse passus est:* Mediol. *ac te ut Panopionem, &c.*—25 Barb. 1. et Copes. *occursum.* Mox Copes. *minaces voces.* Idem paulo post, *re vera æstimatione;* sed in novem codd. Torren. *re vera æstimationem.*—26 Bitur. 1. *aliquis.* Tum Medic. 1. Leid. 4. et Ultraj. 2. *mirabitur* pro *arbitrabitur.*—27 Copes. Harl. Barb. 1. Bitur. 1. Ultraj. 2. Leid. 5. et Mog. *Panopio.*—28 Ita Torrenius ex novem Mss. et omnibus ante Pighium editionibus restituit. Pighius et qui eum sequi solent Colerus ac Vorstius dederant *testatus est.*—29 Vet. *essem ex hiis hujus generis;* unde Lipsius *eximiis hujus generis*, improbante Kappio.

NOTÆ

† An. M. 4011. Ol. 184. 2. Urb. C. 710. Ant. Ch. 42.

[j] *Antius Restio*] Ille ipse, ni fallor, de quo Cicero Epist. ad Atticum, IV. 15. 'Præter Antium et Favonium liber nemo.'

contumeliam inustus,[c] curiosis speculatus oculis, ac vestigia huc atque illuc errantia benevolo studio subsecutus, lateri voluntarius comes arrepsit.[30] Quo quidem tam exquisito, tamque ancipiti officio, perfectissimum expectatæ[31] pietatis cumulum expleverat. His enim, quorum felicior in domo status fuerat, lucro intentis, ipse, cum nihil aliud quam umbra et imago suppliciorum suorum esset,[32] maximum emolumentum ejus,[33] a quo tam graviter punitus erat, salutem judicavit.[d] Cumque abunde foret iram remittere, adjecit etiam caritatem. Nec hactenus[34] benevolentia processit, sed in eo conservando mira quoque arte usus est. Nam ut sensit[35] cupidos sanguinis milites supervenire, amoto domino rogum exstruxit, eique egentem a se comprehensum et occisum senem superjecit. Interrogantibus deinde militibus, 'ubinam esset Antius,' manum rogo intentans,[36] 'ibi illum datis sibi crudelitatis piaculis uri' respondit. Quia verisimilia loquebatur, habita est voci fides. Quo

[c] *Qui vultum deformi et indelebili literarum impressarum nota turpem habebat.*

[d] *Judicavit sibi magnum lucrum fore, si illius salutem tueretur, a quo tam graviter punitus erat.*

Pro *dicere* Perizonius conj. *adjicere.*—30 Copes. *arepsit;* unde Perizon. conj. *adhæsit.* Sed omnes codd. constanter habent, *arrepsit.*—31 Sic jubentibus codd. suis et Mog. Vet. Aldd. Colin. aliisque edd. revocavit Torrenius: Oliver. Ascens. Pigh. Coler. Thys. Delph. &c. *spectatæ;* Gryph. et Steph. *inexpectatæ.*—32 Vet. brevius: *nihil quam umbra et imago suppliciorum suorum,* omissis *cum, aliud, esset,* quod et *venustius* videtur Kappio.—33 Sic dedit Torrenius; vulgo: *maximum sibi emolumentum.* Pro *judicavit* quidam *vindicavit.* Perizon. conj. *ipse cum nihil aliud quam umbra et imago suppliciorum suorum esset, maximum esse emolumentum ejus.....salutem judicavit.* Harl. Bit. et Barb. primi Med. sec. Leid. quint. sext. Ultraj. prim. *maximum esset emolumentum;* Ultraj. sec. *maximum esse emolumentum;* Med. prim. Leid. prim. et sec. *maximum emolumentum;* in quibus omnibus deest *sibi.* Cum Ultraj. sec. consentit Mog. Porro in octo Mss. est *indicavit,* ut solet hoc perpetuo confundi cum *judicavit,* quod in quatuor aliis extat et in Mog. *esset* videtur temere repetitum ex antecedenti; et recte procedit oratio, si legas, ut posterius conjecit Perizonius, et aliquot habent Mss.—34 Pighius scribendum putavit: *Nec solum hactenus;* et ita solus Atreb. alii codd. stant pro vulgato probantibus Lipsio, Vorstio, Perizonio, et Torrenio.—35 'Vorstius et Torrenius ediderunt *sentit;* forte ex operarum errore. Mox pro *amoto* Perizonius legit *admonito,* contra omnes codd. in quibus recte *amoto.*' Kapp. —36 Ita codd. Pighiani et Brand. 1. 2. non ut Aldd. *intendens,* quod reposuerunt Colin. Gryph. et Steph. '*intentans* etiam nostri et Mog. et Mediol. idem, credo, Venetæ voluerunt, quæ habent *intentam:* Med. prim. *manibus rogo intentis:* Harl. *Munu;* quod suspicionem præbet, quasi ortum fuerit ex

evenit, ut Antius statim quærendæ incolumitatis occasionem[37] assequeretur.‡

manu rogo intenta.' Torren.—37 Ita omnes codd. Torren. Brand. 1. 2. et edd. ante Pighium, qui ex tribus codd. dederat: *statum q. inc. hac occasione*, improbantibus Vorstio et Kapp.

NOTÆ

‡ An. M. 4011. Ol. 184. 2. Urb. C. 710. Ant. Ch. 42.

CAP. IX.

DE MUTATIONE MORUM AUT FORTUNÆ.

IN ROMANIS.

1 T. Manlio L. F. Torquato.
2 P. Africano Majore.
3 C. Valer. Flacco flamine.
4 Q. Fabio Max. Allobrogico.
5 Q. Lutatio Catulo.
6 L. Cornelio Sylla Felice.
7 T. Aufidio.
8 P. Rupilio.
9 P. Ventidio Basso.
10 L. Cornelio Lentulo Lupo.
11 Cn. Cornelio Scipione Asina.
12 Licinio Crasso Divite.
13 Q. Servilio Cæpione.
14 C. Mario.
15 C. Julio Cæsare.

IN EXTERNIS.

1 Polemone Atheniensi.
2 Themistocle Atheniensi.
3 Cimone Atheniensi.
4 Alcibiade Atheniensi.
5 Polycrate Samio.
6 Dionysio Syracusano.
7 Syphace Numidarum rege.

Multum animis hominum et fiduciæ adjicere, et solicitudinis detrahere potest morum ac fortunæ in claris viris recognita mutatio; sive nostros status, sive proximorum ingenia contemplemur. Nam cum aliorum fortunas spectando,[1] ex conditione[2] abjecta atque contemta emersisse claritatem videamus, quid aberit quin et ipsi meliora de nobis semper cogitemus? memores stultum esse perpetuæ

1 Vet. *fortunas et pectora;* unde Lipsius conj. *fortunas et decora, ex, &c.*— 2 'In Mss. octo et Mog. est, *ex conditione.* In utroque Ultraj. Leid. quart. Mog. *emersisse in claritatem.* Unde incidit suspicio scripsisse forsan Valerium, *eos ex conditione abjecta atque contempta emersisse in claritatem videamus.'* Torren. Mox ex quibusdam codd. *oberit* legit Pighius; in aliis nonnullis

infelicitatis se prædamnare:[3] spemque, quæ etiam incerta recte[4] fovetur, interdum certam in desperationem convertere.

1. Manlius Torquatus adeo hebetis atque obtusi[5] cordis inter initia juventæ existimatus est, ut a patre L. Manlio amplissimo viro, quia et domesticis et reipublicæ usibus inutilis videbatur, rus relegatus agresti opere fatigaretur, postmodum patrem reum[a] judiciali periculo liberavit: filium victorem, quod adversus imperium suum cum hoste manum conseruerat, securi percussit:* patriam Latino tumultu fessam, speciosissimo triumpho recreavit, in hoc, credo, fortunæ nubilo[6] adolescentiæ contemtu perfusus, quo senectutis ejus decus lucidius enitesceret.[a]

2. Scipio autem Africanus superior, quem Dii immorta-

[a] *Credo illum quasi maligna adversæ fortunæ caligine offusum in adolescentia contemtum fuisse, ut in senectute illius virtutes majori splendore elucerent.*

obierit; sed plurimi codd. cum edd. vett. *aberit* servant.—3 Ita Pighius e Pulm. Colon. et Sus. itaque tres Torreniani; tres alii Pighiani, Brand. 1. 2. et multi Torren. *se damnare;* Ultraj. 1. et Vet. *se sæpe damnare.*—4 Ita rursus Pighius e codd. Mss. Et habet quoque ita uterque cod. Brand. sed Chalcocondyles et Aldus pro *recte* habent *ratione;* et sic etiam Leid. 5. et Bitur. 1. ceteri codd. cum sola Mog. *recte.*—5 Colerus ex Dan. edidit *obtunsi*, contra omnes alios codd. et edd. vett. Mox *est* post *existimatus* addidit Pighius, quod habent etiam undecim codd. Torren. addidit quoque prænomen *L.* firmantibus plerisque codd. Torren. et Mog. dedit etiam *is postquam*, contra omnes codd. et edd. vett. *defatigaretur, postquam, &c.* Medic. 2.—6 Ita ex codd. suis Torrenius: Pighius aliique dederunt: *in h. c. f. malignæ nubilo.* Mox 'iidem *perfusum.* Torrenius putat, Valerium scripsisse: *a fortuna...*, ut sensus sit: Credo fortunam ipsius adolescentiam ideo obscuram et contemtam reddidisse, ut senectus ejus tanto clarior et gloriæ fulgore splendidior esset. Ast *nubilo* mihi videtur non adjectivum esse, quod ad *contemtu* referatur, ut Torrenius vult, sed substantivum, ut *fortunæ nubilo* sit fortuna nubila, adversa, tristi. Mens Valerii clara, at ratio constructionis implicita et difficilis. Ego sic explico: *in hoc*, i. e. propterea, (cave enim cum Ascensio *in hoc* cum *nubilo* construas,) *credo, fortunæ nubilo*, i. e. tristi fato quodam, *adolescentiæ contemtu perfusus*, i. e. cum adhuc adolescens esset, contemtus et pro nihilo putatus, ut, &c. Opponuntur *nubilo* et *lucidius; contemtu* et *decus; perfusus* et *eniteretur.*' Kapp. *malignæ* delent scripti omnes; *perfusus* extat in

NOTÆ

[a] *Patrem reum*] Hæc omnia quæ ad M. Manlium pertinent supra multis explicuimus.

* An. M. 3717. Ol. 110. 4. Urb. C. 416. Ant. Ch. 336.

les nasci voluerunt, ut esset, in quo se virtus per omnes numeros hominibus efficaciter ostenderet,[7] solutioris vitæ[b] primos adolescentiæ annos egisse fertur; remotos quidem a luxuriæ crimine, sed tamen Punicis tropæis, devictæ Carthaginis cervicibus imposito jugo, teneriores.†

3. C. quoque Valerius[8] Flaccus[c] secundi Punici belli temporibus luxu perditam adolescentiam inchoavit. Ceterum a P. Licinio Pont. Max. flamen factus,[9] quo facilius a vitiis recederet, ad curam sacrorum et cærimoniarum converso animo, usus duce frugalitatis religione, quantum prius luxuriæ fuerat exemplum, tantum postea modestiæ et sanctitatis specimen evasit.‡

4. Nihil Q. Fabio Maximo,[d] qui Gallica victoria cognomen Allobrogici[10] sibimet ac posteris peperit, adolescente

octo codd. Torren. alii omnes habent *perfusum*.—7 'Sic emendavit Pighius, quod in Mss. suis ita, credo, inveniret, ut ego in meis. Aldus et eum secuti dederant, *omnibus*. Pauculi delent *se*, et scribunt *ostenderetur*. Deinde uterque Med. *stolidioris vitæ*.' Torren. Mox Leid. 5. pro *tenuores* habet *tenuoribus*.—8 Ultraj. et Leid. 2. *CN. quoque Valerius*.—9 'Sic ediderunt Vorstius et Torrenius ex Mss. et antiquis editt. Pighius autem, quem Colerus secutus est, maluit *captus*, quod apud Livium occurrit, et in nonnullis Mss. invenitur. Ego cum Torrenio *captus* longe prætulerim.' *Kapp*.—10 Dau. duodecim Torren. codd. et omnes edd. ante Pighium *Allobrogi*, quod Ascens. putat esse genitivum ab 'Alobrogos,' unde 'Allobrogus;' sed tamen idem Ascens. dubitavit an non rectius 'Allobrogicus.' Certe omnes reliqui scriptores eum appellant 'Allobrogicum.' Mox Leid. 5. *posteris reddidit.....ornatius ac speciosius*.

NOTÆ

[b] *Solutioris vitæ*] Scipionem continentissimum fuisse, quod ego verius putem, auctores plerique prodiderunt. Aulus tamen Gellius in ea, quam instituit de Alexandri et Scipionis continentia, comparatione Valerio assentire videtur, cum tradit illum, cum adolescens esset, fama haud sincera fuisse, et propemodum constitisse hosce versus a Cn. Nævio Poëta in eum scriptos: 'Etiam qui res magnas manu sæpe gessit gloriose, Cujus facta viva nunc vigent, qui apud gentes solus Præstat: eum suus pater cum pallio uno ab amica abduxit.'

† An. M. 3835. Ol. 140. 2. Urb. C. 534. Ant. Ch. 218.

[c] *C. quoque Valerius Flaccus*] De quo multa Livius lib. XXVII.

‡ An. M. 3839. Ol. 141. 2. Urb. C. 538. Ant. Ch. 214.

[d] *Q. Fabio Maximo*] Q. Fabii Æmiliani filio, qui Bituitum Arvernorum Regem ad Isaram vicit cæsis hostium 130. millibus. Vereor ne Valerius illum confundat cum filio, cui paternis bonis interdixit Prætor Q. Pompeius.

magis infame; nil eodem sene ornatius aut speciosius illo sæculo nostra civitas habuit.*

5. Quis ignorat Q. Catuli auctoritatem in maximo clarissimorum virorum proventu[11] excelsum gradum obtinuisse? Cujus si superior ætas revolvatur, multi luxus,[12] multæ deliciæ reperientur. Quæ quidem ei impedimento non fuerunt, quo minus patriæ princeps existeret, nomenque ejus in Capitolino fastigio fulgeret, ac virtute[13] civile bellum[e] ingenti motu oriens sepeliret.†

6. L. vero Sylla usque ad quæsturæ suæ comitia vitam libidine,[f] vino, ludicræ artis amore, inquinatam[14] perduxit. Quapropter C. Marium consulem[15] moleste tulisse traditur, quod sibi asperrimum in Africa bellum gerenti tam delicatus quæstor sorte obvenisset. Ejusdem virtus quasi perruptis[16] et disjectis nequitiæ, qua obsidebatur, claustris, catenas Jugurthæ manibus injecit: Mithridatem compescuit: socialis belli fluctus[17] repressit: Cinnæ dominationem fregit; eumque, qui se in Africa quæstorem fastidierat, illam ipsam provinciam proscriptum et exulem petere coëgit.‡ Quæ tam diversa, tamque inter se contraria si quis apud animum suum attentiore comparatione expendere velit, duos in uno homine Syllas fuisse crediderit: turpem adolescentulum,[18] et virum, dicerem fortem, nisi ipse felicem se appellari maluisset.

—11 Vet. *provectu*.—12 Eadem cum Dan. *lusus*.—13 Perizon. conj. *ac virtus*.—14 Ita omnes codd. Torren. cum Vet. et Mog. *perinquinatum* omnes edd. ante Pighium, probante Colero.—15 Barb. 1. *C. Marius consul*.—16 Sic Mog. et Venett. cum codd. Torren. ceteræ edd. *præruptis*, quod mutavit Pighius.—17 Etiam hoc a Pighio mutatum, cum antea legeretur *luctus* in omnibus edd.

NOTÆ

* An. M. 3934. Ol. 165. 1. Urb. C. 633. Ant. Ch. 719.

e *Civile bellum*] Dum Æmilium Lepidum in Consulatu Collegam Italia expulit, ut diximus supra.

† An. M. 3976. Ol. 175. 3. Urb. C. 675. Ant. Ch. 77.

f *Vitam libidine*] De Sylla scribit Plutarchus eum cum mimis et scurris ab adolescentia vixisse, seque in omni protervia iis præbuisse socium: ubi vero rerum potitus est, cum histrionibus potasse sæpius, cum iisque interdum dicteriis contendere solitum. Res ab eo gestas sæpe attigimus.

‡ An. M. 3972. Ol. 174. 3. Urb. C. 671. Ant. Ch. 81.

7. Atque ut nobilitatem beneficio pœnitentiæ seipsam admonuimus respicere, ita[19] altiora modo suo sperare ausos subtexamus.[b] Ti. Aufidius[20] cum Asiatici publici[21][g] exiguam admodum particulam habuisset, postea totam Asiam proconsulari imperio obtinuit. Nec indignati sunt socii ejus parere fascibus, quem aliena tribunalia adulantem viderant. Gessit etiam se[22] integerrime atque splendidissime, eoque modo[23] demonstravit, pristinum quæstum suum fortunæ; præsens vero dignitatis incrementum moribus ipsius imputari debere.*

8. At P. Rupilius[h] non publicanum in Sicilia egit, sed operas[24] publicanis dedit. Idem[25] ultimam inopiam suam, auctorato sociis officio, sustentavit.[c] Ab hoc postmodum

[b] *Atque sicut admonuimus nobiles, ut seipsos intuerentur, quo facilius meliores fiant dolore vitæ prius male actæ: ita referamus eos, qui ausi sunt sperare sua conditione altiora.*

[c] *Sustentavit inopiam suam officio ab aliena auctoritate dependente.*

—18 Sic Dan. et undecim alii, cum omnibus ante Pighium excusis. *adolescentem* Pighius, Colerus et Vorstius. Mox pro *voluisset*, quod solus Dan. cum nonnullis edd. exhibet, *maluisset* ex omnibus codd. aliisque edd. restituit Torren.—19 Codd. Gronovii, quinque Torrenii, Mog. et Vet. *nobilitatis beneficio p. s. i. admonitæ respicere*, nisi quod ed. Mog. et Ultr. sec. retinent *ita* et habent *resipiscere:* Leid. 5. *nobilitatem admonui respicere ita;* Medic. 2. et Barb. 1. pro v. l. *admonitam respicere:* Gronov. conj. *nobilitati b. p. s. i. admonitæ respicere, altiora, &c.* ut sit transitio talis, qualis VIII. 14. 5. quod verum opinatur Torrenius, at in tanta librorum discrepantia in textum non ausus est recipere. Lect. nostram firmant multi codd. et edd. vett. Deinde Harl. *spectare ausos;* Leidd. 4. 5. *ausus.*—20 *Titus Aufidius* Vet.—21 Ita Vet. cum Camp. Winck. Colon. Atreb. unus Brand. et multi Torren. Aldus vero edidit *publicani;* Mog. Venett. Mediol. 3. et Leid. 4. *supplicii;* Barb. 1. et Bitur. 1. *Asiatici belli.*—22 Ita omnes codd. cum Vet. et Mog. *Gessit se etiam* in vulgg. Mox Ultraj. 1. 2. et Mog. *atque splendidissime;* Aldd. Colin. Gryph. Steph. &c. cum multis codd. *ac splendidissime.*—23 Aldd. *miroque id modo,* quod est etiam in Barb. 1. 2. Plures Torren. *quoque id modo;* Harl. *in modo;* Ultraj. prim. *quoque idem modo;* Mog. Ultraj. sec. cum duobus Leid. *eoque modo.* Porro *quæstum suum* confirmant Mss. tantum non omnes cum Mog. Ven. Mediol. deinde Mss. plerique et Mog. *moribus ipsius;* ut restituit Pighius, pro *moribus suis,* quod ceteri dederant.—24 Aldd. Colin. Gryph. Steph. &c. *operam;* omnes Torren. codd. omnes Pighiani, Brand. 1. 2. Vet. et Mog. habent *operas;* et sic Chalc. et Herbip. sed Venett. 3. 4. et Mediol. 3. *opus.*—25 Ita omnes codd. Lipsius

NOTÆ

[g] *Asiatici publici*] Vectigal dicitur 'publicum.' Ita Cicero ad Q. fratrem: 'Publicis male redemtis.'

* An. M. 3981. Ol. 176. 4. Urb. C. 680. Ant. Ch. 72.

[h] *P. Rupilius* [*Rutilius*] Vide lib. II. c. 7. n. 3. in quo servorum bellum narravimus.

consule leges universi Siculi acceperunt, acerbissimoque prædonum ac fugitivorum bello liberati sunt.† Portus ipsos, si quis modo mutis rebus inest sensus, tantam in eodem homine varietatem status admiratos arbitror. Quem enim diurnas capturas exigentem animadverterant, eundem jura dantem, classesque et exercitus regentem viderunt.

9. Huic tanto incremento majus adjiciam: Asculo[26] capto, Cn. Pompeius, Magni pater, P. Ventidium[i] ætate puberem in triumpho suo populi oculis subjecit. Hic est Ventidius, qui postea Romæ ex Parthis,[j] et per Parthos,[27] de Crassi manibus[k] in hostili solo miserabiliter jacentibus, triumphum duxit. Itaque qui[28] captivus carcerem exhorruerat, victor Capitolium felicitate celebravit.[l] In eodem etiam illud eximium, quod eodem anno prætor et consul[29m] est factus.‡

tamen legit, *Id est*, probante Colero.—26 Multi codd. Torren. *Esculo*, vel *Æsculo;* Harl. *Asculo*. Tum decem Torren. unus Brand. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *Cn. Pompeii Magni pater;* Ultraj. 1. et alter Brand. *Cn. Pompeius*. Mox, *ætate impuberem* legendum putat Pighius, probante Perizonio, qui tamen conj. *puerum;* quod non improbat Kappius; sed omnes omnium codd. habent *puberem*.—27 Leid. 2. omittit, *et per Parthos;* Leidd. 1. 5. *per*. 'Ascensius explicat per medios Parthorum, aut super ventres et dorsa Parthorum. cum nihil aliud velit Valerius, quam Ventidium dum Parthos victores Crassi ducit in triumpho, et ostentat Pop. Rom. triumphum duxisse de ipsis Crassi manibus, qui ab iisdem illis Parthis turpissima clade erat affectus, et cæsus ipse cum filio contumeliosissime habitus.' *Torren*.—28 Ita omnes edd. vett. præter Vet. et Mog. illæ habent *Ita qui;* quam lect. confirmant novem codd. Torren. Mox pro *felicitate* Lipsius conj. *felici dape*, probante Colero, improbante Torrenio; certe huic conj. non favent codd.—29 Vet. cum com-

NOTÆ

† An. M. 3912. Ol. 162. 1. Urb. C. 621. Ant. Ch. 131.

i *P. Ventidium*] Picentem genere, locoque humili natum; quem tum puerum mater a Pompeio Strabone in bello sociali capta, ante currum triumphantis tulit. Ubi adolevit ægre sibi quæsivit victum comparandis mulis et vehiculis, quæ conduceret Magistratibus. In isto quæstu forte innotuit C. Cæsari, a quo abductus in Galliam ad militares honores evectus est; et post bellum civile Tribunatum plebis et Præturam adeptus.

j *Ex Parthis*] Quos in Syriam irrumpentes duobus prœliis vicit; quorum in altero cecidit Labienus, in altero Pacorus Regis Orodis filius.

k *De Crassi manibus*] Eadem die, qua Crassus a Parthis acceperat cladem, clades Parthis a Ventidio reposita est, teste Dione lib. XLIX.

l *Felicitate celebravit*] Acute vidit Lipsius legendum esse, *felici dape*. Intelligit Valerius solenne illud convivium, quod a triumphantibus in Capitolio celebrari moris erat.

10. Casuum[30] nunc contemplemur varietatem. L. Lentulus[n] consularis lege Cæcilia repetundarum crimine oppressus, censor cum L. Censorino[31] creatus est. Quem quidem fortuna inter ornamenta et dedecora[32] alterna vice versavit, consulatui illius damnationem, damnationi censuram subjiciendo: et neque bonis eum perpetuis frui, neque malis æternis ingemiscere patiendo.*

11. Iisdem viribus uti voluit in Cn. Cornelio Scipione Asina.[33] Qui consul a Pœnis apud Liparas captus[o] cum belli jure omnia perdidisset, lætiore subinde vultu ejus adjutus, cuncta recuperavit; consul[34] etiam iterum[p] creatus est. Quis crederet illum a duodecim securibus ad Carthaginiensium perventurum[35] catenas? quis rursus existima-

pluribus codd. Torren. non habet *et consul.* Vide Gell. et Velleium.—30 'Ob hanc præfatiunculam quibusdam visum fuit, adjecto titulo et hic novum caput constituere, unum videlicet corpus in tres particulas perperam dissecando.' *Pigh.* 'Etiam nostri Mss. dissectionem in tam minutas particulas improbant.' *Torren.*—31 Ita legendum putat Glarean. et sic Aldd. Colin. Gryph. Steph. &c. in quibusdam aliis vett. *L. Censorio.*—32 Ultraj. 1. 2. Bitur. 1. et Medic. 2. *inter tormenta et dedecora,* pro qua postrema voce Harl. *decora* habet; in ceteris codd. *ornamenta,* quæ pro 'honoribus' sæpissime ponuntur: hinc Medic. 1. e Glossa: *inter honores et dedecora.* Mox in nonnullis vett. *versando.*—33 'In Mss. quatuordecim male appellatur *Nasica,* quomodo etiam in Mog. Ven. Mediol. et Ascensii, qui explicat de *Nasica* Duillii collega, qui certe *Asina* fuit, ut jam scribebatur etiam in margine Mediolanensis: in Copes. prior vox erat expuncta, et recentiore manu repositum *Asina.*' Torren. Sed ita dudum legendum docuit Glareanus.—34 Sic legebatur ante Pighium,

NOTÆ

[m] *Eodem anno Prætor et Consul*] D. Brutum Mutinæ dum obsidet Antonius, Ventidius Prætor erat; qui cum graviter ferret Romæ Ciceronem in Antonium tam acriter invehi, ex veteranis Cæsaris militibus duas legiones colligit, pergitque Romam, ut Ciceronem comprehenderet: unde repulsus ad Antonium se contulit. Cæsis paulo post Pansa et Hirtio Consulibus, Pansæ Octavius Cæsar, Hirtio P. Pedius; tum Cæsari Triumviro C. Carinas, et Pedio mortuo Ventidius suffectus est. Ita Dio. Idque populo tam ægre fuit, si Gellio credimus, ut hi versiculi per vias urbis perscriberentur: 'Concurrite omnes Augures, Aruspices, Portentum inusitatum conflatum est recens; Nam mulos qui fricabat, Consul factus est.'

‡ An. M. 4016. Ol. 185. 3. Urb. C. 715. Ant. Ch. 37.

[n] *L. Lentulus*] Lupus, ex gente Cornelia, qui Consul cum C. Martio Figulo, Galliam sortitus est, et repetundarum damnatus.

* An. M. 3898. Ol. 156. 1. Urb. C. 597. Ant. Ch. 155.

[o] *Apud Liparas captus*] Vide lib. VI.

ret a Punicis vinculis ad summi imperii perventurum insignia?[36] sed tamen ex consule captivus, et ex captivo consul factus est.[†]

12. Quid? Crasso[q] nonne pecuniæ magnitudo locupletis nomen dedit? sed eidem postea inopia turpem decoctoris superlationem injunxit.[d37] Siquidem bona ejus a creditoribus, quia solidum præstare non poterat, venierunt. Ita quoque[38] amara sugillatione non caruit: cum egens ambularet, Dives ab occurrentibus salutabatur.

13. Crassum casus acerbitate Q. Cæpio[r] præcurrit; is namque præturæ splendore, triumphi claritate, consulatus decore, maximi pontificis[39] sacerdotio, ut senatus patro-

[d] *Indidit infamem decoctoris denominationem.*

qui dederat: *consulque etiam:* nonnulli codd. delent *est.*—35 Ita Pighius ex codd. itaque codd. Torren. *pervenire* Aldd. Colin. Gryph. et Steph. Ascensius verbum prorsus omisit.—36 Ita Torren. ex Harl. Bitur. 1. Leidd. 3. 5. 6. Ultraj. 1. 2. Douac. tribus Gronovii Vet. et Mog. *fastigia* Venett. Aldd. Colin. Gryph. Steph. &c.—37 'Id est, Inopia ei turpe et hyperbolicum nomen decoctoris peperit. Nihil mutem, nisi forte *injunxit*, quod ab Aldo videtur esse, et in sola Lugd. 1551. comparet. Ceteræ vel *immisit*, cum Mog. atque pluribus Mss. vel *inussit* cum Vet. et aliquot Mss. quæ duplex lectio ex uno fonte orta est; forte ex *inussit*, ex quo librarii *incissit, imissit*, deinde *imisit*, et tandem *immisit* fecerunt. Legerim ergo *inussit*. Ceterum quatuor Mss. et Vet. *inopiam*. Eadem cum Mog. et aliquot codd. *superlatione*, omissa linea horizontali super terminatione *nē*. Noster tamen mox Ext. 2. 'abdicationis injungentem notam,' ubi vide. Quare *injunxit* non prorsus damnem.' *Kapp.*—38 Sic edidit Pighius, habetque Mog. cum plurimis Mss. reliquæ Edd. *Itaque amara;* quod est in Med. sec. et Leid. sext. sunt etiam qui habent *Ita qui*. Barb. et Bit. prim. *anili sugillatione*. Perizonius præferebat *Itaque:* Vet. exhibet *Itaque qui*, probante Kappio. Mox, 'Pighius emendavit, *quia cum egens;* quasi in vulgatis editionibus omittentibus τὸ *quia*, non satis cohæreret oratio. Sed idem illud omittunt omnes Mss. amatque auctor hoc concisius dicendi genus: quare delendum credidi. Perizonius malebat *salutaretur* deleto *quia*.' Torren.—39 Sic omnes vetustæ editt. et duodecim Mss. Pighius vero, Colerus et Vorstius *pontificatus*. Nonnulli

NOTÆ

[p] *Consulque etiam iterum*] Cum Attilio Calatino, Panormumque expugnavit.

[†] An. M. 3800. Ol. 131. 3. Urb. C. 499. Ant. Ch. 253.

[q] *Crasso*] Is fuit P. Licinius Crassus, Sapientis nepos, juvenis flagitiosus, ex Cicerone.

[r] *Q. Cæpio*] Vide lib. IV. c. 7. n. 3. ubi de illius clade et morte disseruimus multis. Prætor Lusitanos sæpe victos domuit, de iisque triumphavit. Consul Galliam sortitus rapuit aurum Tolosanum, unde illius clades manasse dicitur.

nus diceretur assecutus, in publicis vinculis spiritum deposuit: corpusque ejus funesti carnificis manibus laceratum, in scalis Gemoniis jacens,[40] magno cum horrore totius fori Romani conspectum est.‡

14. Jam C. Marius maxima fortunæ[41] luctatio est: omnes enim ejus impetus, qua corporis qua animi[42] robore, fortissime sustinuit. Arpinatibus[43 s] honoribus judicatus inferior, quæsturam Romæ petere ausus est. Patientia deinde repulsarum, irrupit magis in Curiam, quam venit. In tribunatus quoque et ædilitatis[t] petitione consimilem campi notam expertus. Præturæ candidatus[u] supremo loco inhæsit:[e 44] quam tamen non sine periculo obtinuit: ambitus enim accusatus, vix atque ægre absolutionem a judicibus impetravit. Ex illo Mario tam humili Arpini,[45] tam ignobili Romæ, tamque fastidiendo candi-

[e] *Cum Præturæ candidatus esset, ultimo loco electus est.*

codd. Torren. cum Mog. *et triumphi claritate c. d. m. pontificis.* Mox Schottus Obs. Hum. III. 32. legendum conjicit, *senatus princeps.*—40 Leid. quart. *jacere.* Deinde Barb. prim. *totius populi Romani.* Bit. prim. *magno cum horrore fori totius ipsum conspectum est.*—41 'Recte hoc restituit Pighius, cum ipse inveniret in vulgatis omnibus præter Mog. *maximæ fortunæ.* Sed *maxima* Mss. præter tres; et hoc postulat sensus.' *Torren.*—42 Ita Colerus ex cod. P. Danielis scripsit pro eo, quod in aliis est: *tam corporis quam animi.* Codicum Brand. unus priori, alter posteriori lectioni consonat. Septem codd. Torren. *tam corporis, quam animi;* Ultraj. prim. et Leid. quint. *quo c. quo animi.*—43 *Arpini* Camp. quod reposuit Pighius; *Arpinatis* solus Bitur. 1. alii omnes habent *Arpinatibus;* et sic edd. vett.—44 'Pro *supremo loco inhæsit,* quod Aldus et alii edidere, codicum Brand. unus habet: *supremo in loco ita hæsit;* alter *supremo loco ita hæsit.* Deinde et veteres typis expressi Chalcoc. et Mart. Herbip. voculam *ita* habent. Quam lectionem cum et Gronovius in Mss. observasset, conjecit idem legendum esse: *supremo in loco adhæsit;* et pro *quam* quod sequitur, *quem.*' Vorst. 'Videndus J. Fr. Gronov. ad Liv. L. v. 3. Ultraj. sec. Copes. Leid. quart. quint. sext. Harl. Bit. et Barb. prim. *supremo in loco hæsit.* Sed tres posteriores cum Ultraj. prim. *ita hæsit;* sic quoque Mog. *quem,* ut insuper emendabat magnus vir, extat in Harl. Barb. prim. Leid. sec. Est profecto melius.' *Torren.*—45 Ita Pighius ex

NOTÆ

‡ An. M. 3949. Ol. 168. 4. Urb. C. 648. Ant. Ch. 104.

[s] *Arpinatibus*] Quod Volscorum oppidum fuit, ubi natus Marius ex obscuris parentibus, qui et opifices et inopes fuisse perhibentur.

[t] *Et Ædilitatis*] Ædilitatem, tum majorem, tum minorem petiit; i utraque eodem die repulsam passus, semel in majore, iterum in minore: quod præter ipsum contigit nemini.

dato, ille Marius evasit, qui Africam subegit, qui Jugurtham regem ante currum egit, qui[46] Teutonorum Cimbrorumque exercitus delevit: cujus bina tropæa in urbe spectantur: cujus septem in fastis consulatus leguntur: cui post exilium consulem creari, proscriptoque facere proscriptionem contigit.* Quid hujus conditione[47] inconstantius aut mutabilius? quem si inter miseros posueris, miserrimus; si inter felices, felicissimus reperietur.

15. C. autem Cæsar, cujus virtutes aditum sibi in cœlum struxerunt,[48] inter primæ juventæ initia privatus Asiam petens,[v] a maritimis prædonibus circa insulam Pharmacusam[w] exceptus, quinquaginta se talentis[x] redemit. Parva igitur summa clarissimum mundi sidus in piratico myoparone rependi fortuna voluit. Quid est ergo quod amplius de ea[49] queramur, si ne consortibus quidem divinitatis

Atreb. Gembl. et Cauch. alii codd. habent *Arpinate;* et sic edd. vett. Mox decem codd. Torren. cum Vet. et Mog. *tam fastidiendo,* omisso *que.*—46 'Posterius *qui* in uno cod. Brand. reperio. Et videtur abesse non posse; quod nulla intercedit vocula copulativa.' *Vorst.* '*Qui* habet Leid. sext. et Ultraj. prim. Mire Harl. *qui Africam subegit, quia Theotonicorum Cymbrorumque exercitus delevit, Tigranem regem ante currum egit.*' Torren.—47 'Bit. *Quid hujusmodi conditione:* postea Harl. *inconstantius aut mirabilius.* Denique quinque, *si inter felices;* quod planius et concinnius, quam si copula absit.' *Torren.* Vet. et Lugd. quoque habent *si,* quod deest in ceteris edd. ante Torren.—48 Ultraj. 1. 2. Leid. 5. Copes. Medic. Bitur. 1. 2. Vet. Mog. et Venett. *instruxerunt.* Mox Venett. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *juventutis;* lect. nostram restituit Pighius; et sic Vet. Mog. et Mediol. 3.—49 Ita codd.

NOTÆ

[u] *Præturæ candidatus*] Ex Prætura sortitus Hispaniam dicitur; deinde Metelli legatus in Africa. De rebus a Mario gestis diximus jam sæpius.

* An. M. 3953. Ol. 169. 4. Urb. C. 652. Ant. Ch. 100.

[v] *Privatus Asiam petens*] Multis nominibus Cæsar invisus Syllæ fuit; quod et Juliam illius amitam Marius, et ipse Corneliam Cinnæ filiam duxisset: de ipso necando deliberanti Syllæ cum dixisset nescio quis, nihil esse causæ, cur tantulum puerum trucidaret, Sylla respondisse fertur, nihil ipsum sapere, qui in eo puero non videret multos inesse Marios. Monitus Cæsar in Sabinis latuit aliquandiu, et inde in Bithyniam ad Nicomedem Regem contendit.

[w] *Pharmacusam*] Insulam non procul a Mileto, quo dum e Bithynia navigat, Cæsar a prædonibus captus est Cilicibus. Hodie *Parmosa.*

[x] *Quinquaginta talentis*] Dum prædones viginti ab eo talenta postulant, 50. ultro ipse pollicitus est: illosque quamvis captivus adeo despexisse fertur, ut quoties somni causa in lecto quiesceret, toties illis indiceret silentium.

suæ parcit? Sed cœleste numen se ab injuria vindicavit; continuo enim captos prædones crucibus affixit.[y]†

EXTERNA.

1. Attento studio nostra commemoravimus: remissiore nunc animo aliena narrentur. Perditæ luxuriæ Athenis adolescens Polemo,[50 z] neque illecebris ejus tantummodo, sed etiam ipsa infamia gaudens, cum e convivio non post occasum solis, sed post ortum surrexisset, domumque rediens[51] Xenocratis philosophi patentem januam vidisset, vino gravis, unguentis delibutus, sertis capite redimito, pellucida veste amictus, refertam turba doctorum hominum scholam ejus intravit. Nec contentus tam deformi introitu, consedit etiam, ut clarissimum eloquium, et prudentissima præcepta, temulentiæ lasciviis elevaret.[52] Orta deinde, ut par erat, omnium indignatione, Xenocrates vultum in eodem habitu continuit, omissaque re, quam disserebat,[53] de modestia ac temperantia loqui cœpit. Cujus gravitate sermonis resipiscere coactus Polemo, primum coronam capite detractam projecit: paulo post brachium intra pallium[a] reduxit: procedente tempore oris convivalis[54] hilaritatem

Torren. et Pigh. cum Vet. Mog. et Mediol. 3. in aliis edd. *de ea re.*—50 Ante Pighium legebatur *Polemon*, sed alterum habent codd. Vide Gronov. ad Senec. Agam. 514. Mox *ejus* ejecerat Pighius, eumque secuti sunt Colerus, Thys. alii.—51 'In duodecim Mss. et omnibus Edd. *domum rediens* inveni, quod mutaverat Pighius, nescio utrum ex Mss. an quod putarit *repetens* esse convenientius.' *Torren.* Mox *caput redimitus* legit Klok. Deinde pro *pellucida veste* multi Mss. habent *perlucida.*—52 Ita omnes codd. præter Leid. 6. qui habet *illuderet;* Pighius vero dedit *eluderet*, quod est in solo Barb. 1. pro v. l.—53 Winck. et Cauch. *omissisque iis, de quibus disserebat;* quos secutus est Pighius; sed Brand. 1. 2. Dan. duodecim codd. Torren. et edd. vett. lect. nostram testantur.—54 Ultraj. 1. 2. Bitur. et Medic. 1. *convivialis.*—55

NOTÆ

[y] *Crucibus affixit*] Per jocum sæpe cum crucem illis minitatus esset, simul ut liberatus est, Miletum advolat, armat naves, prædones insequitur, plerosque capit, illosque agit in crucem.

† An. M. 3974. Ol. 175. 1. Urb. C. 673. Ant. Ch. 79.

[z] *Polemo*] Filius Philostrati, qui civitatis princeps erat. De Xenocrate supra egimus.

[a] *Brachium intra pallium*] Hoc apud Athenienses pudoris fuit et continentiæ indicium.

deposuit: ad ultimum totam luxuriam exuit, uniusque orationis saluberrima medicina sanatus, ex infami ganeone maximus Philosophus evasit.‡ Peregrinatus est[55] hujus animus in nequitia, non habitavit.

2. Piget Themistoclis adolescentiam attingere, sive patrem aspiciam, abdicationis[b] injungentem[56] notam, sive matrem suspendio[c] finire vitam propter filii turpitudinem coactam; cum omnium postea Graii sanguinis virorum clarissimus extiterit, mediumque Europæ et Asiæ[57] vel spei vel desperationis pignus fuerit. Hæc enim salutis eum suæ patronum habuit,[d] illa vadem victoriæ assumsit.*

3. Cimonis[e] vero incunabula opinione stultitiæ fuerunt referta: ejusdem imperia[58] salutaria Athenienses senserunt. Itaque coëgit eos stuporis semetipsos damnare, qui eum stolidum crediderant.†

4. Jam[59] Alcibiadem quasi duæ fortunæ[f] partitæ sunt:

Tres codd. Torren. delent *est*.—56 Solus Cauch. *inurentem*, quem secutus est Pighius; alii omnes et edd. et scripti *injungentem*.—57 *Asiæ et Europæ* Camp. Brand. 1. et nonnulli codd. Torren.—58 Edd. vett. cum duodecim Torren. et uno Brand. *ejusdem stultitiæ imperia;* sed τὸ *stultitiæ* delendum docent Lips. et Muretus: *ejusdem peritiæ* unus Douac. ab emendatore.—59 Vulgo ante Pigh. *Jamque;* codd. Torren. habent partim *Nam*, partim *Jam*.—60

NOTÆ

‡ An. M. 3723. Ol. 112. 2. Urb. C. 422. Ant. Ch. 330.

[b] *Abdicationis*] Quæ contumelia eum non fregit, sed erexit: cum enim judicasset sine summa industria non posse eam extingui, totum se dedit Reipublicæ. Ita Cornelius Nepos.

[c] *Matrem suspendio*] Pater illius Neocles ab omnibus appellatur, mater ab aliis Euterpe Halicarnassea, ab aliis Abrotonum Thressa; quod vero affirmat Valerius, illam laqueo sibi gulam fregisse, id secus est, cum nec Cornelius Nepos meminerit, et Plutarchus ut meram fabulam rejiciat.

[d] *Patronum habuit*] 'Patronus' enim fuit patriæ, cum Xerxem ad Salaminam vicit: 'vadem' vero se præstitit Asiæ, cum Persarum Regi spopondit fore, ut Græciam omnem subigeret, si suum consilium sequeretur.

* An. M. 3574. Ol. 75. 1. Urb. C. 273. Ant. Ch. 479.

[e] *Cimonis*] Qui Miltiadis filius: de quo multa narrat Plut. turpissima, quæ hic referre pudor vetat. Jam illius supra meminimus.

† An. M. 3580. Ol. 76. 3. Urb. C. 279. Ant. Ch. 473.

[f] *Alcibiadem quasi duæ fortunæ*] Illius ingenium et indolem eleganter expressit Cornelius Nepos; cujus

altera, quæ ei nobilitatem eximiam, abundantes divitias, formam præstantissimam, favorem civium propensum, summa imperia, præcipuas potentiæ vires, flagrantissimum ingenium assignaret: altera, quæ damnationem,[g] exilium, venditionem bonorum, inopiam, odium patriæ, violentam mortem infligeret. Nec aut hæc, aut illa universa; sed varia,[60] perplexa, freto atque æstui similia.[f] ‡

5. Ad invidiam usque Polycratis Samiorum tyranni abundantissimis bonis conspicuus vitæ fulgor excessit: nec sine causa. Omnes enim conatus ejus placido excipiebantur itinere:[61] spes certum cupitæ rei fructum apprehendebant:[g] vota nuncupabantur simul et solvebantur: velle ac posse in æquo positum erat.[62] Semel duntaxat vultum mutavit, perquam brevi[63] tristitiæ salebra succussum;[h] tunc cum admodum gratum sibi annulum de industria in profundum, ne omnis incommodi expers esset, abjecit. Quem tamen continuo recuperavit, capto pisce,[h] qui eum devoraverat. Sed hunc, cujus felicitas semper plenis velis

[f] *Nec adversa nec secunda fortuna Alcibiadis fuit continua: sed modo bonis, modo malis permixta, in eo æstui maris similis.*

[g] *Splendor vitæ Polycratis Samiorum tyranni omnibus bonis ad invidiam usque abundavit: omnes ejus conatus felicem habebant exitum; spes ejus rem cupitam semper assequebantur.*

[h] *Semel tantum fortuna ad breve tempus mutata vultum illi tristem ostendit.*

Pighius in tribus codd. Camp. Colon. et Winck. reperit *simul universa, sed varie.* ' Nonnulli Mss. *Ne aut hæc aut illa,* ut Mog. in septem deest *simul;* sed omnes retinent *varia.* Med. prim. *vario perplexu.* Nonnulli *æstui simillima,* Mog. *similima.* Ven. et Mediol. *similia.* Aldus et ceteri, *simillima.* Mihi quoque *simul* videtur esse e glossa, *τὸ universa* enim nihil aliud significat, quam *omnia simul.*' Torren.—61 Sic omnes scripti et typis expressi. Heinsius ad Vell. L. II. 45. 3. putat tamen legendum: *placido excipiebantur vitæ tenore.* Mox Bitur. Medic. 1. et Mog. *apprehendebat;* Medic. 2. *certe cupitæ rei effectum apprehendebant;* Ultraj. 1. *cupitæ rei factum apprehendebant.*—62 Klok. legebat: *in æquo erat.*—63 Ultraj. 1. 2. Barb. 1. et Mog. *brevis,* quod prætulerit Torren.

NOTÆ

verba libuit in familiis Romanorum appingere. Gesta et mortem Alcibiadis supra attigimus.

[g] *Damnationem*] Quod sacra violasse diceretur, damnatus est. Plura in notis ad Justinum.

‡ An. M. 3639. Ol. 91. 2. Urb. C. 338. Ant. Ch. 414.

[h] *Capto pisce*] Paucis post diebus captus est piscis, et tyranno donatus, in cujus ventre repertus est annulus.

prosperum cursum tenuit, Orontes,[64] Darii regis præfectus, in excelsissimo Micalensis montis [i] vertice cruci affixit. E qua putres ejus artus et tabido cruore manantia membra, atque illam lævam, cui Neptunus annulum piscatoris manu[65] restituerat, situ marcidam, Samos amara servitute aliquandiu pressa, liberis ac lætis oculis aspexit.

6. Dionysius [j] autem, cum hæreditatis nomine a patre Syracusanorum ac pæne totius Siciliæ tyrannidem accepisset, maximarum opum dominus, exercituum dux, rector classium, equitatuum[66] potens, propter inopiam literas puerulos Corinthi docuit. Eodemque tempore, tanta mutatione majores natu, ne quis nimis fortunæ crederet, magister ludi factus ex tyranno, monuit.

7. Sequitur hunc Syphax [k] rex, consimilem fortunæ iniquitatem expertus: quem amicum hinc Roma per Scipionem, illinc Carthago per Hasdrubalem ultro petitum ad penates Deos[67] ejus venerat. Ceterum eo claritatis evectus, ut validissimorum populorum tantum non arbiter victoriæ[68] existeret, parvi temporis interjecta mora, catenatus a Lælio legato ad Scipionem imperatorem pertractus est. Cujusque dexteram regio insidens solio arroganti manu

Leid. 5. *percussum* pro *succussum*.—64 Ita veteres typis expressi, et uterque Brand. Pighius ex uno libro Cauchiano mavult sic legere; *Sed hunc felicitatis semper plenis velis prosperum cursum tenere non potuit. Comprehensum enim Orontes.* Cum Brand. et edd. vett. consentiunt omnes codd. Torren. Mox Harl. *Megalensis montis;* Venett. *Mycalesti.*—65 Medic. 2. delet: *piscatoris manu.*—66 Ita Pighius ex codd. itaque Brand. 1. 2. et omnes fere Torreniani et edd. vett. *equitatu* Leid. 5. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *equitatum* Venet. 4.—67 Ejiciendum τὸ *Deos* putat Perizon. et deest in Medic. 1. 2.—68 'Ita bene hunc locum ex Camp. restituit Pighius. Habent ita quoque un. Brand. Vet. Mog. et Mart. Herbip. Alii vel *tantum non* omittunt, vel habent *non tantum arbiter, sed et victor victoriæ* (*victoriæ* quidam delent;) Lips. Thaneri: *non*

NOTÆ

[i] *Micalensis montis*] In Asia minori e regione Sami insulæ.

[j] *Dionysius*] Junior, bis ille pulsus Syracusis: semel a Dione in Italiam; iterum a Timoleonte Corinthum, ubi pueros literas docuit. Sed de his antea.

[k] *Syphax*] Lege lib. v. cap. 1. ubi hæc explicuimus; bis ille victus est, primum a Scipione, deinde a Lælio et Masinissa, a quibus etiam captus est.

attigerat, ejus genibus[69] supplex procubuit.* Caduca nimium et fragilia, puerilibusque consentanea crepundiis[i] [70] sunt ista, quæ vires atque opes humanæ vocantur. Affluunt subito, repente dilabuntur; nullo in loco, nulla in persona stabilibus nixa radicibus consistunt:[71] sed incertissimo flatu fortunæ, huc atque illuc acta, quos sublime[72] extulerunt, improviso recursu destitutos, profundo cladium miserabiliter immergunt. Itaque neque existimari neque dici debent bona, quæ inflictorum malorum amaritudinem desiderio sui duplicent.[j] [73]

[i] *Similia crepitaculis e collo puerorum suspendi solitis.*

[j] *Quæ homines secundæ fortunæ favore primum ad honores evectos solent opprimere majoribus malis, ut magis augeant sui desiderium magnitudine calamitatum, quas inflixerunt.*

tantum arbiter victoriæ, sed et victor.' Kapp.—69 Sic Torrenius, jubentibus omnibus Mss. et editionibus ante Pighium, qui cum Colero et Vorstio ediderat: *ad ejus genua.* vid. Tacit. Ann. XII. 18. 'genibus ejus provolutus.'—70 Ita quoque Torrenius ex Mss. et editt. Alii *nimium hæc... sunt.* Pro *crepundiis* in multis Mss. Vet. et Ven. est *crepidis.*—71 Leid. 5. *subsistunt.*—72 Ita Dan. et duodecim codd. Torren. cum Vet. Mog. Venett. 3. 4. et Mediol. 3. quod recepit Torrenius: alii *in sublime.* Mox pro *recursu,* quod Brand. 1. 2. et multi codd. Torren. testantur, Lipsius ex duobus vett. malit *recessu,* ut in Ultraj. 1. Leidd. 1. 5. *decursu* dedit Pighius. Deinde *in profundo* vulgo edebatur ante Pighium, sed lect. nostram confirmant omnes codd. et Mog.—73 Ita Torren. ex codd. et edd. textum restituit, cum Pighius ex solo Cauch. edidisset: *quæ ut inflictorum malorum amaritudine d. sui duplicent, propensiore favore primo delinitos majore postea malorum cumulo opprimere solent;* sed postrema verba a *propensiore* usque ad *solent,* in nullis libris aliis neque scriptis neque editis reperiuntur. Vet. cum nonnullis codd. *quæ ut;* eadem *amaritudine desiderium,* quod etiam Vorstius in suis codd. invenerat.

NOTÆ

* An. M. 3851. Ol. 144. 2. Urb. C. 550. Ant. Ch. 202.

VALERII MAXIMI

FACTORUM DICTORUMQUE MEMORABILIUM

LIBER VII.

CAP. I.

DE FELICITATE.

1 Q. Metelli Macedonici. 2 Gygis Lydorum regis.

VOLUBILIS fortunæ complura[1] exempla retulimus: constanter propitiæ[2] admodum pauca narrari possunt. Quo patet, eam adversas res cupido animo infligere, secundas parco tribuere. Eadem, ubi malignitatis oblivisci sibi imperavit,[a] non solum plurima et maxima, sed etiam perpetua bona congerit.

1. Videamus ergo quot gradibus beneficiorum Qu. Metellum a primo originis die ad ultimum usque fati tempus nunquam cessante indulgentia, ad summum beatæ vitæ cumulum[3] perduxerit. Nasci eum[4] in urbe terrarum

[a] *Eadem fortuna postquam firmiter constituit oblivisci malignitatis sibi innata.*

1 Copes. *quam plura;* unde Perizon. conj. *quam plurima;* Harl. *complurima.* —2 Ita Pighius ex Winck. et Gembl. Habent ita quoque aliquot Mss. Torrenii. Vet. et Ascens. Plures Mss. *constantis propitiæ,* sive *constantis et propitiæ.* Vorstius ex uno Brand. *constantis ac propriæ.*—3 Ita omnes codd. et edd. vett. Pighius vero ex conjectura dedit *culmen.*—4 Ita Pighius emen-

principe voluit: parentes ei nobilissimos dedit: adjecit animi rarissimas dotes, et corporis vires, ut sufficere laboribus posset:[5] uxorem pudicitia et fœcunditate conspicuam conciliavit: consulatus decus, imperatoriam potestatem,[a] speciosissimi triumphi[b] prætextum[6] largita est: fecit, ut eodem tempore tres filios consulares,[c] unum etiam censorium ac[7] triumphalem, et quartum prætorium videret: utque tres filias[d] nuptum[8] daret, earumque subolem sinu suo exciperet.* Tot partus,[e] tot incunabula, tot viriles togæ, tam multæ nuptiales faces, honorum, imperiorum, omnis denique gratulationis summa abundantia; cum interim nullum funus, nullus gemitus, nulla causa tristitiæ. Cœlum contemplare: vix tamen ibi[9] talem statum repe-

davit, itaque omnes codd. Torren. præter Leid. 4. qui cum edd. vett. exhibet, *Nasci enim;* Medic. 2. *Nasci enim eum.* Mox plerique codd. habent *parentes ei;* sed Pighius pronomen expunxit, quia modo præcesserat. Paulo post Vet. *non rarissimas;* unde Lipsius conj. *numerosissimas.*—5 Ita Copes. septem codd. Torren. et multæ edd. vett. quare in textum recepit Torren. vulgo edebatur *possent,* quod Vet. Mog. et alii codd. habent. Mox Copes. *imperatoriam majestatem.*—6 Ita novem codd. Torren. Brand. 1. 2. et edd. vett. *prætextam* Aldd. Colin. Gryph. Steph. et alii codd.—7 Ita Pigh. ex codd. et sic quoque Brand. 1. 2. et codd. fere omnes Torren. cum Vet. et Mog. sed plurimi voculam *ac* omittunt.—8 Septem codd. Torren. *nuptui:* τὸ *utque* ante *tres filias* hic fere omittebant editores ante Pighium, sed contra Mss. et Mog. ac Mediol. *ut qui* habet Venet. quod in duobus erat scriptis.—9 Pro *ibi* unus Brand. *in numinibus* habet; et sic in Ultraj. 1. et Vet. sed

NOTÆ

[a] *Imperatoriam potestatem*] Duo maxima bella gessit Metellus, Macedonicum et Celtibericum; illud Prætoria, hoc Consulari potestate. E Macedonia bis victis hostibus, captoque Pseudophilippo, Macedonici cognomen, triumphumque retulit. Rerum in Hispania ab eo gestarum meminimus sæpius.

[b] *Speciosissimi triumphi*] Tres Romanorum Imperatores de Macedonia triumpharunt; T. Flaminius de Philippo, de Perseo Æmilius Paulus, Metellus de Andrisco, qui illius triumphum cohonestavit, ut tradunt Velleius et Appianus.

[c] *Tres filios consulares*] Quatuor Metello fuerunt filii: Q. Metellus Balearicus, Consularis, triumphalis et Censorius; L. Metellus Dalmaticus, Consularis; M. Metellus Creticus, Consularis et triumphalis; C. Metellus Caprarius, anno post mortem patris Consul.

[d] *Tres filias*] Duas tantum appellant alii, quarum altera P. Servilii Isaurici, altera Scipionis, qui in bello Mariano exul periit, mater fuit.

* An. M. 3908. Ol. 158. 3. Urb. C. 607. Ant. Ch. 145.

[e] *Tot partus*] Sex liberos reliquit, nepotes undecim; nurus, generosque, et a quibus pater vocaretur, viginti septem.

ries: quoniam quidem luctus et dolores Deorum quoque pectoribus a maximis vatibus assignari videmus. Hunc autem[10] vitæ actum ejus consentaneus finis excepit.[b] Namque Metellum[11] ultimæ senectutis spatio defunctum, lenique genere mortis inter oscula complexusque carissimorum pignorum extinctum, filii et generi humeris suis per urbem latum rogo imposuerunt.

2. Clara hæc felicitas: obscurior illa; sed divino[12] splendore præposita.[c] Cum enim Gyges[f] regno Lydiæ armis et divitiis abundantissimo inflatus[13] Apollinem Pythium sciscitatum venisset, 'an aliquis mortalium se esset felicior:' Deus ex abdito sacrarii specu, voce missa, Aglaum Psophidium[14] ei prætulit. Is erat Arcadum pauperrimus, sed ætate jam senior: terminos agelli sui nunquam excesserat, parvuli ruris fructibus ac voluptatibus[15] contentus. Verum profecto beatæ vitæ finem Apollo, non

[b] *Hanc autem vitam feliciter actam mors plane similis subsecuta est.*
[c] *Divino Apollinis testimonio præposita.*

deest *tamen*. Mox duo codd. Torren. *quin quidem:* quatuor *videamus.*—10 Quatuordecim codd. Torren. cum Vet. et Mog. delent *autem*, quod non improbat Torrenius.—11 Ita recte Vet. cum Mog. uno Brand. et septem aliis Mss. Pighius et Colerus *Nam Q. Metellum.*—12 Perizon. legendum putat: *sed divine*, vel *divinitus splendori præposita;* Leidd. 1. 5. *splendori.*—13 'Cop. et novem Mss. Torrenii *inflatus animo;* unde Perizonius conjicit *inflatus animi.* Pro *venisset* Brodæus conj. *misisset*, ne Valerius aliis contradicere videatur. Mox aliquot Mss. *voce emissa.* At vid. I. 8. 5.—14 *Psophidium* a Psophide oppido Arcadiæ, de quo Pausanias, Stephanusque, et in Thebaide Papinius: sic jam olim scribebat Theophilus, et ita ediderunt Aldus atque eum secuti: codd. Torren. *Sophidium;* pauculi *Sephidium;* ut est in Mog. *Usophidium* errore typorum editum fuit a Pighio, et monitum in erratis corrigendum *Sophidium:* ipse autem *Psophidium* vocat in Herc. Prod. p. 78. observante Perizonio.—15 Pighius, cum in uno quodam cod. *voluptatibus* non reperisset, illico id expunxit. Pro *fructibus ac voluptatibus* unus cod. Brand. habet *fructuum voluptatibus;* et sic Ultraj. 1. Schottus autem Obs. Hum. III. 32. concisius legendum putat: *parvuli ruris voluptatibus.* Denique in cod.

NOTÆ

[f] *Gyges*] Lydorum Rex: de cujus annulo multa auctores commenti sunt; quos inter Plato fingit eum, in antrum forte cum descendisset, annulum aureum e digito hominis mortui, qui in equo æneo inclusus erat, detraxisse; illiusque annuli virtute, cum a nullo videretur, et Reginæ stuprum, et mortem Candauli Regi obtulisse.

adumbratum,[16] oraculi sagacitate complexus est. Quo circa insolenter fulgore fortunæ suæ glorianti respondit, 'magis se probare securitate ridens tugurium, quam tristem curis et solicitudinibus aulam: paucasque glebas pavoris expertes, quam pinguissima Lydiæ arva[17] metu referta: et unum aut alterum jugum boum facilis tutelæ,[d] quam exercitus, et arma, et equitatum voracibus impensis onerosum: et usus necessarii horreolum nulli nimis[18] appetendum,[e] quam thesauros omnium insidiis et cupiditatibus expositos.' Ita Gyges dum astipulatorem vanæ opinionis Deum habere concupiscit, ubinam solida et sincera[19] esset felicitas, didicit.†

[d] *Jugum boum, quod facile nutrire possit.*
[e] *Et parvum horreum sufficiens ad usum necessarium.*

Coloniensi, ut Pighius testatur, est *parv. ruris finibus contentus.*—16 Bitur. 1. *non adumbrantur.*—17 Copes. *Lydiæ regna;* et paulo post, *equitatus v. i. onerosa.*—18 Vulgo legebatur *minus;* Klok. emend. *munus.*—19 Sic ex septemdecim Mss. edidit Torrenius. Nec aliter habet Vet. cum aliis. III. 2. 1. 'incolumitas sincera.' Pighius dederat *secura.*

NOTÆ

† An. M. 3366. Ol. 23. 1. Urb. C. 65. Ant. Ch. 687.

CAP. II.

DE SAPIENTER DICTIS AUT FACTIS.

A ROMANIS.

1 Ap. Claudio.
2 P. Scipione Africano.
3 Q. Cæcilio L. F. Metello.
4 L. Fimbria.
5 L. Papirio L. F. Cursore, Cos.
6 Senatu Romano.

AB EXTERNIS.

1 Socrate Atheniensi.
2 Solone Atheniensi.
3 Biante Prienensi.
4 Platone Atheniensi.
5 Antigono rege.
6 Xenocrate philosopho.
7 Aristophane comico.
8 Thalete philosopho.
9 Themistocle Atheniensi.
10 Philippo rege Macedoniæ.
11 Aristotele Philosopho.
12 Anaxagora Clazomenio.
13 Demade Atheniensi.
14 Anacharse Scytha.
15 Agesilao Lacedæmonio.
16 Hannone Pœno.
17 Herennio Pontio Samnite.
18 Cretensibus.

NUNC id genus felicitatis explicabo, quod totum in habitu animi est:[1] nec votis petitur; sed in pectoribus sapientia præditis natum, dictis factisque prudentibus enitescit.

1. Ap. Claudium[a] crebro solitum dicere accepimus, 'Negotium populo Romano melius, quam otium committi:' non quod ignoraret, quam jucundus tranquillitatis status esset; sed quod animadverteret, præpotentia imperia agitatione rerum ad virtutem capessendam excitari, nimia quiete in desidiam resolvi. Et sane negotium nomine horridum,[2] civitatis nostræ mores in suo statu continuit: blandæ appellationis quies plurimis vitiis respersit.*

2. Scipio vero Africanus 'turpe esse' aiebat 'in re militari dicere, Non putaram:' videlicet quia explorato et excusso consilio, quæ ferro aguntur, administrari oportere

1 Copes. Medic. 1. 2. Ultraj. 2. et Mog. *consistit* pro *est:* omittit Vet.—2

NOTÆ

[a] *Ap. Claudium*] Cœcum; de quo sæpe antea.

* An. M. 3774. Ol. 125. 1. Urb. C. 773. Ant. Ch. 279.

arbitrabatur summa ratione.[a] [3] Inemendabilis enim est error, qui violentiæ [4] Martis committitur.† Idem negabat 'aliter cum hoste confligi debere,[5] quam si aut occasio obvenisset [6] aut necessitas incidisset:' æque prudenter. Nam et prospere [7] gerendæ rei facultatem omittere, maxima dementia est: et in angustias utique pugnandi compulsum abstinere se prælio, pestiferum [8] ignaviæ affert exitum: eorumque qui ista committunt, alter beneficio fortunæ uti, alter injuriæ nescit resistere.

3. Q. quoque Metelli [b] cum gravis, tum etiam alta in senatu sententia: qui devicta Carthagine, 'nescire se, illa victoria bonine plus an mali Reipublicæ attulisset,' asseveravit: 'quoniam, ut pacem restituendo profuisset, ita Hannibalem submovendo, nonnihil nocuisset. Ejus enim transitu in Italiam, dormientem jam [9] populi [c] Romani virtutem excitatam: metuique debere, ne acri æmulo liberata in eundem somnum revolveretur.' [10] ‡ In æquo igitur ma-

[a] *Quia quæ armis geruntur, putabat fieri oportere ex consilio explorato, et summa cum diligentia examinato: quod justissima de causa dicebat.*

Vet. *horrendum.*—3 Bitur. 1. *summa cum ratione.*—4 Torrenius *violentiæ* invenit in omnibus Mss. tum etiam Mog. Ven. Mediol. Asc. tribus Aldi. Sed in Colin. Gryph. Rob. Steph. *violentia*, quod ille damnat.—5 Codd. quatuordecim cum Mog. Ven. et Mediol. *cum hoste confligere debere.* Præterea Leid. tert. et quart. *confligere quemquam debere.*—6 Ita unus Brand. Aldus edidit: *quam aut si occasio obvenisset:* quod Pighius, Colerus, ac Thysius retinuerunt: *aut* omittit Ultraj. prim. *occasio advenisset* alii quatuor.—7 Plures codd. cum Ed. Mog. Aldi et hunc secutis *prosperam.* Quod Pighius denuo mutavit in *prospere*, quod rectius nonnulli quoque servarunt Mss. tum tres, *maximæ dementiæ est.*—8 Ita Pighius ex Camp. aliisque dedit. Sed plurimi Mss. cum Vet. *pestiferæ*, quod Torrenius damnare non ausit.—9 'Ultraj. prim. *dormientis jam;* Ultraj. 2. cum ceteris *dormientem jam*, sic quoque Mog. ceteri editores ante Pighium *jam* omittebant, quod adest rectius.' *Torren.*—10 Ita omnes codd. præter Douac. et Copes. qui exhibent, *resolveretur.*—11

NOTÆ

† An. M. 3852. Ol. 144. 2. Urb. C. 551. Ant. Ch. 201.

[b] Q. *quoque Metelli*] Qui Metelli Macedonici pater, et in bello Punico secundo Magister Equitum et Dictator fuit.

[c] *Dormientem jam populi*] Deleta enim Carthagine, Asiaque domita, Romanorum mores corrupit otium. Unde Juvenalis: 'Nunc patimur longæ pacis mala, sævior armis Luxuria incubuit, victumque ulciscitur orbem.'

‡ An. M. 3855. Ol. 145. 2. Urb. C. 554. Ant. Ch. 198.

lorum posuit,[11] uri tecta, vastari agros, exhauriri ærarium; et prisci roboris nervos hebetari.[b]

4. Quid illud factum Licinii Fimbriæ,[12] consularis, quam sapiens! a M. Lutatio Pythia, splendido equite Romano judex aditus[13] de sponsione, quam is cum adversario, quod vir bonus esset,[14] fecerat, nunquam id judicium pronuntiatione sua finire voluit: ne aut probatum virum, si contra eum judicasset,[15] fama spoliaret, aut juraret virum bonum esse; cum ea res innumerabilibus laudibus contineatur.

5. Forensibus hæc, illa militaribus stipendiis prudentia exhibita.[16] Papirius Cursor[d] consul, cum Aquiloniam oppugnans prælium vellet committere, pullariusque, non prosperantibus[17] avibus optimum ei auspicium renuntiasset, de fallacia illius factus certior, sibi quidem et exercitui bonum omen datum credidit, ac pugnam iniit. Ceterum mendacem[18] ante ipsam aciem constituit: ut haberent Dii, cujus capite, si quid iræ conceperant, expiarent. Directum est autem sive casu, sive etiam cœlestis numinis providentia, quod primum e contraria parte missum erat telum, in ipsum pullarii pectus, eumque exanimem

[b] *Putavit non minus mali et detrimenti nasciturum, si virtus pristina langueseeret, quam si tecta urerentur, &c.*

Harl. *reposuit.*—12 Sic ex codd. edidit Torrenius; nec aliter habet Vet. vulgo edebatur, *L. Fimbriæ.* Mox codd. habent *Pinthia, Pinchia, Phytia, Pincio, Pinchio, Picthio, Purchia,* vel *Pythia.*—13 Ita Dan. unus Brand. et longe plurimi codd. Torren. quidam *addictus;* Aldus, *additus.*—14 Ita omnes codd. et edd. vett. Notavit Pighius in margine, quosdam codd. pro *quod* habere *ni;* et sic ex Cicerone legit Colerus.—15 Copes. *judicaret,* quod Perizonio placet. Mox edd. ante Pighium Mog. et Vet. exceptis habent, *eum virum bonum esse;* sed *eum* non agnoscunt codd.—16 Ita omnes codd. Torren. cum Vet. et Mog. *exhibita est* in aliis edd. ante Torrenium.—17 'Codd. Torreniani decem, Mog. et Vet. *non properantibus.* Mox Winck. Colon. et Vet. *ementitus optimum ei auspicium,* et sic Pighius et Colerus ediderunt: *ementitus* autem, licet in omnibus fere Mss. Torrenii et Brand. desit, ego tamen non plane damnem. Adi Livium.' *Kapp.*—18 Bitur. 1. *mendacem illum.* Mox Copes. Med. uterque, Ultr. sec. et Mog. cum Lips.

NOTÆ

[d] *Papirius Cursor*] Illius, qui bis Dictator fuerat, filius.

prostravit. Id ut consul[19] cognovit, fidente animo et hostes invasit,[e] et Aquiloniam cepit.[f] Tam cito[20] animadvertit, quo pacto injuria imperatoris vindicari deberet, quemadmodum violata religio expianda foret, qua ratione victoria apprehendi posset. Egit virum severum, consulem religiosum, imperatorem strenuum; timoris modum, pœnæ genus, spei viam, uno mentis impetu rapiendo.[c] *

6. Nunc ad senatus acta transgrediar. Cum adversus Hannibalem[21] Claudium Neronem et Livium Salinatorem[g] consules mitteret, eosque ut virtutibus pares, ita inimicitiis acerrime inter se dissidentes videret: summo studio in gratiam reduxit; ne propter privatas dissensiones rempublicam parum utiliter administrarent.† Quia consimili imperio nisi concordia inest,[22] major aliena opera interpellandi, quam sua edendi cupiditas nascitur: ubi vero etiam pertinax intercedit odium, alter alteri, quam uterque contrariis castris, certior[23] hostis proficiscitur.[d] Eosdem

[c] *Videndo uno mentis intuitu, quatenus ob pullarii mendacium deberet et timere iram Deorum, et fallacem punire, et sperare victoriam.*

[d] *Quia inter duos homines pari imperio præditos, si non sit concordia, major libido oriri solet, impediendi alterius opera, quam sua edendi: si vero odio pertinaci dissideant, alter certior hostis alteri ad bellum proficiscitur, quam ipse hostis patriæ contra quem uterque bellum gerit.*

in cujus capite.—19 Sic uterque Brand. decem Mss. Torrenii, septem Pighiani, et Mog. cum Lips. *Id ubi consul* Camp. *Id sic consul* Vet. unde Lipsius legit *Id sicut consul.* Mox Pighius *hostes* e solo Camp. addidit, ceteri enim omnes codd. et edd. *hostes* omittunt, ac legunt: *et invasit Apolloniam et cepit.*—20 Lipsius conj. *scite*, improbante Kappio. Mox *et* ante *qua ratione* Torrenius delevit Tuctoritate codd.—21 Post *Hannibalem* intrusum erat vocabulum *senatus*, quod aorrenius jubentibus plerisque codd. Vet. et Mog. recte expunxit.—22 Ita Pighius ex omnibus suis codd. itaque unus Brand. et Vet. *ubi concordia inest* in pluribus codd. Torren. *ubi concordia non est* Aldus; *non* additum erat etiam in Copes. manu secunda; unus et alter *nisi;* Torrenius conj. *ubi concordia non est,*

NOTÆ

[e] *Hostes invasit*] Cæsa hostium 30. millia, capta quatuor, et 97. signa militaria.

[f] *Aquiloniam cepit*] Dum Consul victorem exercitum in castra recipit, hinc Volumnius castra diripit hostium; inde Cornelius urbem invadit. Ipse primus pergit ad portam: sequuntur alii, factaque testudine in urbem irrumpunt; domus a milite direptæ, tectisque ignis injectus.

* An. M. 3761. Ol. 121. 4. Urb. C. 460. Ant. Ch. 292.

senatus cum ob nimis aspere actam censuram a Cn. Bæbio tribuno plebis pro Rostris agerentur rei, causæ dictione decreto suo liberavit; vacuum omnis judicii metu eum honorem reddendo, qui exigere debet rationem, non reddere.‡ Par illa sapientia senatus, qua[24] Ti. Gracchum tribunum plebis Agrariam legem promulgare ausum, morte mulctavit.* Idem 'ut secundum legem ejus[h] per triumviros ager populo viritim divideretur,' egregie censuit; siquidem gravissimæ seditionis eodem tempore et auctorem et causam sustulit.

Quam deinde[25] se prudenter in rege Masinissa gessit! Nam cum promtissima et fidelissima ejus opera adversus Carthaginienses usus esset, eumque in dilatando regno avidiorem cerneret; 'legem ferri' jussit, 'qua[26] Masinissæ ab imperio populi Romani solutam libertatem tribueret.'† Quo facto cum optime meriti benevolentiam retinuit, tum Mauritaniæ et Numidiæ, ceterarumque illius tractus gentium nunquam fida pace quiescentem feritatem a valvis suis repulit.[e]

[e] *Perfecit, ut gentes barbaræ Mauritaniæ, Numidiæ, et illarum regionum nunquam diuturnam pacem servantes, Romam querelas sæpe non deferrent.*

improbante Kappio.—23 Ita ex Brand. aliisque fere omnibus Mss. ediderunt Vorstius et Torrenius, nec aliter est in Vet. et omnibus ante Pighium editt. Contra Pighius, quem Colerus secutus est, ex Susiano aliisque edidit: *quam e contrariis castris utrique certior, &c.* i. e. Hostes ipsi, contra quos proficiscuntur, imperatoribus non tam infesti sunt, quam ipsi inter se. Harl. Barb. 2. et Leid. 4. habent *utrique;* ceteri *uterque;* præpositionem *e* nullus. —24 Oeto codd. Torren. Copes. Vet. Venett. Mediol. Aldd. Ascens. Colin. Gryph. et Steph. delent *qua,* quod tamen exhibet Mog.—25 Perizonius legit *denique;* 'et sane,' inquit, 'videtur ita in codice a pr. m. fuisse; apparet enim *deni;* adjecta adhuc fuit una litera haud dubie, quæ erasa erat a m. sec.' Fallitur V. D. nam quod ille pro *deni* accipiebat legendum erat *dein,* vel *deinde.*—26 Idem Perizonius legi jussit *quæ.*—27 Mog. Mediol.

NOTÆ

[g] *Claudium Neronem et Livium Salinatorem*] Consule lib. II. c. 9. n. 6.

† An. M. 3847. Ol. 143. 2. Urb. C. 546. Ant. Ch. 206.

‡ An. M. 3850. Ol. 144. 1. Urb. C. 549. Ant. Ch. 203.

* An. M. 3921. Ol. 161. 4. Urb. C. 620. Ant. Ch. 132.

[h] *Secundum legem ejus*] Ti. enim Gracchus legem tulerat, ut ager a Triumviris divideretur. Vide lib. I. c. 4. num. 2. De Masinissa lib. I. c. 1. Ext. n. 2.

† An. M. 3853. Ol. 144. 4. Urb. C. 552. Ant. Ch. 200.

EXTERNA.

1. Tempus deficiet domestica narrantem:[27] quoniam imperium nostrum non tam robore corporum, quam animorum vigore incrementum ac tutelam sui comprehendit. Majore itaque ex parte Romana prudentia in admiratione tacita reponatur, alienigenisque hujus generis exemplis detur aditus. Socrates humanæ sapientiæ quasi quoddam terrestre oraculum, 'nihil ultra petendum a Diis immortalibus' arbitrabatur, 'quam ut bona tribuerent; quia ii demum scirent quid unicuique esset utile: nos autem plerumque id votis expetere,[28] quod non impetrasse melius foret.' Etenim densissimis tenebris involuta mortalium mens, in quam late patentes errores[29] cæcas precationes tuas spargis! Divitias appetis, quæ multis exitio fuerunt: honores concupiscis, qui complures pessumdederunt:[30] regna tecum ipsa volvis,[f] quorum exitus sæpenumero miserabiles cernuntur: splendidis conjugiis injicis manus,[g] at hæc ut aliquando illustrant, ita nonnunquam funditus domos evertunt. Desine igitur stulta futuris malorum tuorum causis, quasi felicissimis rebus, inhiare, teque totam cœlestium arbitrio permitte: quia qui tribuere bona ex facili solent, etiam eligere aptissime[31] possunt.‡

Idem 'expedita et compendiaria via eos ad gloriam pervenire' dicebat, 'qui id agerent, ut quales videri vellent, tales etiam essent.' Qua quidem prædicatione aperte mo-

[f] *Meditaris quomodo regiam potestatem habere possis.*
[g] *Ardenter appetis splendida conjugia.*

Leidd. 1. 6. Ultraj. 2. Copes. et Barb. 2. *narranti.*—28 Leid. 4. et Vet. *expeteremus;* Medic. 1. 2. *expetimus;* Ultraj. 1. *expetere solemus;* Ultraj. 2. *expetere scimus.*—29 Complures codd. Torren. cum edd. vett. *late patentem errorem;* Copes. *parentem.* Mox *tuas* Vorstius et Torrenius tacite omiserunt, forte operarum errore.—30 In ed. Torreniana vitiose *pessundederant.*—31 Vet. et Ald. *aptissima;* quod Pighius et alii retinuerunt: verum *aptissime* habent Brand. 1. 2. et octo codd. Torren. cum Mog. Venett. Mediol. Chalc. Herbip.

NOTÆ

‡ An. M. 3650. Ol. 94. 1. Urb. C. 349. Ant. Ch. 403.

nebat, ut homines ipsam potius virtutem haurirent,[32] quam umbram ejus consectarentur. Idem ab adolescentulo quodam consultus, 'utrum[33] uxorem duceret, an se omni matrimonio abstineret,' respondit, 'utrum eorum fecisset,[34] acturum pœnitentiam. Hic te,' inquit, 'solitudo, hic orbitas, hic generis interitus, hic hæres alienus excipiet: illic[35] perpetua solicitudo, contextus querelarum, dotis exprobratio, affinium grave supercilium,[h] garrula socrus lingua, subsessor alieni matrimonii,[i] incertus liberorum eventus.'[36] Non passus est juvenem in contextu rerum asperarum, quasi lætæ materiæ facere delectum.[j]

Idem cum Atheniensium scelerata dementia tristem de capite ejus sententiam tulisset, fortique animo et constanti vultu potionem veneni e manu carnificis[37] accepisset, admoto jam labris poculo, uxori Xanthippæ[i] inter fletum et lamentationem vociferanti innocentem eum periturum;[38] j

[h] *Affinium nimia severitas.*
[i] *Insidiator matrimonii alieni.*
[j] *Sicque dum juvenem admonet utrimque res asperas imminere; fecit ut non eligeret, quasi ex utraque parte res prosperæ futuræ essent.*

et Ascens. pro quo Copes. habet *optime*, et *ex facili* omittit.—32 'Bene revocavit Torrenius auctoritate duodecim Mss. et omnium editionum ante Pighium, qui *haurirent* expunxerat.' *Kapp.*—33 Pighius *utrum* expunxit, quod vero restituit Vorstius jubentibus fere omnibus codd. et edd. vett. 'Mox *omni* exhibent Mediol. et Ascens. quod revocavit Pighius, cum Aldus edidisset *omnino;* ut extat in Harl. Leid. tert. Ultraj. prim. Sed Leid. quint. habet *omnium* cum Mog. Torrenio non displicet *omnino.*—34 Ascens. Aldus et reliqui ediderant, *utrum utrum horum fecisset.* Sed *utrum eorum* correxit Pighius consentientibus Mss. atque Mog. et Mediol. Ven. habet *utrum horum.*—35 'Pauculi Mss. ubique hoc loco habent *hinc*, et postea, *illinc*, quomodo edebatur ante Pighium. Notandum autem etiam *hic* referri ad remotius, *illic* ad proximum more Valerii, quod alibi sæpe perperam Pighium vidimus mutasse.' *Torren.*—36 Vorstius conj. *proventus.*—37 Copes. Medic. 1. 2. et Leid. 1. habent *de manu carnificis*, quas tres voces Leid. 4. omittit. *de manu* Torrenio non spernendum videtur. Mox octo codd. Torren. cum Mog. *uxore Xanthippe ... vociferante.*—38 Ita Torrenius edidit auctoritate quatuordecim codd. et Mog. quibuscum facit Vet. Ceteri ediderunt

NOTÆ

[i] *Xanthippæ*] Socrati duæ fuerant uxores, Xanthippe et Myrtho.

[j] *Innocentem eum periturum*] Vix venenum ebiberat Socrates, cum populum illius mortis pœnituit, indicitur publicus mœror, clauduntur officinæ et gymnasia, fit impetus in accusatores; alii occisi, fugati alii; æreaque statua, Lysippi opus, Socrati erigitur.

'Quid ergo,' inquit, 'nocenti mihi mori satius esse duxisti?' immensam[39] illam sapientiam, quæ ne in ipso quidem vitæ excessu oblivisci sui potuit!*

2. Age quam prudenter Solon, 'neminem,[40] dum adhuc viveret, beatum dici debere'[k] arbitrabatur: 'quod ad ultimum usque fati diem ancipiti fortunæ subjecti essemus.' Felicitatis igitur humanæ appellationem rogus consummat, qui se incursui[41] malorum objicit.[k] Idem cum ex amicis quendam graviter mœrentem videret, in arcem perduxit, hortatusque est, 'ut per omnes subjectorum ædificiorum partes oculos circumferret.' Quod ut factum animadvertit, 'Cogita nunc tecum,' inquit, 'quam multi luctus sub his tectis et olim fuerint, hodieque versentur, insequentibusque sæculis sint habitaturi:[42] ac mitte mortalium incommoda tanquam propria deflere.' Qua consolatione demonstravit, urbes esse humanarum cladium consepta miseranda.[43] † Idem aiebat, 'si in unum locum cuncti mala sua contulissent, futurum, ut propria deportare domum, quam ex communi[44] miseriarum acervo portionem suam ferre mallent.' Quo colligebat, non oportere nos, quæ fortuito

[k] *Mors felicitatem humanam perfectam reddit, quia impedit ne mala incurrant.*

perimi; Copes. *moriturum.*—39 Particulam exclamandi *O* ante *immensam,* quod habent Aldd. Colin. Gryph. Steph. Pigh. aliæ, Torrenius delevit jubentibus fere omnibus codd. et Vet. et Mog.—40 Copes. *qui neminem,* quod Perizonius malit; sed alii omnes codd. *qui* omittunt.—41 Ita omnes fere codd. Torren. Brand. 1. 2. et Mog. *in cursu* Mediol. 3. ut legebat Glareanus; *incursu* Aldd. &c.—42 Multi Mss. *et insequentibus seculis sint habituri;* unus *habendi;* uterque Med. cum Copes. *sint futuri;* Ultraj. prim. et Vet. *inque sequentibus seculis;* et ita ex Mss. malebant Klokkius et Lipsius. Paulo post Barb. 1. et Copes. *ac omitte.*—43 Aliquot codd. Torren. *conserta miseranda.*—

NOTÆ

* An. M. 3654. Ol. 95. 1. Urb. C. 353. Ant. Ch. 399.

[k] *Beatum dici debere*] Cum in Lydiam ad Crœsum venisset, ex eo Crœsus quæsiisse fertur, num quenquam se beatiorem unquam vidisset? Ille respondit, Talem quendam, qui pro patria una cum filiis occubuerat. Tum Crœsus: 'Nonne beatus,' inquit, 'tibi videor?' Cui Solon: 'Felicem te judico, beatum omnino negaverim; beatum enim dicimus, qui ad extremum usque diem in felicitate permanserit.'

† An. M. 3488. Ol. 53. 3. Urb. C. 187. Ant. Ch. 565.

patiamur,[45] præcipuæ et intolerabilis amaritudinis judicare.[l]

3. Bias autem, cum patriam ejus Prienem hostes invasissent, omnibus, quos modo sævitia belli incolumes abire passa fuerat, pretiosarum rerum pondere onustis fugientibus, interrogatus, 'quod ita nihil ex bonis suis secum ferret:' 'Ego vero,' inquit, 'bona mea mecum porto.'‡ Pectore enim illa gestabat, non humeris: nec[46] oculis visenda, sed æstimanda animo. Quæ domicilio mentis inclusa,[47] nec mortalium nec Deorum manibus labefactari queunt; et ut manentibus præsto sunt, ita fugientes non deserunt.

4. Jam Platonis, verbis astricta,[m] sed sensu prævalens sententia. Qui 'tum demum beatum terrarum orbem futurum' prædicavit, 'cum aut sapientes regnare, aut reges sapere cœpissent.'*

5. Rex etiam ille subtilis judicii,[48] quem ferunt traditum sibi diadema priusquam capiti imponeret, retentum diu considerasse, ac dixisse: 'O nobilem magis quam felicem pannum! quem si quis penitus cognoscat, quam multis solicitudinibus, et periculis, et miseriis sit refertus, ne humi quidem jacentem tollere vellet.'[49]

6. Quid, Xenocratis responsum, quam laudabile! cum maledico sermoni quorundam summo silentio interesset, uno ex his quærente, 'cur solus ita[50] linguam suam cohi-

[l] *Non oportere nos judicare, quæ fortuito patimur, esse intolerabilia, et sine summo animi mœrore ferri non posse.*

[m] *Jam Platonis sententia, paucis verbis comprehensa.*

44 Pro *communi* quidam editi *omni*.—45 Pighius maluit: *quæ fortuito patimur;* quem Colerus et Thysius sunt secuti. Porro pro *fortuito* Lipsius legendum putat *sortito*. Omnes codd. Torren. *patiamur;* et sic Mog. Ven. Mediol. Ascens. Aldus, Colin. sed Gryph. et Steph. *patiebamur*. Ultraj. 1. habet etiam *fortuitu*, ut est in Mog. et Mediol.—46 Ita Torrenius ex ed. Mog. et decem Mss. edidit, quibuscum facit Vet. Alii *non*. Medic. 2. *videnda*.—47 Copes. *in domicilio inclusa*.—48 Copes. *ingenii*.—49 Medic. 1. *nec humi jacentem tollere velit;* quod Torrenio non displicet.—50 Vox *ita* in plurimis codd.

NOTÆ

‡ An. M. 3484. Ol. 52. 3. Urb. C. 183. Ant. Ch. 569.

* An. M. 3680. Ol. 101. 3. Urb. C. 379. Ant. Ch. 373.

beret:' 'Quia dixisse[l] me,' inquit, 'aliquando pœnituit, tacuisse nunquam.'†

7. Aristophanis quoque altioris est prudentiæ præceptum: qui in comœdia introduxit remissum ab Inferis Atheniensem Periclem, vaticinantem[m] 'non oportere in urbe nutriri leonem: sin autem sit alitus, obsequi ei convenire.'[51] ‡ Monet enim, ut præcipuæ nobilitatis et concitati ingenii juvenes refrænentur: nimio vero favore ac profusa indulgentia pasti, quo minus potentiam obtineant, ne impediantur; quod stultum sit et inutile, eas obtrectare vires, quas ipse foveris.[n]

8. Mirifice etiam Thales; nam interrogatus 'an facta hominum Deos fallerent:' 'Nec cogitata,' inquit.* Ut non solum manus, sed etiam mentes puras habere vellemus; cum secretis cogitationibus nostris cœleste numen adesse credidissemus.[52]

9. Ac[53] ne quod sequitur quidem minus sapiens. Unicæ filiæ pater Themistoclem consulebat, 'utrum eam pauperi,

[n] *Adolescentes vero nimia indulgentia educati, ne impediantur quominus dignitatem summam acquirant; quod stultum sit et inutile iis viribus resistere, quas ipse foveris.*

et edd. ante Pighium desideratur.—51 'Interpretes ad unum omnes observarunt, hæc verba ab Aristophane non tribui Pericli, sed Æschylo, qui Alcibiadem respicit. Nec codd. juvant, qui vel *Atheniensem Periclem*, vel *Atheniensium Periclem* legunt. Pighius more suo de sciolorum temeritate et impudentia queritur, qui nomen proprium hoc loco, ut alibi, depravarint; Vorstius Valerium hic iterum dormitasse cum aliis credit. Vet. habet; *Atheniensium principem peridem;* unde suspicio oriri potest Valerium scripsisse: *Atheniensium principem;* quem cum glossator aliquis accuratius definire vellet, eum Periclem fuisse falso existimavit; (nam *periden* ex *periclen* ortum est, frequenti varietate inter *cl* et *d*,) ejusque glossa deinde in alios libros irrepsit. Verum nihil certi.' *Kapp.*—52 Medic. 1. 2. *crederemus.*—53 *At* in

NOTÆ

[l] *Quia dixisse*] Id Simonidi tribuit Plutarchus.

† An. M. 3715. Ol. 110. 2. Urb. C. 414. Ant. Ch. 338.

[m] *Periclem, vaticinantem*] Aristophanes in Ranis Æschylo hanc sententiam ascribit, quam his verbis expressit Erasmus: 'Catulum ne alas in Republica, Ac maxime leonem ne alas ibi; Quod si quis alitus, obsequendum moribus.'

‡ An. M. 3626. Ol. 88. 1. Urb. C. 325. Ant. Ch. 427.

* An. M. 3415. Ol. 35. 2. Urb. C. 114. Ant. Ch. 638.

sed ornato; an locupleti, sed[54] parum probato, collocaret.' Cui is, 'Malo,' inquit, 'virum pecunia, quam pecuniam viro indigentem.' Quo dicto stultum monuit, ut generum potius, quam divitias generi legeret.†

10. Age, Philippi quam probabilis epistola, in qua Alexandrum quorundam Macedonum benevolentiam largitione ad se attrahere conatum sic increpuit: 'Quæ te, fili, ratio in hanc tam vanam spem induxit, ut eos tibi fideles futuros existimares, quos pecunia ad amorem tui compulisses? a caritate istud præstatur.'‡ At vero ante Philippus[55] majore ex parte mercator Græciæ, quam victor.

11. Aristoteles autem Callisthenem[n] auditorem suum ad Alexandrum dimittens[56] monuit, 'ut cum eo aut rarissime, aut quam jucundissime loqueretur: quo scilicet apud regias aures vel silentio tutior, vel sermone esset acceptior.' At ille dum Alexandrum Macedonem Persica[57] salutatione gaudentem objurgat, et ad Macedonicos[58] mores invitum revocare benevole perseverat, spiritu ca-

multis codd. Torren. ut sæpe alibi.—54 Conjunctionem *sed* omittunt undecim codd. Torren. et Vet. et sic edidit Pighius.—55 'Ita cum Aldo edidit Pighius, nullam ex Mss. suis variam lectionem afferens, cum tamen codd. hic adeo varient. Copes. Dan. Brand. uterque, plures Torrenii, Vet. pro *præstatur* habent *pater*. Et pro *At vero ante* vel *avus ejus rex*, ut Copes. vel *avus* ut Brand. vel *avus. o.* ut alter Brand. vel *at vero avus ejus*, vel *at vero avus*, vel *et avus*, vel *quoque et avus*, vel *avus vero*. Unde Colerus conjicit: *A caritate istud. Pater vero Philippus*, quam conjecturam Vorstius probat; Perizonius vero inter alia: *ad amorem tui compulisses ac caritatem. Istud pater ejus Philippus*. Et sic Torrenius Valerium scripsisse credit.' *Kapp.*—56 Plerique codd. Torren. *mittens*. Mox *ut* deest in Dan. Copes. uno Brand. et paucis aliis. Quidam habent *cum eo ut nunquam, aut rarissime:* item, *aut raro: quam rarissime* habent editiones ante Pighium, sed paucissimi codd.—57 Hanc lect. codd. et antiquis edd. firmatam, revocavit Torren. cum Pighius dedisset, *Persica Macedonum:* Ultraj. 1. delet *Macedonem*, et postea habet *salutatione Macedonica;* Ultraj. 2. cum Pighio legit *Macedonum;* sed Medic. 1. et Leid. 2. *Persica Macedonem;* ceteri, *Macedonem Persica*.—58 Sic bene reposuit Vorstius pro Pighiano *majorum*. Mox idem *benevole* revocavit, quod Pighius contradicentibus libris expunxerat. Deinde pro *salubris* Bitur.

NOTÆ

† An. M. 3577. Ol. 75. 4. Urb. C. 276. Ant. Ch. 476.

‡ An. M. 3776. Ol. 125. 3. Urb. C. 475. Ant. Ch. 277.

[n] *Callisthenem*] Genere Olynthium, Aristotelis affinem, virum summa dicendi facultate præditum.

rere jussus,° seram neglecti salubris consilii pœnitentiam egit.*

Idem Aristoteles 'de semet ipso in neutram partem loqui debere' prædicabat: 'quoniam laudare se, vani; vituperare, stulti esset.'[59] Ejusdem est[60] utilissimum præceptum, 'ut voluptates abeuntes consideremus:' quas quidem sic ostendendo minuit. Fessas enim, pœnitentiæque plenas, animis nostris subjecit,[61] quo minus cupide repetantur.

12. Nec parum prudenter Anaxagoras interroganti cuidam, 'quisnam esset beatus,' 'Nemo,' inquit, 'ex his quos tu felices existimas; sed eum in illo numero reperies, qui a te ex miseriis[62] constare creditur.'† Non erit ille divitiis et honoribus abundans; sed aut exigui ruris, aut non ambitiosæ doctrinæ fidelis ac pertinax cultor: in recessu[63] quam in fronte beatior.

1. habet *salutaris.*—59 Copes. *vituperare autem s. est.*—60 Deest *est* in Leid. 6. pro quo Leid. 2. habet *et.*—61 Aliquot codd. cum Vet. *subjicit*, quod non improbat Torrenius.—62 Cum in ed. Pighii errore operarum typographicarum expressum esset *ex miseris*, Colerus id retinuit, satisque habuit in Notis adjicere, quod Dan. habeat *ex miseriis;* sed et Thysius *ex miseris* in suam editionem transtulit: *ex miseriis* omnes veteres typis expressi habent, et Braud. 1. 2. Codd. Torrenii pari fere numero *miseris* et *miseriis;* hoc vero Harl. Bit. prim. Leid. sec. quint. et uterque Ultraj. sed Med. primus, *qui a*

NOTÆ

° *Spiritu carere jussus*] Tam multa multi de cæde Callisthenis scripserunt, ut cui famæ, quibusve scriptis assentiar, non habeam. Quare satius visum est, quæ quisque de illo scripserit, breviter hic apponere. Dum adorari se vellet Alexander, idque suaderent Agis poëtaster Argivus, Cleo Siculus, et Anaxarchus Sophista, qui Herculem, Liberum, et Castorem novo Deo cessuros jactitabant: orationem Anaxarchi Callisthenes refutavit, eoque nomine invisus Alexandro, Hermolai conjurationis falso insimulatur; vinctusque compedibus aliquanto post morbo decessit, ex Aristobulo apud Arrianum. Tortus, et deinde suspensus, ex Ptolemæo apud eundem. Septem menses in vinculis custoditus morbo pediculari periit, ex Charete apud Plutarchum. Cavea ferrea circumductus, pædore ac squalore obsitus, tandem leoni objectus est, ex Laërtio. Truncatis membris omnibus, abscissisque auribus, naso, et labiis, cum cane in cavea inclusus, ad metum ceterorum circumductus est, ex Justino.

* An. M. 3720. Ol. 111. 3. Urb. C. 419. Ant. Ch. 333.

† An. M. 3585. Ol. 77. 4. Urb. C. 284. Ant. Ch. 468.

13. Demadis[p] quoque dictum sapiens.[64] nolentibus enim Atheniensibus divinos honores Alexandro decernere, 'Videte,' inquit, 'ne dum cœlum custoditis, terram amittatis.' ‡

14. Quam porro subtiliter Anacharsis[q] 'leges aranearum telis' comparabat: 'nam ut illas infirmiora animalia retinere, valentiora transmittere,[65] ita his humiles et pauperes constringi, divites et præpotentes non alligari.'[66] *

15. Nihil etiam Agesilai facto sapientius: siquidem[67] cum adversus rempublicam Lacedæmoniorum conspirationem ortam[r] noctu comperisset, leges Lycurgi continuo abrogavit, quæ de indemnatis supplicium sumi vetabant. Comprehensis autem et interfectis sontibus, easdem[68] e vestigio restituit. Atque utrumque simul providit,[69] ne salutaris animadversio vel injusta esset, vel jure impediretur.† Itaque ut[70] semper esse possent, aliquando non fuerunt.

16. Sed nescio an Hannonis excellentissimæ[71] prudentiæ

te miser creditur.—63 Pighius edidit *in secessu* cum vetustioribus. Sed in margine notavit pro v. l. *recessu*, quod recepit Colerus et deinceps secuti editores. Codd. Torrenii partim *secessu*, partim *successu* habent.—64 Medic. 1. 2. et Ultraj. 2. *quam sapiens.* Mox Vet. pro *cœlum* habet *cœlos.*—65 Ita edidit Pighius. Et suffragantur codices Brand. Aldus sic, *Nam ut illis infirmiora retineri; valentiora transmitti;* sententia plane eadem. Quod Pighius edidit, longe plures firmant codd. Torren.—66 'Pighius et Colerus ediderunt *alligari videmus:* minus recte: *videmus* glossa est, et in solo Camp. extat, ceteri omnes recte omittunt. Cur vero Vorstius et Torrenius *præpotentes* in *potentes*, nulla addita ratione, et sine libris, mutaverint, nescio.' *Kapp.* Pro glossa in Copes. additur *aiebat;* in Leid. 5. *dicebat.*—67 In Copes. pro *siquidem* est *nam.*—68 Copes. Ultraj. 1. Barb. 1. 2. et Leid. 2. cum Vet. delent τὸ *easdem.*—69 Bitur. 1. et Leid. 4. *utrimque providit.*—70 Nonnulli codd. Torren. *Ita ut.*—71 'Sic Torrenius pro Pighiano *excellentioris* recte restituit,

NOTÆ

[p] *Demadis*] Orator Atheniensis jussu Antipatri occisus dicitur.

‡ An. M. 3728. Ol. 103. 3. Urb. C. 427. Ant. Ch. 325.

[q] *Anacharsis*] Scytha, qui Solonem Athenas invisit; eum a fratre sagitta ideo confossum refert Laërtius, quod Atheniensium leges Scythis præscribere vellet.

* An. M. 3462. Ol. 47. 1. Urb. C. 161. Ant. Ch. 591.

[r] *Conspirationem ortam*] Longe aliter Plutarchus, qui conjurationis nusquam meminit: Spartæ, cum lege cautum esset, ne quis ex acie fugeret, multique ex Leuctrica pugna fugissent, Agesilaus eos, ne qui patriam deinde armis tutarentur non essent, capitis pœna liberavit.

† An. M. 3683. Ol. 102. 2. Urb. C. 382. Ant. Ch. 370.

consilium. Magone enim Cannensis pugnæ exitum senatui Pœnorum nuntiante, inque tanti successus fidem annulos aureos trium modiorum [s] mensuram explentes fundente,[72] qui interfectis nostris civibus detracti erant, quæsivit 'an aliquis sociorum [t] post tantam cladem a Romanis [73] defecisset:' atque ut audivit neminem ad Hannibalem transisse, suasit protinus 'ut legati Romam, per quos de pace ageretur, mitterentur.'‡ Cujus si sententia valuisset, neque secundo Punico bello victa Carthago, neque tertio deleta foret.

17. Ne Samnites quidem parvas pœnas consimilis erroris pependerunt, quod Herennii Pontii [u] salutare consilium neglexerunt: qui auctoritate et prudentia ceteros præstans, ab exercitu et ejus duce filio suo consultus, 'quidnam fieri de legionibus Romanis apud Furcas Caudinas inclusis deberet, inviolatas dimittendas' respondit. Postero die eadem de re interrogatus, 'deleri eas oportere' dixit: ut aut maximo beneficio gratia hostium emeretur, aut gravissima jactura vires confringerentur. Sed improvida temeritas victorum, dum utramque partem spernit utilitatis, sub jugum missas in perniciem suam accendit.*

jubentibus omnibus Mss. quibuscum facit etiam Vet. Nec consilium Hannonis tantum excellentius est consilio Agesilai, ut Pighius existimavit, sed excellit inter omnia jam memorata.' *Kapp.*—72 Codd. Torren. et editt. ante Pighium ita habent, non vero *effundente*, quare Torrenius simplex revocavit. —73 Copes. omittit, *a Romanis*.—74 Copes. tres Leidd. Ultraj. 1. 2. Barb.

NOTÆ

[s] *Trium modiorum*] Ita etiam Eutropius et Orosius; duos modios habet Florus, nonnulli dimidium supra tres modios explesse volunt: tenuit fama, quæ propior vero est, haud plus fuisse modio.

[t] *Aliquis sociorum*] Quæsivit ecquis Latini nominis populus defecerit? deinde ecquis homo ex 35. tribubus ad Hannibalem fugerit? cum utrumque Hanno negasset, subjecit ecquos legatos ad Hannibalem Romani miserint de pace? cum id quoque negasset: 'bellum igitur,' inquit, 'tam integrum habemus, quam habuimus, qua die Hannibal in Italiam est transgressus.' Hæc Livius.

‡ An. M. 3838. Ol. 141. 1. Urb. C. 537. Ant. Ch. 215.

[u] *Herennii Pontii*] De clade ad Furcas Caudinas jam egimus.

* An. M. 3733. Ol. 114. 4. Urb. C. 432. Ant. Ch. 320.

18. Multis et magnis sapientiæ exemplis parvulum adjiciam. Cretenses[74] cum acerbissima execratione adversus eos, quos vehementer oderunt, uti volunt, 'ut mala consuetudine delectentur,' optant; modestoque voti genere efficacissimum ultionis eventum reperiunt. Inutiliter enim aliquid concupiscere, et in eo perseveranter morari, exitio ea[75] vicina dulcedo est.

1. 2. Bitur. 1. Vet. et Venet. *Cretes*, terminatione Græca, ut apud Cic. pro Mur. cap. 35.—75 Ita novem codd. Torren. Pronomen *ea* expunxit Pighius: Barb. 2. *immorari exitio ea, &c.*

CAP. III.

DE VAFRE DICTIS AUT FACTIS.

A ROMANIS.

1 Antistite templi Dianæ.
2 L. Junio Bruto.
3 P. Scipione Africano majore.
4 Q. Fabio Labeone.
5 M. Antonio oratore.
6 Q. Sertorio.
7 Q. Fabio Max. Verrucosso.
8 M. Volusio Saturnino ædil. pleb.
9 Sentio Saturnino.
10 Patre quodam.

AB EXTERNIS.

1 Alexandro Magno et quodam asinario.
2 Darii regis equisone.
3 Biante Prienensi.
4 Anaximene.
5 Demosthene oratore.
6 Quodam Atheniensi.
7 Hannibale Gisgonis F. Pœno.
8 Hannibale Hamilcaris F. Pœno.
9 Tusculanis.
10 Tullo Attio, Voscorum duce.

Est aliud factorum dictorumque genus a sapientia proximo deflexu ad vafritiæ[1] nomen progressum: quod nisi fallacia[2] vires assumserit, fidem propositi non invenit:[a] laudemque occulto magis tramite, quam aperta via petit.

[a] *Est aliud genus factorum dictorumque, quod a sapientia quidem procedit; sed ad vafre dicti aut facti appellationem deflectit: quod genus nisi cum fallacia conjunctum sit, non assequitur quod sibi proposuit.*

1 Hoc a Vorstio est. '*vafer* habet Ultraj. prim. *vafrie* Cop. Harl. Leid. tert. et quart. *vafre*, reliqui. Quod si linea transversa *vafrie* notetur, plane est, quod Vorstius dedit *vafritiæ:* sic enim passim occurrit *græ* pro *gratiæ*, et similia alia. Itaque hoc retinendum censui.' *Torren.*—2 Perizon. legit

1. Ser. Tullio regnante, cuidam patrifamiliæ[3] in agro Sabino præcipuæ magnitudinis et eximiæ formæ vacca nata est. Quam oraculorum certissimi auctores 'in hoc a Diis immortalibus editam' responderunt, 'ut quisquis eam Aventiniensi[4] Dianæ[a] immolasset, ejus patria totius terrarum orbis imperium obtineret.' Lætus eo dominus, bovem, cum summa festinatione Romam actam,[5] in Aventino ante aram Dianæ constituit, sacrificio Sabinis regimen humani generis daturus. De qua re antistes templi certior factus, religionem hospiti intulit,[b] ne prius victimam cæderet,[6][b] quam proximi amnis aqua se[7] abluisset. Eoque alveum Tiberis petente, vaccam ipse immolavit, et urbem nostram tot civitatum, tot gentium dominam,[8] pio sacrificii furto reddidit.*

2. Quo in genere acuminis in primis Junius Brutus referendus est.[9] Nam cum a rege Tarquinio, avunculo suo,[c] omnem nobilitatis indolem excerpi,[c] interque ceteros etiam

[b] *Injecit hospiti scrupulum.*
[c] *Nobilissimos quosque juvenes interfici.*

fallaciæ, quod habent Medic. 1. 2. Mediol. 3. et Ascens. ceteræ edd. cum codd. Torren. *fallacia* retinent: Torrenius conj. *a fallacia.* Mox pro *fidem*, Pighius notavit in margine, diversam lectionem esse *finem*, quod est in solo Bitur. 1.—3 Dan. *patritiæ familiæ;* et sic decem codd. Torren. et Vet. pro quo Leid. 5. habet *patrie;* edd. vett. *patrifamilias:* lect. nostra est a Colero, probante Torrenio.—4 Sic omnes fere codd. Torren. et Pighiani; *Aventinensi* Aldd. Colin. Gryph. et Steph.—5 *Romam actam mactandam* edd. ante Pigh. cum nonnullis codd. Torren. panci habent: *bovem summa f. mactandam Romæ in A. ante, &c.* Venett. *Romam mactandam in, &c.* Mox *regnum* pro *regimen* in Copes.—6 Ultraj. 2. *victima cæderetur.*—7 Ita Pighius ex Cauch. nec aliter Leid. 5. Bitur. 1. et Ascens. *proximam aquam* Atreb. *proxima manus aqua* in aliis Pighianis; *proxima se aqua* Aldd. et Copes. probante Perizonio; *proxima aqua* decem codd. Torreniani.—8 Copes. una voce auctius: *tot gentium nobilem dominam.*—9 Edd. vett. cum nonnullis codd. non habent τὸ *est.*

NOTÆ

[a] *Aventiniensi Dianæ*] Cujus templum erat in Aventino monte.

[b] *Ne prius victimam*] 'Quidnam tu hospes paras,' inquit, 'inceste Dianæ sacrificium facere, quin tu ante vivo perfunderis flumine? infima valle perfluit Tiberis.'

* An. M. 3486. Ol. 53. 1. Urb. C. 185. Ant. Ch. 567.

[c] *Avunculo suo*] Tarquinia enim sorore Regis natus erat.

fratrem suum, quod vegetioris ingenii erat,[10] interfectum animadverteret, obtusi se cordis[d] esse simulavit, eaque fallacia maximas virtutes suas texit. Profectus etiam Delphos cum Tarquinii filiis, quos is ad Apollinem[e] Pythium muneribus sacrificiisque[11] honorandum miserat, aurum Deo nomine doni clam cavato baculo inclusum tulit: quia timebat ne sibi cœleste numen aperta liberalitate[12] venerari tutum non esset. Peractis deinde mandatis patris, Apollinem juvenes consuluerunt, 'quisnam ex ipsis Romæ regnaturus videretur.' At is, 'penes eum summam urbis nostræ potestatem futuram,' respondit, 'qui ante omnes matri osculum[f] dedisset.' Tunc Brutus, perinde atque[13] casu prolapsus, de industria se abjecit, terramque, communem omnium matrem existimans, osculatus est.† Quod tam vafre telluri impressum osculum, Urbi libertatem, Bruto primum in fastis[14] locum tribuit.

3. Scipio quoque superior præsidium calliditatis amplexus est.[15] Ex Sicilia enim petens Africam, cum ex fortissimis peditibus Romanis trecentorum equitum numerum complere vellet, neque tam subito posset eos instruere, quod temporis angustiæ negabant, sagacitate consilii assecutus est. Namque ex iis 'juvenibus, quos secum ex tota Si-

—10 Leid. 5. *qui v. i. fuerat.* Deinde Copes. *adverteret;* et paulo post *obtunsi* in Dan.—11 Plerique codd. Torren. *et sacrificiis.* Mox Copes. *doni nomine;* Ultraj. 2. *doni causa,* deleto *nomine* et *clam.*—12 Copes. *libertate.*—13 Ultraj. 2. *perinde ac si.*—14 *Bruto proximum in fastis* Copes.—15 In eodem

NOTÆ

[d] *Obtusi se cordis*] Ex industria factus ad imitationem stultitiæ, cum se suaque Regi prædæ esse sineret; Bruti quoque haud abnuit cognomen.

[e] *Ad Apollinem*] Portentum terribile visum in regia; anguis ex columna lignea elapsus cum terrorem et fugam fecisset in regiam, ipsius Regis non tam subito pavore perculit pectus, quam anxiis implevit curis: quare Delphos mittere statuit; neque responsa sortium ulli alii committere ausus, duos filios Titum et Aruntem misit.

[f] *Matri osculum*] Tarquinii, ut Sextus, qui Romæ relictus fuerat, ignarus responsi, expersque imperii esset, rem summa ope taceri jubent; ipsi inter se, uter prior, cum Romam rediissent, matri osculum daret, sorti permittunt. Ita Livius.

† An. M. 3535. Ol. 65. 2. Urb. C. 234. Ant. Ch. 518.

cilia nobilissimos et ditissimos, sed inermes, habebat, trecentos[16] speciosa arma et electos equos quam celerrime expedire' jussit: velut eos continuo secum ad oppugnandam[17] Carthaginem avecturus. Qui cum imperio ut celeriter, ita longinqui et periculosi belli respectu solicitis animis paruissent: 'remittere se' Scipio 'illam expeditionem, si arma et equos militibus suis tradere voluissent,'[18] edixit. Rapuit conditionem[g] imbellis ac timida juventus, instrumentoque suo[19] cupide nostris cessit. Ergo calliditas ducis providit, ut, si quod protinus imperaretur, grave prius, deinde remisso militiæ metu maximum beneficium fieret.[20]‡

4. Quod sequitur narrandum est.[21] Q. Fabius Labeo,[h]

codice: *laudabiliter amplexus est.*—16 Edd. vett. *trecentos ad se vocatos;* verba *ad se vocatos* ejecit Pighius, improbante Perizonio; sed extant hæc in Barb. prim. in ceteris videntur deesse. Leid. sext. pro iis habet *cautus.* Notandum vero multos Mss. habere: *quos secum tota Sicilia nobilissimos et ditissimos, sed inermes, habebat,* deleto *ex.* Paulo post *electos* deest in Medic. 1. 2.—17 Ultraj. 1. 2. Copes. et Leid. 6. *ad oppugnandum;* edd. vett. cum Harl. *advecturus;* Leidd. 1. 6. Medic. 1. et Ultraj. 2. *annecturus;* Bitur. 1. *advecturos;* Medic. 2. *evecturas;* Ultraj. 1. omnes Pighiani, et reliqui Torren. *avecturus.* —18 Hanc lect. revocavit Torrenius auctoritate omnium ante Pighium editionum et duodecim codd. estque formula edictorum. Cf. II. 4. 2. Pighius dederat *traderent.*—19 Ita unus Brand. cum multis codd. Torren. *instrumentaque sua* alter Brand. cum Copes. Medic. 2. Barb. 1. Leid. 6. et Ultraj. 1. 2. —20 'Vereor ne hic locus glossis sit inquinatus. Ex Msto nihil præsidii, nisi forte quod pro *remisso* legit *remissum.* Sed tamen nihil hoc juvat. Primo exterenda *prius* et *deinde,* legendumque, *ut quod, si protinus imperaretur, grave,* (scil. fuisset) *remisso militiæ metu, maximum beneficium fieret.* Posset tamen etiam retineri *deinde: prius* forte ortum ex glossa *τοῦ protinus.* Et ita additum postea *deinde.* ex Msto posset legi: *ut si, quod* (pro *quia*) *protinus imperaretur grave prius,* (scil. fuit) *deinde remissum militiæ metu maximum beneficium fieret.*' Perizon. 'Harl. et Med. prim. habent *grato prius:* Leid. quart. et quint. *gravato prius:* prim. sec. tert. sept. Leid. Ultraj. sec. Med. sec. Barb. *gratum prius;* Bit. prim. *gravatum prius:* alii, *grave prius.* Quod autem in Copesiano est *remissum,* idem in octo aliis inveni: *prius* et *deinde* omnes Mss. retinent. An scripsit? *Ut quod, si protinus imperaretur, grave prorsus, deinde remisso militiæ metu maximum beneficium fieret.* Non satis me expedio.' *Torren.*—21 Sic Vet. Venett. et Mediol. itemque omnes codd. Torren. qui ita edidit. Aldd. Ascens. Colin. Gryph. Steph. &c. *narrandum*

NOTÆ

[g] *Rapuit conditionem*] Hoc attigimus superius.

‡ An. M. 3850. Ol. 144. 1. Urb. C. 549. Ant. Ch. 203.

[h] *Q. Fabius Labeo*] Fabii Cunctatoris nepos, vir eruditus, et Poëta, ut temporibus illis insignis, Consul anno Urbis 570.

arbiter a senatu finium constituendorum inter Nolanos et Neapolitanos[i] datus, cum in rem præsentem venisset, utrosque separatim monuit, 'ut, omissa cupiditate, regredi modo controverso, quam progredi mallent.'[d] [22] Idque cum utraque pars auctoritate viri mota fecisset, aliquantum[23] in medio vacui agri relictum est. Constitutis deinde finibus ut ipsi terminaverant, quicquid reliqui soli fuit, populo Romano adjudicavit. Ceterum etsi circumventi[24] Nolani ac Neapolitani queri nihil potuerunt, secundum ipsorum demonstrationem dicta[25] sententia; improbo tamen præstigiorum[26] genere novum civitati nostræ vectigal accessit. Eundem ferunt, cum a rege Antiocho, quem bello superaverat,[j] ex fœdere icto dimidiam partem navium accipere deberet, medias omnes secuisse, ut eum tota classe privaret.*

[d] *Monuit utrosque separatim, ut, abjecta cupiditate, a limite, de quo lis erat, regrederentur potius, quam ultra progrederentur.*

quoque est.—22 Ita Pighius ex quinque codd. Torreniani vero variant: Harl. et Leid. prim. *regredi modo quam progredi mallent:* Med. prim. Barb. sec. *regredi modo controversiam, quam;* reliqui *regredi modo controversia, quam progredi mallent;* et sic habent vetustiores Aldo editiones: Torren. conj. *regredi a modo controversi agri,* ut vox postrema per compendium scripta corruptioni locum dederit.—23 Copes. cum tribus aliis codd. Torren. *aliquantulum.*—24 Sic edidit Pighius, et habent hoc fere omnes Mss. cum Med. Sed Ven. cum Aldo Asc. Col. *et sic circumventi.* Gryph. et Steph. *etsi sic.*—25 Copes. et Leid. 1. *data* pro *dicta.*—26 Sic omnes fere codd. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. neque Pighius et Colerus mutarunt: Thysius tamen maluit *præstigiarum;* unus eod. Torren. *præstrigiorum;* alius ejusdem *præfigiorum.* Torrenius et Vorstius nihil mutandum putant.—27

NOTÆ

[i] *Neapolitanos*] Neapolis Campaniæ urbs clarissima secundum maris littus, a Cumana juventute condita, et Parthenope nuncupata: a Cumanis aliquanto post et eversa, et oraculi jussu restaurata, Neapolis dicta est.

[j] *Quem bello superaverat*] Antiochum a Fabio Labeone victum nusquam, nisi mea me fallit opinio, reperias. Prætor Labeo anno Urbis 564. classem et oram maritimam Græciæ sortitus est; at jam victo Antiocho nulla belli cum esset materies, trajecit in Cretam, ubi Romanos cives captivos redemit: unde a C. Manlio Pataram missus, Antiochi naves 50. quas ex fœdere retinere illi nefas erat, concidit, cremavitque; deinde Romam reversus Labeo, navalem triumphum obtinuit, cum nec bellum ullum gessisset, nec vicisset hostem. Hæc Livius ex Valerio Antiate.

* An. M. 3865. Ol. 147. 4. Urb. C. 564. Ant. Ch. 188.

5. Jam[27] M. Antonio remittendum convicium est: qui 'idcirco se' aiebat 'nullam orationem scripsisse, ut si quid superiore judicio actum, ei,[28] quem postea defensurus esset, nociturum foret, non dictum a se affirmare posset.' Qui facti[29] vix pudentis tolerabilem causam habuit. Pro periclitantium enim capite, non solum eloquentia sua uti, sed etiam verecundia[30] abuti, erat paratus.†

6. Sertorius vero, corporis robore atque animi consilio parem naturæ indulgentiam expertus, proscriptione Syllana dux Lusitanorum[k] fieri coactus, cum eos oratione flectere non posset, ne cum Romanis[31] universa acie confligere vellent, vafro consilio ad suam sententiam perduxit. Duos enim in conspectu eorum constituit equos, alterum validissimum, alterum infirmissimum:[32] ac deinde validi caudam ab imbecillo sene paulatim carpi, infirmi a juvene eximiarum virium universam convelli jussit. Obtemperatum imperio est. Sed dum adolescentis dextera irrito[33] se labore fatigat, senio confecta manus ministerium executa est. Tunc barbaræ concioni, quorsum ea res tenderet, cognoscere cupienti, subjecit: 'Equi caudæ[1] consimilem esse nostrum[34] exercitum, cujus partes aliquis aggrediens oppri-

Nam habent plures codd. et edd. ante Pighium: *quictum est* in Copes. unde Perizon. conj. *commentum;* sed librarius voluit *convicium*, ut in omnibus codd. Torren.—28 Copes. *superiori judicio actum esset, quod ei;* et paulo post, *dictum fuisse a se;* etiam Bitur. 2. *actum esset quod ei* exhibet.—29 Perizonio videbatur omnino legendum *Quia facti*, ut est in Vet. Copes. et Harl. *pudentis* extat in Mss. pluribus ac melioribus: ut et in edd. vetustissimis. Primus Aldus excudit *prudentis;* nam Ascensius *pudentis* retinuit.—30 Copes. *sua verecundia.*—31 Ita tredecim codd. Torren. et edd. ante Pighium, qui edidit *Romanorum,* improbantibus Torren. et Kapp.—32 Copes. et Medic. 1. 2. *validissimum unum, infirmissimum alterum;* ceteri codd. Torren. habent: *validissimum alterum, alterum infirmissimum.* Deinde quatuor codd. ejusdem, *imbecilli;* Bitur. 1. *infirmi vero a juvene.*—33 Copes. *irrita.*—34 Ita ex duodecim codd. restituit Torrenius, et ita quoque habet Vet. Pighius vero pro

NOTÆ

† An. M. 3959. Ol. 171. 2. Urb. C. 658. Ant. Ch. 94.

[k] *Dux Lusitanorum*] In Africam, incertus quid ageret, fugerat Sertorius, cum a Lusitanis per legatos accitur, ut illis contra Romanos bellum gerentibus imperaret.

[1] *Equi caudæ*] 'Cernitisne,' inquit, 'socii, perseverantia plus effici, quam violentia; multaque, quæ simul opprimi nequeunt, paulatim atteri?' Plut. in Sertorio.

mere possit: universum conatus prosternere, celerius tradiderit victoriam, quam occupaverit.' Ita gens barbara, aspera, et regi difficilis, in exitium suum ruens, quam utilitatem auribus respuerat, oculis pervidit.[e] [35] ‡

7. Fabius autem Maximus, cujus non dimicare, vincere fuit, cum præcipuæ fortitudinis Nolanum [36] peditem [m] dubia fide suspectum, et strenuæ operæ Lucanum equitem amore scorti deperditum in castris haberet, ut utroque potius bono milite uteretur, quam in utrumque animadverteret, alteri suspicionem suam dissimulavit, in altero [37] disciplinam paululum a recto tenore deflexit. Nam illum plene pro tribunali [n] laudando, omnique genere honoris prosequendo, animum suum a Pœnis ad Romanos coëgit revocare: et hunc clam meretricem redimere passus, paratissimum pro nobis excursorem [38] reddidit.*

8. Veniam nunc [39] ad eos, quibus salus astutia quæsita est. M. Volusius ædilis plebis proscriptus, assumto Isiaci habitu,° per itinera viasque publicas stipem petens, quisnam re vera esset, occurrentes dignoscere passus non

[e] *Per hanc similitudinem oculis subjectam prævidit utilitatem, quam prius verbis explicatam auribus respuerat.*

nostrum dedit *Romanorum*, quod est in Medic. 1. Mox quatuor codd. Torren. *posset;* totidem ejusdem, *conatum prosternere.* Deinde Leid. 6. *tradiderit ei victoriam.*—35 Ita Brand. 1. 2. duodecim codd. Torren. Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. 2. 3. 4. 5. Colin. Gryph. et Steph. *prævidit* Pigh. Thys. et Coler. quod in una ed. Aldi se invenisse ait Vorstius; Leid. 1. *providit;* Medic. 1. *auribus despexerat oculis prodidit.*—36 Leid. 6. delet *Nolanum.* Mox Leid. 2. *strenuum operæ.* Paulo post Medic. 1. *ut utrumque;* Medic. 2. *ut in utrumque.*—37 Novem codd. Torren. *in alterum.* Harl. et Leid. 4. *a recto itinere.*—38 Septem codd. Torren. cum Dan. *excussioremque;* Ultraj. 1. 2. *excustioremque;* Harl. et Venett. *excussoremque;* Leid. 2. et Bitur. 1. *excussorem.*—39 Hic incipit Caput IV. *De Astutia,* in Bitur. 1. ceteri codd. hanc

NOTÆ

‡ An. M. 3976. Ol. 175. 3. Urb. C. 675. Ant. Ch. 77.

[m] *Nolanum peditem*] Marsum facit Plutarchus, et nobilem.

[n] *Pro tribunali*] 'Nunc duces,' inquit, 'incuso, qui magis pro suo studio honores habent, quam pro virtutis merito,' &c. Sub his dictis illi equum donat, &c.

* An. M. 3840. Ol. 141. 3. Urb. C. 539. Ant. Ch. 213.

° *Isiaci habitu*] Isiaci Isidis erant Sacerdotes, qui per urbem et vicos vagari solebant, et obviis futura, modo daretur assis, prædicere.

est. Eoque fallaciæ genere tectus, in M. Bruti castra pervenit.† Quid illa necessitate miserius, quæ magistratum populi Romani, abjecto honoris prætexto,[40] alienigenæ religionis obscuratum insignibus, per urbem jussit incedere. Omnes aut hi[41] suæ vitæ, aut illi alienæ mortis cupidi, qui talia vel ipsi sustinuerunt, vel alios perpeti coëgerunt.*f*

9. Aliquanto speciosius Sentii[42] Saturnini[p] Vetulionis in eodem genere casus ultimæ sortis auxilium. Qui cum a triumviris inter proscriptos nomen suum propositum[43] audisset, continuo præturæ insignia invasit, præcedentibusque in modum lictorum, et apparitorum publicorum servis subornatis,[44] vehicula comprehendit, hospitia occupavit, obvios submovit, ac tam audaci usurpatione imperii, in max-

f Omnes autem, qui tam infamem fugiendi rationem quæsierunt, cupidi fuerunt vitæ suæ conservandæ: et qui alios coëgerunt perpeti talia, fuerunt cupidi mortis alienæ.

distinctionem ignorant.—40 Pighius, Colerus, et Thysius dederunt: *abjecta honoris prætexta.* Sed plures Mss. et omnes vetustæ editt. *abjecto honoris prætexto:* Aldd. Herbip. Colin. Gryph. Steph. et pauci codd. Torren. *prætertu.* Mox Perizonius ex Copes. legit, *per orbem.*—41 Pro *Omnes* codex Schotti habet *O nimis*, quod Perizon. præfert, et Torrenio valde placet, 'quia, si vulgatum retineas, sententia valde friget.' Pro *aut hi*, quod Vorstius ex utroque Brand. restituit, atque etiam in Bitur. 1. Ultraj. 2. et Vet. invenitur, Pighius et Colerus ediderant *autem hi*, improbante Kappio.—42 Ita legendum monuit Corradus; et probat lectionem eam Pighius: sed et Parrhasius ita legendum conjecerat, ut Chalcocondyles testatur. Antiquiores typis expressi habent: *Aliquanto speciosius sententiis;* Med. uterque: *Aliquanto speciosius Saturnini;* reliqui fere *sententiis Saturnini;* sed Leid. quint. *Saucii Saturnini;* Leid. quart. quint. sext. cum Ultraj. sec. *Vetulonis;* et sic a manu prima est in Ultraj. prim. secunda correxit *Vetulionis;* uterque Barb. *Vitulionis.*—43 Bitur. 1. 2. et Medic. 1. 2. *positum.*—44 'Ita recte Aldus et Chalcoc. ediderant; sed Pighius mutavit sic, *publicorumque servorum subornatis.* Suos servos Sentius Saturninus in modum lictorum et apparitorum publicorum subornavit.' *Vorst.* Ut Aldus, ita habent Cop. Bit. prim. Med. sec. cum quatuor Leid. sed Harl. *et servorum publicorum servis subornatis:* uterque Barb. cum Med. sec. et utroque Ultraj. *et servorum publicorum subornatis.* Reliqui etiam videntur cum Pighio consentire. 'Possit tamen etiam legere, *et servorum publicorum servis subornatis;* ut alterum *servis*, vel *servorum*, propter alterum fuerit omissum, id quod sæpius in nostro conti-

NOTÆ

† An. M. 4011. Ol. 184. 2. Urb. C. 710. Ant. Ch. 42.

p *Sentii Saturnini*] Idem omnino de Pomponio quodam narrat Appianus.

ima luce densissimas hostilibus oculis tenebras offudit.[45] Idem ut Puteolos[q] venit, perinde ac[46] publicum ministerium agens, summa cum licentia correptis navibus in Siciliam, certissimum tunc proscriptorum profugium,[47] penetravit.‡

10. His uno adjecto levioris notæ exemplo, ad externa convertar.[48] Amantissimus quidam filii, cum eum, inconcessis ac periculosis facibus accensum, ab insana cupiditate inhibere vellet,[49] salubri consilio patriam indulgentiam temperavit. Petiit enim ut prius quam ad eam, quam diligebat, iret, vulgari ac permissa Venere uteretur. Cujus precibus obsecutus adolescens, infelicis[50] animi impetum satietate concubitus licentis resolutum, ad id, quod non licebat, tardiorem pigrioremque afferens, paulatim deposuit.

EXTERNA.

1. Cum Alexander Macedonum rex, sorte monitus, ut eum, qui sibi porta egresso[51] primus occurrisset, interfici juberet, asinarium forte ante omnes obviam factum ad

gisse vidimus.' *Torren.*—45 Codd. novem Torren. cum Venett. *effudit;* Leid. 5. *suffudit.* Cf. Curt. VII. 6. 22. Val. Flac. IV. 482. Phædr. II. 4. 11.—46 Sic Pighius, antea legebatur *perinde ut*, quod habent Copes. Harl. Barb. 1. Leid. 2. et Ultraj. 2.—47 Brand. 1. Copes. et Leid. 6. *perfugium*, quod Torrenio omnino probatur; Leid. 2. *refugium.*—48 Duodecim codd. Torren. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *revertar*, quod videtur ortum ex *devertar*, ut est in Leid. 1.—49 Novem codd. Torren. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *pater inhibere vellet.* Deinde pro *salubri consilio*, quod habent Brand. 1. 2. duodecim codd. Torren. et edd. vett. Pighius ex Winck. et Colon. cum quibus facit Vet. dederat *salubris consilii astutia.* Mox pro *patriam* nonnulli codd. Torren. exhibent *paternam;* sed erasum est in Copes.—50 Pighius ex Winck. et Colon. dederat *infelicem;* sed Torrenius *infelicis*, quod in omnibus suis codd. invenerat, revocavit; et ita est in Vet. Mox pro *licentis*, quod omnes etiam Torreniani codd. et edd. vett. exhibent, Pighius aliique *liciti.*—51 Ultraj. 1. *portam egresso;* et sic habet Medic. 1. sed alio loco in hunc modum: *forte ante omnes obvium portam egresso factum:* plures codd. Torren. cum Atreb. Sus. Colon. aliique Pighiani: *forte ante omnes obviam factum;* itaque ediderat Pighius; sed Vet. Mog. Venett. cum quinque codd. favent Aldo, *ante omnes*

NOTÆ

[q] *Ut Puteolos*] Campaniæ oppidum ad littus maris, aquis calidis celeberrimum.

‡ An. M. 4011. Ol. 184. 2. Urb. C. 710. Ant. Ch. 42.

mortem abripi imperasset,[52] eoque quærente, 'quidnam se immerentem capitali supplicio, innocentemque addiceret,' cum ad excusandum factum suum oraculi præceptum retulisset, asinarius, 'Si ita est,' inquit, 'rex, alium sors huic morti destinavit; nam asellus, quem ego ante me agebam, prior tibi occurrit.' Delectatus Alexander et illius tam callido dicto, et quod ab errore ipse revocatus erat, occasionem in aliquanto viliore animali expiandæ religionis rapuit. Summa in hoc cum calliditate mansuetudo: summa quoque in alterius regis equisone calliditas.[g 53]

2. Sordida Magorum dominatione oppressa, Darius sex[r] adjutoribus[54] ejusdem dignitatis assumtis, pactum cum

[g] *Rapuit occasionem exsolvendæ religionis morte animalis multo vilioris. In hoc exemplo summa est et mansuetudo Regis, et asinarii calliditas.*

omittenti.—52 'Aldus aliique eum secuti *ad mortem arripi imperavit. Eoque, &c.* Malui tamen *abripi*, quod in Ultr. sec. Leid. tert. quart. quint. cum ed. Mog. est. Supra II. 7. 6. 'filium ... abripi a lictore, et in modum hostiæ mactari jussisti.' III. 8. ext. 3. Terent. Andr. IV. 4. 47. 'in cruciatum abripi.' Cic. Verr. IV. 10. (24.) 'in vincula atque in tenebras abripi jussit.' *imperasset* vero pro *imperavit* postulat cum constructio orationis, tum major pars librorum; est enim in Copes. duodecim Mss. Torrenii, Vet. Mog. Ven. Ascens. recte itaque Torrenius edidit *imperasset*, et distinctionem majorem post *imperasset* delevit, probante Perizonio, qui præterea bene notat, apodosin periodi sequi demum cum ait: *Asinarius inquit.* Cohærent enim, *cum Alexander imperasset*, et *cum, eo quærente retulisset.*' Kapp. Mox, *innocentemque* delent tanquam superfluum, quoniam antecessit *immerentem;* uterque Med. tum Ult. prim. *quem ego ante agebam*, deleto *me.* Klokkius legebat ex Mss. *Quidnam se immerentem capitale supplicium adigeret.*—53 'Cop. Ultr. Barb. Med. utrique Harl. Bit. Mog. *Summa in hoc mansuetudo, in alterius regis equisone calliditas.* Et id Perizonio concisius et forsan rectius videtur. Ego vulgatum tueor, et sic explico: *In hoc* (exemplo) *et summa calliditas* (in asinario) *et summa mansuetudo* (in rege Alexandro) *conspici potest. Nec minus summa calliditas fuit in* (Œbare) *equisone regis alterius* (nempe Darii, de quo nunc agam.)' *Kapp.* 'Cum Copesiano consentiunt Ultraj. Med. Barb. utrique, Harl. Bit. Ed. Mog. sed Leid. sext. *Summa in hac est calliditate mansuetudo.* Bit. prim. *Sed in alterius regis.* Mihi vulgatum non displicet.' *Torren.* Mox aliquot codd. Torren. *equisona;* Leid. 1. *equisitore;* Leid. 6. *exquisitione.*—54 'In Basil. ad marg. est: *Perside oppressa, D. restitutoribus ejusdem, &c.* Ejicio importunas glossas, et lego, *Sordida M. d. oppressa, Darius, præclari operis consortibus assumptis, pactum cum iisdem fecit.* Nisi brevius placet: *Sordida M. d. oppressa, D. pactum cum præclari operis consortibus facit.* Nam illa, *restitutoribus ejusdem* (et hoc pronomen scio ad illam insititiam

NOTÆ

[r] *Darius sex* [*Rex*] Nondum Rex erat Darius; sed regni, ut alii Principes, candidatus. De Magis diximus lib. III. c. 2. num. 2.

præclari operis consortibus fecit, ut equis insidentes, solis ortu[55] cursum in quendam locum dirigerent; isque regno potiretur, cujus equus in eo primus hinnisset. Ceterum maximæ mercedis competitoribus fortunæ beneficium expectantibus, solus acumine equisonis sui Œbaris[56 s] prosperum exoptatæ rei effectum assecutus est: qui in equæ genitalem partem demissam manum, cum ad eum locum ventum esset, naribus equi admovit. Quo odore irritatus, ante omnes hinnitum edidit.[57] Auditoque eo, sex reliqui summæ potestatis candidati continuo equis delapsi,[58] ut est mos Persarum, humi prostratis corporibus Darium regem salutaverunt.* Quantum imperium quam parvo interceptum est vaframento![h 59]

3. Bias autem,[t] cujus sapientia diuturnior inter homines est, quam patria Priene fuit, (siquidem hæc etiam nunc spirat: illius[60] perinde atque extinctæ vestigia tantummo-

[h] *Quam parva calliditate acquisitum est!*

vocem *Persidis* referri) *dignitatis*, clarum glossema sunt *Præclari operis.*' Klokk. Codex Schegkii: *S. M. d. Perside oppressa D. adjutoribus e. d. a. cum eos occidisset, pactum c. p. operis, &c.* 'et huic lectioni fere accedere notat Herbipolensem editionem Martini. Vide illum ad Vell. II. 62. 3. Addo etiam Mog. hoc modo. *Darius rex, cum eos occidisset, adjutoribus, &c.* et sic uterque Med. nisi quod habent *cum adjutoribus:* et Ultraj. sec. *Perside* extat etiam in Leid. quart. sext. sept. et a manu sec. in Ultraj. prim. *rex* addititium videbatur Guyeto. Malim tamen: *Darius cum eos occidisset, sex adjutoribus ejusdem dignitatis assumptis.* Nam ex τῷ *sex* τὸ *rex* ortum omnino videtur.' *Torren.*—55 Pontanus in notis ad Macrob. lib. I. cap. 4. conjicit legendum esse, *sole orto;* sed *solis ortu* retinent omnes codd. et edd. vett. Mox Leid. 2. *in eo hinitum dedisset.*—56 Codd. Torren. ita variant: *Ebaris, Œbaris, Cobaris, Ebarris, Cinnibaris, Œnibaris:* recte *Œbaris;* Οἰβάρης Herod. III. 85.—57 Tres codd. *dedit* pro *edidit.*—58 Ita ex codd. Pighius; ante eum edebatur: *sex r. s. p. continuo e. d. candidati.*—59 Ultraj. 1. *quam parvo maximum inceptum est imperium vaframento.*—60 'Pighius: *illa etiam nunc spirat, hujus, &c.* qui more suo *hic* et *ille* transposuit, quod extimabat *hic* ad proximum, *ilte* ad remotius esse referendum, cum tamen ex Mss. liqueat, contrarium placuisse Valerio. Ante Pighium legebatur, *siquidem hic etiamnum*

NOTÆ

[s] *Equisoni sui Œbaris*] Aliquanto aliter Justinus et Herodotus.

* An. M. 3532. Ol. 64. 3. Urb. C. 231. Ant. Ch. 521.

[t] *Bias autem*] Quod Bianti Valerius, idem Chiloni Plutarchus tribuit; dicere enim solebat: 'Ames eatenus, quasi aliquando sis odio habiturus: item, hactenus oderis, tanquam sis amaturus.'

do extant,) 'ita,' aiebat, 'oportere homines in usu amicitiæ versari, ut meminissent eam ad gravissimas inimicitias posse converti.'† Quod quidem præceptum prima specie[61] nimis fortasse callidum videatur, inimicumque simplicitati, qua præcipue familiaritas gaudet: sed si altioribus animis[62] cogitatio demissa fuerit,[i] perquam utile reperietur.

4. Lampsacenæ[63] vero urbis salus unius vaframenti beneficio constitit. Nam cum ad excidium[64] ejus summo studio Alexander ferretur, progressumque extra mœnia Anaximenem,[u] præceptorem suum, vidisset; quia manifestum erat, futurum, ut preces suas iræ ejus opponeret; 'non facturum se quod petisset' juravit. Tunc Anaximenes, 'Peto,' inquit, 'ut Lampsacum[v] diruas.'[w] Hæc velocitas sagacitatis oppidum vetusta nobilitate inclytum exitio, cui destinatum erat, subtraxit.[x] ‡

5. Demosthenis quoque astutia mirifice cuidam ancillæ

[i] *Sed si quis diligentius hoc consilium in mente perpenderit.*

spirat, *illius.* Sed Mog. cum Mss. duodecim, *siquidem hæc etiam nunc spirat, illius.* quod reponendum curavi. confer. I. 8. Ext. 3. et V. 1. init. II. 7. 11.' *Torren.*—61 Leid. 1. cum Ultraj. 1. *prima facie.* Copes. *nimis calidum:* tres alii codd. Torren. cum Mog. *callidum videtur.*—62 Cop. Barb. prim. Bit. prim. Harl. Leid. sec. sext. Ultr. sec. et Mog. *altior animi,* unde Perizonius legit *altior animis;* Ultraj. 1. *artior animi;* Leid. 1. *altioris animi.*—63 Nonnulli codd. Torren. *Lausacenæ,* vel *Lamsacenæ.*—64 Ita Aldd. Colin. Gryph. Chalc. et Steph. quos Pighius et alii sunt secuti; at Brand. 1. 2. complures codd. Torren. Mog. et Herbip. *exitium,* ut in fine hujus Exempli.—65 Ita

NOTÆ

† An. M. 3460. Ol. 46. 3. Urb. C. 159. Ant. Ch. 593.

[u] *Anaximenem*] Tres hoc nomine fuerunt: unus is qui Anaximandri discipulus Sapientum ætati suppar fuit; alter Orator et Sophista Philippo et Alexandro notus, de quo hic agitur: tertius, hujus nepos, Historicus, qui res ab Alexandro gestas scripsit.

[v] *Lampsacum*] Lampsacus urbs Asiæ minoris ad Hellespontum, inter Simoëntem et Granicum. Hodie *Lampsico.*

[w] *Diruas*] 'Hac in re,' inquit, 'mihi gratificare, o Rex, vendas sub hasta mulieres Lampsacenorum et liberos, totum oppidum solo diruas, templa Deorum incendas.' Ita Pausan. lib. VI.

[x] *Subtraxit*] Alexander enim, cum nihil contra dolum Anaximenis comminisci posset, veniam dedit Lampsacenis, vel invitus.

‡ An. M. 3720. Ol. 111. 3. Urb. C. 419. Ant. Ch. 333.

succursum est, quæ pecuniam depositi nomine a duobus hospitibus acceperat, ea conditione ut illam simul utrisque redderet. Quorum alter, interjecto tempore, tanquam mortuo socio squalore obsitus, deceptæ [65] omnes nummos abstulit. Supervenit deinde alter, et depositum petere cœpit. Hærebat misera in maxima [66] pariter et pecuniæ et defensionis penuria, jamque de laqueo et suspendio cogitabat. Sed opportune Demosthenes ei patronus affulsit:[67] qui ut in advocationem venit, 'Mulier,' inquit, 'parata est depositi se fide solvere:[68] sed nisi socium adduxeris, id facere non potest. Quoniam, ut ipse vociferaris, hæc dicta est lex, ne pecunia alteri sine altero numeretur.' [69] *

6. Ac ne illud parum quidem [70] prudenter. Quidam Athenis universo populo invisus, causam apud eum capitali crimine dicturus, maximum honorem subito petere cœpit: non quod speraret se illum consequi posse, sed ut haberent homines, ubi procursum iræ, qui acerrimus esse solet, effunderent.[j] Neque eum hæc tam callida [71] consilii ratio fefellit: comitiis [72] enim clamore infesto, et crebris

[j] *Ubi effunderent primum iræ impetum, qui solet esse maximus.*

Aldd. Colin. Gryph. Steph. Herbip. et Chalc. cum uno Brand. '*decepta ea* alter Brand. Ultr. prim. et ed. Vet. Atque sic edidit Pighius, haud dubie ex Mss. parumque abfuit, quin revocarem.' *Kapp.*—66 Ultraj. 2. *et in maxima.* Leid. 5. delet *pariter.*—67 'Ita cum multis Mss. habet quoque Vet. Aliæ editt. cum septem Mss. *affuit.* Licet vero patroni proprie reis 'adesse' dicantur, *affulsit* tamen Torrenio magis placet, quoniam subitum et inexpectatum ejus auxilium expressius declarare videtur. Vide infra VII. 6. ext. 1. *affulsit* ego quoque prætulerim, quia difficilior lectio est.' *Kapp.* Bitur. 1. Leid. 1. Harl. Ultraj. 2. Barb. 1. et Copes. cum edd. vett. *adfuit.*—68 Ita ex codd. restitnit Pighius, nec aliter unus Brand. plerique codd. Torren. et Vet. *depositi se fidem solvere* quatuor alii Torren. cum altero Brand. *depositi fidem solvere* in aliis codd. et edd. vett.—69 Octo codd. Torren. *numeraretur;* unus ejusdem, *enumeraretur.*—70 *At ne illud quidem parum* aliquot codd. Torren. Modius ex codice Bamberg. legit: *Ac ne ille quidem parum prudenter, qui Athenis universo populo invisus.* *Qui* extat in Med. prim. Sed *illud* omnes scripti retinent; ut adeo Modii emendatio non temere sit admittenda. Mox Pighius *de capitali,* contra plerosque codd. et edd. vett. *capitalis criminis* Leidd. 3. 4.—71 Sic Torrenius edidit auctoritate Harl. Med. utrinsque, Barb. prim. Bit. prim. Ultr. utriusque, Leid. quinque, Cop. et Mog. Alii *callidi.* Edd. ante Pighium etiam omittunt *hæc.*—72 Ita veteres

NOTÆ

* An. M. 3708. Ol. 108. 3. Urb. C. 407. Ant. Ch. 345.

totius concionis sibilis vexatus, nota etiam denegati honoris perstrictus, ejusdem plebis paulo post in discrimine vitæ clementissima suffragia expertus est. Quod si adhuc ei ultionem sitienti capitis sui periculum objecisset, nullam partem defensionis odio obseratæ aures reciperent.[k] [73]

7. Huic vaframento consimilis illa calliditas. Superior Hannibal [74] [y] a Duilio consule navali prælio victus, timensque classis amissæ pœnas dare, offensam astutia mire avertit: nam ex illa infelici pugna prius quam cladis nuntius domum perveniret, quendam ex amicis [z] compositum et formatum [75] Carthaginem misit. Qui postquam civitatis ejus curiam intravit: 'Consulit,' inquit, 'vos Hannibal, cum dux Romanorum magnas secum maritimas trahens copias advenerit, an cum eo confligere debeat.' Acclamavit universus senatus, 'non esse dubium quin oporteret.'

[k] *Quod si prius apud plebem adhuc cupientem eum punire egisset causam, in qua de suo capite agebatur, illius aures ob nimium odium clausæ ipsius defensionem non admisissent.*

typis expressi et uterque Brand. Pighius tamen maluit *comitiis:* quem alii et secuti sunt. Ultraj. prim. Leid. sec. sext. Barb. uterque et Copes. *Comitii,* Bit. prim. *convitii;* quod placuit Modio Epist. 128. ceteri cum Ed. Mog. *comitiis.*—73 'Pighius scripsit *recepissent;* nescio ex conjectura, an ex antiquis codd. Ceterum antiquiores typis expressi habent *reciperent:* quod idem et in utroque cod. Brand. reperio.' *Vorst. reciperent* habent etiam decem codd. Torren. *exciperent* unus Leid. 1.—74 Ita Pighius ex Colon. Sus. et Pulm. itaque unus Brand. Ultraj. 1. 2. Copes. Medic. 1. 2. Bitur. 2. Vet. Mog. et Mediol. *Superior* deest in Aldd. Colin. Gryph. et Steph. et quibusdam codd. quinque alii codd. Torren. habent *superiori,* litera prima minori, quasi referendum esset ad *τὸ vaframento.* Plerique codd. cum antiquissimis edd. *Julio consule.* Mox *mire* abest ab utroque Brand. novem codd. Torren. et Mog.—75 Ita bona pars codd. Torren. sex Pighiani, Brand. 1. 2. Copes. Vet. Mog. et Herbip. *subornatum* Cauch. Winck. Leid. 5. et Bitur. 1. *informatum* Barb. 1. et Medic. 2. *conforntum* Harl. et Medic. 1. 'Itaque cum fere omnes codices eo vergere intelligerem, obsecutus Perizonio ut emendaretur postulanti, *formatum,* id quod satis multis exemplis ipse confirmasse videtur, restitui.' *Torren.* Aldus dedit *ornatum,* eumque alii secuti sunt

NOTÆ

[y] *Hannibal*] Senior dicitur ab Orosio, Gisconis filius a Polybio et Zonara. Non Hannibali, sed Himilconi id tribuit Aurelius Victor.

[z] *Quendam ex amicis*] Ipse post cladem Carthaginem venit, ex Plinio et Zonara; sicque pœnam crucis effugit: puduit enim punire, quod ipsis auctoribus factum esset. Abrogatum tamen illi imperium, ut auctor est Zonaras.

Tum ille: 'Conflixit,' inquit, 'et superatus est.' Ita liberum iis non reliquit id factum damnare, quod ipsi fieri debuisse judicaverant.†

8. Alter item Hannibal[76] Fabium Maximum, invictam armorum suorum vim saluberrimis cunctationibus pugnæ ludificantem, ut aliqua suspicione trahendi belli respergeret, totius Italiæ agros ferro atque igni[77] vastando, unius ejus fundum immunem ab hoc injuriæ genere reliquit. Profecisset aliquid tanti beneficii insidiosa adumbratio,[l 78] nisi Romanæ urbi et Fabii pietas,[a] et Hannibalis vafri mores fuissent notissimi.‡

9. Tusculanis etiam acumine consilii incolumitas parta est. Cum enim crebris rebellationibus[b] meruissent, ut eorum urbem funditus Romani evertere vellent, atque ad id exequendum Furius Camillus, maximus dux,[79] validissimo instructus exercitu venisset; universi ei togati obviam processerunt, commeatusque, et cetera pacis munia benignissime præstiterunt. Armatum etiam intrare mœnia passi

[l] *Fallax tanti beneficii simulatio Fabio nocuisset.*

editores.—76 *Alter Hannibal* est in Ultr. sec. Bit. et Barb. primis. *Idem Hannibal* in Vet. Winck. Col. aliisque. *Item Hannibal* Atreb. Gembl. Camp. *Alter Fabium* Harl. omisso *item Hannibal*, quam lectionem Torrenius non sine causa veram, atque *item Hannibal* e glossa profectum suspicatur. Lectionem textualem Pighius e vestigiis Pulm. et Sus. concinnavit. Mox *saluberrimis* et *pugnæ* omittit Med. sec.—77 Ultraj. prim. *ferro igneque:* Med. uterque *ferro et igne:* in fine, Med. prim. Leid. tert. *essent notissimi:* Med. sec. *essent cogniti:* Leid. quart. *forent notissimi.*—78 Edd. vett. *adumbratio ejus:* 'Vox *ejus* superflua est, neque habetur in Susiano et Pulmanniano.' *Pigh.* 'Habetur in utroque Ultraj. Cop. Leid. quart. Ed. Mog. et reliquis omnibus. Non admodum tamen desideres.' *Torren.*—79 *Camillus maximus dux* Brand. 1. 2. novem codd. Torren. et edd. ante Pighium: *maximus* deest in Colon. et Winck. Copes. non illud solum sed

NOTÆ

† An. M. 3794. Ol. 130. 1. Urb. C. 493. Ant. Ch. 259.

[a] *Fabii pietas*] Qui hunc agrum, ne suspecta civibus sua fides esset, pro captivis redimendis vendidit.

‡ An. M. 3837. Ol. 140. 4. Urb. C. 536. Ant. Ch. 116.

[b] *Crebris rebellationibus*] Cum Volscos vicisset Camillus, in recensendis captivis Tusculani aliquot deprehensi sunt, qui publico consilio militasse faterentur: quare jubetur a Senatu Camillus in eos arma vertere.

sunt,[c] nec vultu, nec habitu mutato. Qua constantia tranquillitatis non solum ad amicitiæ nostræ jus, sed etiam ad communionem civitatis usque,[80] penetraverunt. Sagaci hercule usi simplicitate; quoniam aptius[81] esse intellexerant, metum officio dissimulare, quam armis protegere.*

10. At Volscorum ducis Tulli[82] [d] execrabile consilium: qui ad bellum inferendum Romanis maxima cupiditate accensus, cum aliquot adversis præliis contusos animos suorum, et ob id paci proniores[83] animadverteret, insidiosa ratione, quo volebat, compulit. Nam cum spectandorum ludorum gratia[84] magna Volscorum multitudo Romam convenisset, consulibus dixit, 'Vehementer se timere, ne quid hostile subito molirentur:' monuitque 'ut essent cautiores,' et protinus ipse urbe egressus est. Quam rem consules ad senatum retulerunt:[85] qui, tametsi nulla suspicio suberat, auctoritate tamen Tulli commotus, 'ut ante noctem Volsci abirent,' decrevit. Qua contumelia irritati, facile impelli potuerunt[e] ad rebellandum. Ita mendacium ver-

etiam *dux* omittit.—80 Pighius ex solo Cauch. *quam usque cupierant*. Vet. *quam usque*. Ceteri omnes *usque*. Pro *penetraverunt* plerique codd. Torren. exhibent *penetrarunt;* Copes. et Ultraj. 2. *penetravit*.—81 Ita omnes codd. Torren. et Pighiani cum Mog. Mediol. 3. et Ascens. sed *apertius* in Venett. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. Mox cdd. ante Pighium præter Mog. habent *officiis*, quod extat in Bit. prim. et Med. sec. ceteri *officio* retinent, ut emendavit Pighius.—82 Multi codd. Torren. *Tullii*.—83 Copes. *promptiores;* et paulo post, *quo volebat impulit*.—84 Vocem *gratia* Colerus unius Dan. auctoritate expunxit: in ceteris omnibus extat. Deinde Copes. *maxima V. multitudo;* et paulo post, *hostile sub eo moliretur*. Mox Medic. 1. 2. *protinusque;* Copes. et Harl. *et protinus ipse urbem*.—85 Sec. Ultraj. uterque Med. Cop. tres Leid. Harl. Barb. prim. Mog. et Medic. *detulerunt*. Mox nonnulli codd. Torren. *Tullii commotus*.

NOTÆ

[c] *Intrare mœnia passi sunt*] Vocato eorum Senatu: 'Soli adhuc,' inquit, 'Tusculani vera arma, verasque vires, quibus ab ira Romanorum vestra tutaremini, invenistis.' Tum eos ad Senatum Romam mittit, a quo pacem in præsentia, et nec ita multo post civitatem etiam impetraverunt. Livius lib. VI.

* An. M. 3674. Ol. 100. 1. Urb. C. 373. Ant. Ch. 379.

[d] *Tulli*] Hanc fraudem non ipse Tullus, sed Coriolanus tum exul apud Volscos commentus est.

[e] *Impelli potuerunt*] Ipse enim Tullus prægressus ad caput Ferentinum, ut quisque veniret, primores eorum excipiens, in Romanos invehitur; queriturque Volscos cum insigni injuria solos omnium hospitum urbe

suti ducis, simulatione benevolentiæ involutum, duos simul populos fefellit: Romanum, ut insontes notaret: Volscum, ut deceptis irasceretur.†

NOTÆ

pulsos: idque indignando, obtinuit ut Romanis bellum indiceretur.

† An. M. 3566. Ol. 73. 1. Urb. C. 265. Ant. Ch. 487.

CAP. IV.

DE STRATEGEMATIS.[1]

ROMANORUM.

1 Tulli Hostilii regis.
2 Sex. Tarquinii L. F.
3 Obsessorum in Capitolio.
4 M. Livii, C. Claudii Coss.
5 Q. Metelli Macedonici.

EXTERNORUM.

1 Agathoclis, Syracusanorum regis.
2 Hannibalis Pœni.

Illa vero pars calliditatis egregia,[2] et ab omni reprehensione procul remota, cujus opera, quia appellatione nostra[3] vix apte exprimi possunt, Græca pronuntiatione Strategemata[4] dicuntur.

1. Omnibus militaribus copiis Tullo Hostilio Fidenas[a] aggresso,[5] quæ surgentis imperii nostri incunabula crebris

1 Multi codd. *Stratagemata;* duo, *De Stratagematibus;* unus, *De Stratagemate.*—2 'Magis placet manuscripta lectio; *Illa vero pars calliditatis egregia, &c.* Concursus enim adverbiorum *prorsus*, et *procul*, non parum offendit.' *Pigh.* 'Confirmant hoc omnes nostri Mss. nisi quod *prorsus*, cen *procul* deest in utroque Ultraj. et Leid. quinto: cum Mss. consentiunt Mog. et Mediol.' *Torren. pars* deest in nonnullis edd.—3 '*nostra* deest in Mss. octo, pro qua voce substituunt uterque Med. Copes. Leid. sext. *Latina:* an vox illa omissa propter affinitatem ultimarum syllabarum in *appellatione*, causam dedit, ut *nostra* deinde adderetur, ne hiulca et manca esset oratio?' *Torren.* Mox pro *apte* Ultraj. 2. Medic. 1. et Leid. 5. *aperte*, quod in codd. scribi solet *ap̃te.* Pro *pronunciatione* Leid. 2. *appellatione.*—4 'Ita scribere malo quam *stratagemata:* quia Græcum est στρατηγήματα. Et habet ita unus cod. Brand.' *Vorst.*—5 'Sic Leid. sext. habet. Ceteri omnes cum editt. vett. *Tullus*, vel *Tullius Hostilius Fidenas aggressus*, quæ male cohærent. Scribæ ex oscitan-

NOTÆ

[a] *Fidenas*] Urbem Latinorum Mediterraneam. Tum Fidenates junctis cum Veientibus copiis, bellum in Romanos gerebant.

rebellationibus torpere passæ non sunt, finitimisque tropæis ac triumphis alitam virtutem ejus spes suas ulterius promovere docuerunt,[a] Metius Fufetius,[6] dux Albanorum, dubiam et suspectam semper societatis suæ fidem repente in ipsa acie detexit. Detecto enim Romani exercitus latere, in proximo colle[b] consedit, pro adjutore speculator pugnæ futurus; ut aut victis insultaret, aut victores fessos aggrederetur. Non erat dubium, quin ea res militum nostrorum animos debilitatura esset;[7] cum eodem tempore et hostes confligere, et auxilia deficere cernerent. Itaque ne id fieret, Tullus providit; concitato enim equo omnes pugnantium globos percurrit,[8] prædicans 'suo[9] jussu secessisse Metium; eumque, cum ipse signum dedisset, invasurum Fidenatium terga.' Quo imperatoriæ artis consilio metum fiducia mutavit; proque[10] trepidatione, alacritate suorum pectora replevit.[c] *

2. At ne[11] continuo a nostris regibus recedam, Sex.

[a] *Quæ bellis sæpius illatis impedierunt, ne Imperii nostri nascentis primordia otio torperent, et docuerunt illius virtutem, quasi nutritam triumphis ex proximo loco partis, extendere spes suus ulterius.*

tia putarunt *o* esse compendium 9 pro *us*, *Tull9*, *&c.* Torrenius tamen quærit, annon Auctor scripserit *Cum omnibus m. c. Tullus Hostilius F. aggressus esset.* Vix credo.' *Kapp.* Mox Bitur. 1. *consurgentis.* Medic. 1. *surgentia.* Deinde Harl. et Bitur. 1. *finitimis quoque tropæis.*—6 Ultraj. 1. *Mettius Suffectius;* Ultraj. 2. *Metius Fusetius;* Copes. *Metius Sufetius;* Leid. 6. *Metius Sulphetius;* Mog. *Metius Sufecius.* Cf. Duker. ad Flor. 1. 3.—7 *Non erat quin ..... debellatura esset* Copes.—8 Ita vetus codex Lipsii, Brand. 1. 2. Ultraj. 2. et Mog. *præcurrit* nonnulli codd. Torren. cum Aldd. et Chalc. *percucurrit* Vet. et Herbip. *præcucurrit* Copes. Ultraj. 1. Leid. 5. Harl. Bitur. 1. 2. et Medic. 1. *procucurrit* Barb. 1. *omnes* omittunt edd. vett. præter Mog. sed habetur in codd.—9 Barb. 1. non agnoscit *τὸ suo.*—10 Barb. 1. 2. et Medic. 1. *pro qua.* Pro *alacritate* Copes. *claritate.*—11 *Et* duodecim codd. Torren. sed aliter omnes editi cum Copes. Pro *recedam* Medic. 1. *recedendum;* Medic. 2. *receda-*

NOTÆ

[b] *In proximo colle*] Ad confluentes Anienis et Tyberis castra Tullus posuerat; Romani Veientibus, Fidenatibus Albani oppositi. Metius neque manere, neque transire ad hostes ausus, sensim ad montes succedit, ordinesque, ut tempus tereret, explicat.

[c] *Pectora replevit*] Relata victoria Metius flagris fœde laceratus, et bigis humi raptatus est, moxque discerptus; Alba diruta, civesque Romam translati.

* An. M. 3387. Ol. 28. 2. Urb. C. 86. Ant. Ch. 696.

Tarquinius,[12] [d] Tarquinii filius, indigne ferens quod patris viribus expugnari Gabii nequirent,[e] valentiorem armis excogitavit rationem, qua interceptum illud [13] oppidum Romano imperio adjiceret. Subito namque se ad Gabinos [14] contulit, tanquam parentis sævitiam et verbera, quæ voluntate sua perpessus erat, fugiens: ac paulatim uniuscujusque fictis et compositis blanditiis alliciendo benevolentiam, ut apud omnes plurimum posset, consecutus, familiarem suum ad patrem misit, indicaturum, 'quemadmodum cuncta in sua manu [15] haberet;' et quæsiturum 'quidnam fieri vellet.' Juvenili calliditati senilis astutia respondit. Siquidem re eximia delectatus Tarquinius, fidei autem [16] nuntii parum credens, nihil respondit; sed seducto eo in hortum, maxima et altissima papaverum capita baculo decussit. Cognito adolescens silentio patris simul ac facto, causam alterius [17] argumenti pervidit: nec ignoravit præcipi sibi, 'ut excellentissimum quemque Gabinorum, aut exilio summoveret, aut morte consumeret.' Ergo spoliatam bonis propugnatoribus civitatem tantum non vinctis manibus [18] ei tradidit.[b] [f] †

[b] *Ergo spoliatam defensoribus urbem tam facile patri tradidit, quam si civiam omnium manus vinctæ fuissent.*

mus.—12 Perizonius putat prius *Tarquinius* delendum; sed pro vulgata lect. stant omnes codd.—13 Sic Torren. ex plerisque codd. et Mog. et Vet. alii legunt *id.*—14 Ita octo codd. et Vet. et Mog. *Gabios* in aliis edd. cum Barb. 1. Medic. 1. 2. et Leidd. 1. 4.—15 Sic omnes Mss. et editt. Pighius tamen ex Winck. et Colon. *cuncta* omisit, et dedit: *in sua manu haberet universa.*—16 Harl. Barb. Leid. Ultraj. primi *fide autem;* item Ultraj. prim. *parum fidens:* Bit. prim. *aut parum aut nihil respondit:* τὸ *credens* abest etiam a Barb. prim. et Leid. prim. ac sec. Leid. sext. vero. *parum credulus;* et sic uterque Dnacensis, et Lips.—17 Sic bene omnes codd. et edd. complures. Aldus, Chalc. et Mediol. 3 *altius* compendiose pro *alterius;* nam *er* in codd. notatur figura *s* super literas posita, e. c. *altius.* Male ergo Pighius exinde fecit *altioris.* Pro *pervidit* in nonnullis est *providit.*' Kapp. Leid. 2. 1. *argumentum;* Medic. 2. *argumeni.* 'Equidem *argumenti* quid hic significet non video. Conjicio legendum: *Causam alterius arguta mente,* vel potius, *acata mente per-*

NOTÆ

[d] *Sex. Tarquinius*] Is ipse, qui Lucretiæ stuprum obtulit.

[e] *Gabii nequirent*] Septem jam annis contra Gabinos (Volscorum oppidum erat) bellum gerebatur, cum Sex. Tarquinius, valida amicorum manu stipatus, ab iis recipitur; indeque in Romanum agrum identidem excur-

3. Illud quoque a[19] majoribus et consilio prudenter, et exitu feliciter provisum. Cum Urbe[20] capta Galli Capitolium obsiderent, solamque potiendi ejus spem in fame eorum[21] repositam animadverterent, perquam callido genere consilii,[22] unico perseverantiæ irritamento, victores spoliaverunt. Panes enim jacere compluribus ex locis[23] cœperunt. Quo spectaculo obstupefactos,[24] infinitamque frumenti abundantiam nostris superesse credentes, ad pactionem omittendæ obsidionis compulerunt. Misertus est[g] tunc profecto Jupiter Romanæ virtutis, præsidium ab astutia mutuantis, cum in[25] summa alimentorum inopia projici præsidia inopiæ cerneret. Igitur ut vafro, ita periculoso consilio salutarem exitum dedit.‡

vidit. Nam quod quidam Mss. hic habent *prævidit* nihili faciendum est. Vide supra II. 6. 12.' *Torren.*—18 'Desunt quatuor verba *tantum n. v. m.* in Med. prim. et Lips. Ultraj. prim. *tamquam vinctis manibus:* Leid. prim. *tantummodo:* Med. sec. *civitatem sine ulla dimicatione patri tradidit:* Copes. *civitatem sine ulla dimicatione vinctis manibus patri tradidit:* credidcrim tamen, *sine ulla dimicatione,* glossema esse *τοῦ vinctis manibus.*' Idem.—19 Ultraj. 1. Barb. 1. Leid. 6. et Vet. præpositionem *a* omittunt, non male, judice Kappio. Tres codd. Torren. habent, *consilio prudenti, et exitu felici.*—20 'Vet. Copes. duodecim alii codd. et edd. vett. *Cum enim Urbe.* Ceterum totum hunc locum Pighius male interpunxit.' *Kapp.* Scilicet: *Illud .... provisum, cum Urbe .... animadverterent. Perquam, &c.* —21 'Pighius ex Susiano et Pulm. reposuit *obsessorum,* eumque secuti sunt Colerus, Vorstius, et Torrenius. Alii tamen Mss. et omnes editt. habent *eorum,* scil. majorum. Quare ita edidi.' *Kapp.*—22 Multi codd. cum Vet. *consilii Romani usi* ex Glossa. Mox, *victores expoliaverunt* Copes.—23 Med. sec. *compluribus spargere locis;* prim. *jacere compluribus locis:* sic quoque Copes. Sed Mog. cum utroque Ultraj. *e locis.*—24 Ita Pighius; antea legebatur *obstupefacti.* Sed non in Mog. neque etiam in Mss. præter Barb. prim. deinde nonnulli, *obmittendæ obsidionis.*—25 'Præpositio *in* deest in Mss. undecim: in quibusdam deest *projici* cum Mog. hoc modo: *cum summa alimentorum inopia præsidia inopiæ cerneret.* Unde suspicaretur quis argutæ brevitatis amans verum esse, quod dat Barb. prim. *cum summam alimentorum inopiam*

NOTÆ

rens, multas prædas agere cœpit.

[f] *Ei tradidit*] Postquam civium fortissimos quosque, alios alia de causa, vel exilio vel morte mulctavit, patrem ut veniat admonet, eumque intempesta nocte in urbem admittit: omnibus vita bonaque concessa, iisque Sextus Princeps datus est.

† An. M. 3533. Ol. 64. 4. Urb. C. 232. Ant. Ch. 520.

[g] *Misertus est*] Ideo Jovi Pistori ara posita est, quod in quiete eos monuisset, ut ex omni frumento panem conficerent, et in castra projicerent hostium, ut tradit Lactantius: unde etiam Ovid. Fast. VI. 'Posse fame vinci spes excidit; hoste repulso Candida Pistori ponitur ara Jovi.'

‡ An. M. 3665. Ol. 97. 4. Urb. C. 364. Ant. Ch. 388.

4. Idemque Jupiter postea præstantissimorum ducum nostrorum sagacibus consiliis propitius aspiravit. Nam cum alterum Italiæ latus[h] Hannibal laceraret, alterum invasisset Hasdrubal, ne duorum fratrum junctæ copiæ intolerabili onere fessas simul res nostras urgerent, hinc Claudii Neronis vegetum consilium, illinc Livii Salinatoris inclyta providentia effecit. Nero enim compresso a se[i] in Lucanis Hannibale, præsentiam suam, quoniam ita ratio belli desiderabat, mentitus hosti,[j] ad opem collegæ ferendam per longum iter celeritate mira tetendit. Salinator in Umbria apud Metaurum[k] flumen proximo die dimicaturus, summa cum dissimulatione Neronem castris noctu recepit. 'Tribunos' enim 'a tribunis, centuriones a centurionibus, equites ab equitibus, pedites a peditibus excipi' jussit: ac sine ulla tumultuatione, solo vix unum exercitum capiente,[26] alterum inseruit. Quo evenit ne Hasdrubal cum duobus se consulibus[l] præliaturum prius sciret, quam utriusque virtute prosterneretur.[27] Ita illa toto terrarum orbe infamis Punica calliditas Romana elusa prudentia[28] Hannibalem Neroni,[m] Hasdrubalem Salinatori decipiendum tradidit.*

præsidia inopiæ cerneret. Cui tamen non assenserim.' *Torren.*—26 Uterqne Med. et Ultraj. prim. *capienti.* et sic Ascens. quasi penderet a verbo *inseruit.* Maluit tamen intelligere enm *inseruisse alterum exercitum castris,* ut *Tribunos enim, &c. jussit,* per parenthesim sint inserta.—27 Leid. 5. *q. utrisq. prosterneretur;* Leid. 3. *ab. utrisq. utriusq. virtute:* Pighius dederat ex Sus. Winck. et Colon. *ab utrisque prosterneretur;* sed alii codd. cum edd. vett. nostram testantur lectionem.—28 Ita Brand. 1. 2. et omnes codd. Torren. Pighius vero aliique eum secuti ex Sus. et Pulm. legunt: *calliditas frustrata fuit; Romana*

NOTÆ

[h] *Alterum Italiæ latus*] Apuliam, Lucaniam, Samnium vastabat Hannibal; Galliam Cispadanam et Umbriam Hasdrubal.

[i] *Compresso a se*] Primum levibus Hannibalem præliis fuderat; deinde justo prælio vicit, occisis hostium octo millibus, captis 700.

[j] *Mentitus hosti*] Sex peditum millia, equitesque mille secum duxit: jussitque legatis, ut eædem in castris stationes, eædem vigiliæ agerentur.

[k] *Metaurum*] Umbriæ fluvium, qui in sinum Adriaticum profluit. Nunc *Metaro.*

[l] *Cum duobus se consulibus*] Novarnm tamen copiarum indicia notavit Hasdrubal: quare, incertus quid factum esset Hannibale, pugnam detrectabat. De Hasdrubalis clade diximus alias.

5. Memorabilis etiam consilii Q. Metellus.[n] Qui[29] cum proconsule bellum in Hispania adversus Celtiberos gereret, urbemque Contrebiam, caput ejus gentis, viribus expugnare non posset, intra pectus suum diu multumque[30] consiliis agitatis, viam reperit, qua propositum ad exitum perduceret. Itinera magno impetu ingrediebatur: deinde alias atque alias regiones petebat. Modo[31] hos obsidebat montes: paulo post ad illos transgrediebatur; cum interim tam suis omnibus, quam ipsis hostibus ignota erat causa inopinatæ ejus[32] ac subitæ fluctuationis. Interrogatus quoque a quodam amicissimo[33] sibi, 'quid ita sparsum et incertum militiæ genus sequeretur:' 'Absiste,' inquit,[34] 'istud quærere; nam si hujus consilii mei interiorem tunicam consciam sensero, continuo eam cremari jubebo.' Quorsum igitur ista dissimulatio erupit? aut quem finem habuit? Postquam vero[35] et exercitum suum ignorantia,

prudentia. Leid. 1. habet *clausa* pro *elusa.*—29 *Qui* deest in Ultraj. 1. *proconsul* habent aliquot Torreniani cum uno Brand. *in Hispaniam* alter Brand. Mox *Trebiam* pro *Contrebiam* in quibusdam codd. et paulo post *viribus* deest in utroque Medic.—30 Multi codd. *diu ac multum,* vel *multum ac diu.* Mox Bit. prim. *produceret:* Leid. prim. *deduceret:* Med. prim. *propositum perficere:* Barb. prim. *Itinera aggrediebatur.*—31 In octo codd. Torren. et plerisque editis deest *Modo.* Sed servat Ed. Mog. et Mediol. cum Leid. quint. Ultraj. sec. Bit. ac Barb. prim. sunt etiam, qui habent, *paulo post ad alios transgrediebatur;* ut est in Mog. et Mediol.—32 Vox *ejus,* quod non valde desideres, abest a Med. prim. Cop. et Leid. quint. In eadem periodo Leid. sec. et sext. *tam suis omnibus, quam suis hostibus.*—33 Vet. *Interrogatusque a q. amatissimo.*—34 'Uterque Med. *Abstine, inquit;* porro complures *istud quærere,* ut edebatur ante Pighium, et melius unam rem quærenti convenit. Sed nihil hoc erat necesse, alterum enim æque bonum est.' *Torren.* Pighius aliique *ista.* Mox *consciam esse sensero* multi codd. cum Vet. Mog. et Mediol. 3. —35 'Med. prim. delet *vero;* ut sit responsio ad propositam quæstionem. Haud profecto absurde. Ultraj. sec. *vera:* an scripsit *veri?* ut sit, *postquam*

NOTÆ

[m] *Hannibalem Neroni*] Neronis e castris discessum, fratrisque mortem non prius audiit Hannibal, quam in castra rediit Nero: tum enim Hasdrubalis caput ante stationes Pœnorum projectum est; et a captivis, quos Nero dimiserat, admonitus, rerum Carthaginiensium vicissitudinem agnoscere se dixit.

* An. M. 3847. Ol. 143. 2. Urb. C. 546. Ant. Ch. 206.

[n] *Q. Metellus*] Macedonicus, ex Floro et Aurelio Victore; non Metellus Pius, ut indicare videtur Frontinus: nec enim in Celtiberos ille, sed in Lusitanos et Sertorium bellum gessit.

et totam Celtiberiam errore implicavit, cum alio cursum direxisset, subito ad Contrebiam[36] reflexit, eamque inopinatam et attonitam oppressit. Ergo nisi mentem suam dolos scrutari coëgisset, ad ultimam ei senectutem apud mœnia Contrebiæ armato sedendum foret.†

EXTERNA.

1. Agathocles[37] [o] autem, Syracusanorum rex, audaciter callidus. Cum enim urbem ejus [p] majore ex parte Carthaginienses occupassent, exercitum suum in Africam trajecit; ut metum metu, vim vi discuteret: neque sine effectu.[38] Nam repentino ejus adventu perculsi Pœni,[q] libenter incolumitatem suam salute hostium redemerunt, pactique sunt[39] ut eodem tempore et Africa Siculis, et Sicilia Punicis armis [r] liberaretur.‡ Age si Syracusarum[40] mœnia tueri perseverasset, illa belli malis urgerentur,[c] bona pacis fruenda securæ Carthagini reliquisset. Nunc in-

[c] *Illa mœnia belli incommodis premerentur.*

et exercitum suum implicavit ignorantia veri.' Torren.—36 Etiam hic Mss. *Trebiam*, et *Trebiæ* longe maximo numero. Pro *direxisset* Leid. quint. *dirigeret.* Et *attonitam* delet Copes.—37 'Inepte repetitur hic nomen *Agathoclis*, quod ex dictatis ludimagistri insertum veram lectionem vitiavit. Placet igitur ea, quæ est in Atrebatensi, Gemblacensi, et Cauchiano, *Age si Syracusarum mœnia tueri perseverasset.* Cujus item remanent indicia in Winckeliano et Campensi.' *Pigh. Agathocles* abest etiam ab uno Brand. Mox nonnulli codd. Torren. *audacter.*—38 In quibusdam codd. ita: *metu metum, vi vim; nec sine effectu.*—39 Medic. 1. 2. *salute h. tutati sunt pactique.*—40 *Agathocles age S. m.*

NOTÆ

† An. M. 3912. Ol. 159. 3. Urb. C. 611. Ant. Ch. 141.

[o] *Agathocles*] Carcino Figulo prognatus, qui collectis omnibus per Italiam profugis Syracusas ingressus, nobilissimos quosque occidit, diripuit urbem, sibique Principatum vindicavit.

[p] *Urbem ejus*] Ab Hamilcare Gisconis filio duobus prœliis victus Syracusis obsidebatur.

[q] *Perculsi Pœni*] Agros vastavit Agathocles; multas cepit urbes, duasque de Pœnis victorias retulit; alteram de Hannone, de Bomilcare alteram.

[r] *Sicilia Punicis armis, &c.*] Post multas et illatas et acceptas clades, deserto exercitu in Siciliam refugit, ibique pace cum Pœnis composita, tota fere Sicilia potitus est. Narrant hæc pluribus Diodorus et Justinus.

‡ An. M. 3756. Ol. 120. 3. Urb. C. 456. Ant. Ch. 296.

ferendo quæ patiebatur, dum alienas potius lacessit opes, quam suas tuetur, quo æquiore animo regnum deseruit, eo tutius recepit.

2. Quid Hannibal Cannensi prælio? nonne aciem nostram prius quam[41] ad dimicandum descenderet, compluribus astutiæ copulatam laqueis, ad tam miserabilem perduxit exitum? Ante omnia enim providit, ut et solem et pulverem,[5] qui ibi vento multus excitari solet, adversum haberet. Deinde 'partem copiarum suarum inter ipsum prælii tempus de industria fugere' jussit: quam cum a reliquo exercitu abruptam legio Romana sequeretur,[42] trucidandam eam ab iis, quos in insidiis collocaverat, curavit. Postremo quadringentos equites subornavit, qui simulata transitione petierunt consulem: a quo jussi more transfugarum depositis armis in ultimam pugnæ partem secedere, destrictis gladiis, quos inter tunicas et loricas abdiderant, poplites pugnantium Romanorum ceciderunt.* Hæc fuit Punica fortitudo, dolis et insidiis et fallacia[43] instructa. Quæ nunc certissima circumventæ virtutis nostræ excusatio est: quoniam decepti magis quam victi sumus.[44]

si tueri Copes. unde Perizon. conj. *A. ergo S. m. si tueri, &c.* 'Scripti nostri variant hoc modo. Ultraj. prim. *Age si Syracusarum;* Barb. prim. *Agathocles age Syracusarum;* Bit. prim. *Agathocles autem;* Leid. sec. *Agatodes Syracusanorum;* prim. *Age Syracusarum;* Harl. Med. sec. Leid. quint. sext. *At si Syracusarum;* Ultraj. sec. *Agathocles age Syracusarum:* reliqui videntur consentire cum Ultraj. 1.' *Torren.* et sic codd. Pighiani.—41 Vet. *Q. H. C. pugna p. r.* (i. e. *Populi Romani*) *aciem nonne priusquam;* Copes. et Leidd. 1. 2. 6. *Q. H. C. populi romani aciem;* Barb. 1. Bitur. 1. et Leid. 5. addunt, *speculatus;* codd. Pighiani, *Q. H. C. p. Nonne priusquam ad d. d. aciem populi Romani;* sed unus Brand. Ultraj. 1. et Leid. 5. habent lectionem textus. Mox pro *copulatam*, quod exhibent Harl. Copes. Leid. 2. Ultraj. 2. uterque Douac. et antiqui codd. Theophili, probante Gronovio, alii *complicatam,* ut in edd. vett. Pighius tamen maluit *implicatam.*—42 Harl. Bitur. Barb. 1. Leidd. 2. 6. et Copes. *insequeretur.*—43 Medic. uterque, *fallaciis.*—44 Ita omnes codd. et edd. ante Pighium, qui legit, *fuimus;* eumque secuti sunt Coler. Thys. Delph. &c.

NOTÆ

* *Et pulverem*] 'Cum comperisset Vulturnum ingentes auras mane proflare, quæ arenarum, pulverisque ingentes vortices agerent, sic direxit aciem, ut tota vis a tergo suis, Romanis in oculos incideret.' Ita Frontinus lib. XI. cap. 2.

* An. M. 3838. Ol. 141. 1. Urb. C. 537. Ant. Ch. 215.

CAP. V.

DE REPULSIS.

1 Q. Ælii Tuberonis.
2 P. Scipionis Nasicæ.
3 L. Æmilii Pauli.
4 Qu. Metelli Macedonici.
5 L. Cornelii Syllæ.
6 M. Catonis Uticensis.

Campi quoque repræsentata conditio ambitiosam ingredientes[1] viam ad fortius sustinendos parum prosperos comitiorum eventus utiliter instruxerit:[a] quia propositis ante oculos clarissimorum virorum repulsis, ut non minore cum spe honores, ita prudentiore cum animi judicio petent:[2] meminerintque nefas non esse, aliquid ab omnibus uni negari; cum sæpenumero singuli cunctorum voluntatibus resistere fas esse duxerint. Scientes etiam,[3] patientia quæri debere, quod gratia impetrari nequierit.

1. Q. Ælius Tubero, a Q. Fabio Maximo,[a] epulum populo[4] nomine P. Africani patrui sui dante, rogatus ut triclinium sterneret, lectulos Punicanos[5] [b] pellibus hædinis stravit, et pro argenteis vasis Samia exposuit. Cujus rei

[a] *Varius quoque eventus, qui in campo Martio contingit, oculis subjectus potest utiliter instruere eos, qui ambitiose honores appetunt, ad fortius ferendos comitiorum exitus ipsis infelices.*

1 Nonnulli codd. Torren. *ingredientis.* Pro *viam* Perizon. conj. *vitam.* Mox Medic. 1. 2. et Barb. 1. *utiliter instruxit.*—2 'Ita recte hæc ediderant Aldus et alii. Et habet quoque ita uterque cod. Brand. Pighius tamen, nescio qua de causa, scripsit sic: *Ut prop. a. o. c. v. r. non minore c. s. honores, ac p. c. a. j. petant.* Nimirum pro *quia* posuit *ut;* et comparativum *ut* expunxit; proque *ita* posuit *ac.*' Vorst. Comprobant Vorstii antiquam lectionem a Pighio interpolatam revocantis factum codd. Torreniani. Cop. habet *quoniam;* uterque Med. cum Ultraj. sec. *exemplis et repulsis;* unus item et alter *peterent* aut *petant.*—3 *Sciant etiam* Medic. 1. 2. et sic conj. Perizon. Mox Harl. *impetrare nequiverit;* Leid. 5. *qui g. impetrari nequiret.*—4 Ultraj. 2. et edd. ante Pigh. *populo Romano.*—5 Duo Leidd. cum uno Ultraj. *Punicatos;* Leid. 5. *Punicatores:* vett. exemplaria *Punicatos* habere testatur etiam

NOTÆ

[a] *Q. Ælius Tubero, a Q. Fabio Maximo*] Africani minoris ille ex sorore, hic ex fratre nepos fuit. Fabius Allobrogicus vulgo dictus.

[b] *Lectulos Punicanos*] Ligneos, ex Seneca Ep. 96. parvos et humiles, ex Isidoro lib. xx.

deformitas[6] sic omnes offendit, ut cum alioqui vir egregius haberetur, comitiisque prætoriis candidatus in campum L. Paulo avo, et P. Africano avunculo nixus descendisset, repulsa inde notatus[c] abiret.[7] Nam ut privatim semper continentiam probabant, ita publice maxima cura splendoris habita est. Quocirca urbs,[8] non unius convivii numerum, sed totam se in illis pelliculis jacuisse credens, ruborem epuli suffragiis suis vindicavit.[b] *

2. P. autem Scipio Nasica, togatæ potentiæ clarissimum lumen, is qui consul[9] Jugurthæ[d] bellum indixit; qui ma-

[b] *Quocirca cives arbitrati non solum paucos invitatos ad hoc convivium, sed se omnes in illis pellibus hædinis sedisse, sordidi hujus epuli auctorem suffragiis suis ipsi negatis punierunt.*

Theophilus.—6 Ita omnes codd. et edd. vett. Pighius vero dederat *deformitate:* aliqui Torreniani pro *omnes* habent *homines.*—7 Pulm. et Sus. *notatus abierit;* edd. ante Pigh. *abiret notatus;* tres codd. Torren. *obiret;* alii ejusdem *abierit.*—8 Ita omnes fere codd. Torren. cum Brand. 1. 2. et edd. antiq. at Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *urbs nostra:* Pighius *urbs* omittit et post *credens* addit *civitas* contra codd. *nostra urbs* extat in Barb. 1. Medic. 2. et Leid. 6.—9 ' Errare hic insigniter Valerium ad oram cod. sui notabat Perizonius. Omnes fere codd. cum Vet. habent: *clarissimum lumen, qui consul,* non, *is qui consul.* Mox Leid. 2. *matrem Deam:* unus Brand. cum quibusdam aliis codd. *e Phrygicis;* edd. ante Torren. non agnoscunt præpositionem *e.*—

NOTÆ

[c] *Repulsa inde notatus*] Hac tamen repulsa non deterritus Præturam iterum petiit, et obtinuit.

* An. M. 3925. Ol. 162. 4. Urb. C. 624. Ant. Ch. 128.

[d] *Is qui consul Jugurthæ*] Cum his et sequentibus verbis multa subesse vitia certum sit, librariorum, Valeriine ipsius aut negligentia, aut inscitia depravatus sit hic locus affirmare non ausim: errorem certe objecit hominibus nominum similitudo; cum quæ a quatuor Scipionibus gesta sunt, uni errore turpissimo tribuantur. Ad corrigendum hunc locum cum nihil opis afferant codices antiqui, ex historiæ veritate optime, ut solet, ita emendavit Pighius: *P. autem Scipio Nasica, togatæ potentiæ clarissimum lumen, pater ejus qui Consul Jugurthæ bellum indixit; ejusque nepos, qui matrem Idæam Phrygicis sedibus ad nostras aras focosque migrantem sanctissimis manibus excepit; is ipse qui multas et pestiferas seditiones auctoritatis suæ robore oppressit; cujus patre principe Senatus per aliquot annos gloriatus est; cum Ædilitatem Curulem, &c.* Quod ut paulo planius fiat, de his Scipionibus pauca libet addere. De quatuor Scipionibus hic agitur, quibus omnibus idem Nasicæ cognomen fuit; tres tamen agnomine inter se distincti; quartus non item. Unus enim Vir optimus vulgo nuncupatus; alter Corculum; tertius Serapio. Vir optimus matrem Idæam excepit; Corculum fuit princeps Senatus; Serapio occidit Ti. Gracchum; quartus Jugurthæ bellum indixit. Consul Vir optimus

trem Idæam e Phrygiis sedibus ad nostras aras focosque migrantem sanctissimis manibus excepit; qui multas et pestiferas seditiones auctoritatis suæ robore oppressit; quo principe senatus per aliquot annos gloriatus est; cum ædilitatem curulem adolescens peteret, manumque cujusdam rustico opere duratam more candidatorum tenacius apprehendisset, joci gratia interrogavit eum, 'num manibus solitus esset ambulare.' Quod dictum a circumstantibus exceptum, ad populum manavit, causamque repulsæ Scipioni attulit. Omnes namque rusticæ tribus[e] paupertatem sibi ab eo exprobratam judicantes, iram suam adversus contumeliosam ejus urbanitatem destrinxerunt. Igitur civitas nostra, nobilium juvenum ingenia ab insolentia revocando, magnos et utiles cives fecit; honoribusque, non patiendo eos a securis peti,[10] debitum auctoritatis pondus adjecit.†

3. Nullus error talis in L. Æmilio Paulo conspectus est: sed tamen aliquoties frustra[f] consulatum petiit. Idemque, cum jam campum repulsis suis fatigasset, bis consul[g] et censor factus, amplissimum dignitatis gradum obtinuit.[11] Cujus virtutem injuriæ non fregerunt, sed acuerunt. Quo-

10 Sic emendavit Pighius, quod confirmant scripti fere omnes, et Ven. ac Mediol. sed Leid. quint. *a secutis peti: A scurris* exponit Oliverius, 'a ridiculis hominibus:' sed Theophilus addit aliquot exemplaria habere, *a securis.* —11 Ita Pigh. ex Winck. et Canch. qui æque probavit lect. codicis Calon. *bis c. e. c. f. est; gradumque dignitatis amplissimum obtinuit:* edd. vett. cum Cop. Ultraj. 1. 2. Med. 1. 2. Harl. Barb. Bit. et Leid. quatuor, *bis consul et censor factus est, amplissimum etiam dignitatis gradum obtinuit.* Leid. quint

NOTÆ

anno Urbis 563. Corculum 592. Serapio 616. et quartus 642. Viri optimi filius Corculum fuit, Serapio nepos; qui Jugurthæ bellum indixit, abnepos. De Serapione hic potissimum agitur, qui ob joculare verbum repulsam passus est. Ad hujus loci intelligeutiam hoc dixisse satis erit.

[e] *Rusticæ tribus*] Erant enim tribus urbanæ, quæ civium; et suburbanæ, quæ libertinorum; et rusticæ, quæ ingenuorum.

† An. M. 3908. Ol. 158. 3. Urb. C. 607. Ant. Ch. 145.

[f] *Aliquoties frustra*] Aliter Plutarcho, aliter Auctori de Viris Illustribus placet: ille post primum Consulatum, hic ante, ter repulsam passum affirmat: utri assentiri malis, ipse videris.

[g] *Bis Consul*] In primo Consulatu Ligures, in secundo Persen vicit.

niam quidem ipsa nota accensam[12] cupiditatem summi honoris ardentiorem ad comitia detulit; ut populum, quem[13] nobilitatis splendore et animi bonis movere non potuerat, pertinacia vinceret.‡

4. Q. autem Cæcilium Metellum[h] pauci et mœsti amici, consulatus repulsa afflictum,[c] [14] tristitia ac rubore plenum, domum reduxerunt: eundem de Pseudophilippo[i] triumphantem universus senatus lætum et alacrem in Capitolium prosecutus est.* Achaici etiam belli,[j] cui summam manum L. Mummius adjecit, maxima pars ab hoc viro profligata est. Eine ergo populus consulatum negare potuit, cui mox duas clarissimas provincias[k] aut daturus erat, aut

[c] *Propter repulsam Consulatus afflictum.*

factus est et amplissimum, &c.—12 Pighius tacite *accensus*, cum edd. ante ipsum et Mss. haberent *accensam cupiditatem.* 'Certe ita invenio in Leidd. septem, utroque Ultraj. et Copes. in Gudianis excerptis omissum credo notari: et est hoc stylo Valerii prorsus conveniens. Perizonius pro *detulit*, fortasse *repulit* legendum esse conjecit.' *Torren.* cum Torrenio facit et Vet.—13 Ita quidem Torrenius auctoritate novem Mss. et editt. Fallitur tamen vir doctissimus, scribens, *quia* pro *quem* a Pighio esse, nam Vet. jam habet *quia.* Mox *poterat* alii.—14 Ita omnes codd. Torren. veteres typis expressi et Brand. Pighius tamen ex uno atque altero cod. scripsit *afflatum:* putatque elegantem formulam loquendi hanc esse. Pighium secuti sunt Coler. et Thys.—15

NOTÆ

‡ An. M. 3874. Ol. 150. 1. Urb. C. 573. Ant. Ch. 179.

[h] *Metellum*] Macedonicum, de quo paulo ante.

[i] *Pseudophilippo*] Andrisco, qui se Philippi Regis ex pellice filium mentiebatur.

* An. M. 3909. Ol. 158. 4. Urb. C. 608. Ant. Ch. 144.

[j] *Achaici etiam belli*] Quod ortum est ob Romanos legatos Corinthi violatos; a Metello Prætore cœptum, a quo Achæi eorumque socii, Bœotii et Chalcidenses, duobus prœliis superati, semel ad Thermopylas; iterum ad Chæronæam: altero prœlio dux erat Critolaus, altero Diæus; deinde omnis Achaia a L. Mummio Consule, victo rursus Diæo, in deditionem accepta, Corinthus ipsa caput gentis incensa est. Ex quo tempore sublato Græciæ concilio, et Prætor juris dicundi gratia missus est, et Græcia omnis Achaiæ nomen accepit.

[k] *Duas clarissimas provincias*] Macedoniam et Hispaniam citeriorem, quarum alteram capto Andrisco Prætor jam subegerat; alteram victis sæpe Celtiberis Proconsul aliquanto post in potestatem redegit: unde de illo Florus: 'Metellus ille, cui ex Macedonia cognomen, meruerat et Celtibericus fieri.'

debiturus, Achaiam et Macedoniam? Et quidem hoc facto,[15] meliore eo cive usus est. Intellexit enim quam industrie sibi gerendus esset consulatus, quem tanto labore impetrari senserat.

5. Quid tam excellens, quid tam opulentum quam L. Sylla? divitias et imperia[16] largitus est: leges vetustas abrogavit, novas tulit: hic quoque in eo campo, cujus postea dominus extitit, repulsa præturæ[1] sugillatus est: omnia loca petiti honoris, si quis modo Deorum formam et imaginem futuræ ejus potentiæ populo Romano repræsentasset, impetraturus.[d] †

6. Sed ut comitiorum maximum crimen referam, M. Porcius Cato plus moribus suis præturæ decoris adjecturus, quam prætexto[17] ejus splendoris ipse laturus, consequi illam a populo aliquando non potuit.[m] Proxima dementiæ

[d] *Qui obtinuisset omnes Magistratus quos petebat, si quis Deorum ostendisset populo Romano imaginem quandam potentiæ illius futuræ.*

Sic omnes codd. et edd. vett. quos Vorst. et Torren. maluerunt sequi, quam emendationem Pighii legentis: *quem de P. ..... prosecutus erat ..... profligata fuerat ..... aut debebat, aut erat debiturus? Et q. hoc, &c.* omissis *Achaiam et Macedoniam.* Vide Var. Not. Pauculi Torren. habent *Achaiam aut Macedoniam:* in fine addit Ultraj. sec. *Reverentius etiam et dulcius possidetur, quod cum labore magis acquiritur;* quod extat etiam in uno Douac. Sed nimium manifeste glossam olet.—16 Copula *et* abest ab Ultraj. 1. 2. Leidd. Copes. plerisque Gudianis, Venett. et Vet. unde Gudius conj. *divitias imperio, &c.* Mox pro *in eo* ante Pighium legebatur *in eodem;* sed contra omnes codd. *postea* deest in Copes.—17 Ita plerique codd. Torren. quod ex suis codd. etiam probat Gronov. ad Sen. Ep. 71. pauculi *prætextu* vel *præterta.*—18

NOTÆ

[1] *Repulsa Præturæ*] Jam sub Mario, et in bello Jugurthino Quæstor, et in Cimbrico Legatus fuerat, cum repulsam passus est; rationem ipse attulit in commentariis apud Plutarchum, quod Præturam peteret omissa Ædilitate a populo vehementer expetita, ob spem muneris magnificentissimi, et belluarum Africanarum, cum et ipse per sese Sylla esset magnificus, et Boccho Mauritaniæ Regi gratissimus.

† An. M. 3960. Ol. 171. 3. Urb. C. 659. Ant. Ch. 93.

[m] *A populo aliquando non potuit*] Ubi vidit Pompeium et Crassum juncta cum Cæsare societate petere Consulatum; illis primum, quantum maxime potuit, obstitit; deinde, ut frustra se esse videt, ipse petit Præturam; jamque suffragiis superior erat, cum Pompeius tonitru se audisse mentitur: sicque concione dimissa die sequenti bonis quibusque vi a co-

suffragia; quæ satis quidem graves pœnas erroris sui pependerunt: quoniam quem honorem Catoni negaverant,[18] Vatinio dare coacti sunt. Ergo si vere æstimare[19] volumus, non Catoni tunc prætura, sed præturæ Cato negatus est.‡

Bitur. 1. *negaverunt.*—19 Harl. *si verum existimare.*

NOTÆ

mitio depulsis per homines pecunia corruptos Vatinium eligi curavit. Hæc fere Plut.

‡ An. M. 3998. Ol. 181. 1. Urb. C. 697. Ant. Ch. 55.

CAP. VI.

DE NECESSITATE.

1 Populi Romani post cladem Cannensem.
2 Casilinatum in obsidione.
3 Prænestinorum militum in eadem obsidione.
4 Populi Romani bello Mariano.
5 C. Cæsaris ad Mundam.
6 Populi Asiatici bello Parthico.

EXTERNORUM.

1 Cretensium a Q. Metello obsessorum.
2 Numantinorum a P. Scipione.
3 Calagurritanorum a Cn. Pompeio.

Abominandæ quoque necessitatis amarissimæ leges, et truculentissima imperia, tum Urbem nostram, tum etiam exteras gentes[1] multa non intellectu tantum, sed etiam auditu gravia, perpeti coëgerunt.

1. Nam aliquot adversis prœliis secundo Punico bello exhausta militari[2] juventute Romana, senatus auctore Ti. Graccho[a] consule[3] censuit, 'uti publice servi adversus

1 Leid. 1. *ceteras gentes.*—2 A Leid. 2. abest vox *militari*, quam Schottus, Obs. Hum. III. 32. glossema censet, et ejiciendam.—3 Pighius ex Camp. *consule designato*, contra omnes alios codd. Mox pro *adversus propulsandorum*, vel *adversum prop.* ut in codd. Torren. Lips. et Vorst. malint, *ad propulsan-*

NOTÆ

[a] *Ti. Graccho*] Longo, qui bis copias Hannibalis fudit; ipseque postea proditione oppressus est, ut diximus lib. I. c. 6. n. 8.

propulsandorum hostium impetum emerentur:' eaque de re per tribunos plebis ad populum[4] lata rogatione tres creati sunt viri, qui quatuor et viginti millia[5 b] servorum comparaverunt : adactosque jurejurando, 'strenuam se, fortemque operam daturos, quoad Pœni essent in Italia,' datis armis,[6] in castra miserunt. Ex Apulia etiam et a Fidiculis[7 c] septuaginta atque ducenti ad supplementum equitatus sunt emti.* Quanta violentia est casus acerbi! Quæ civitas ad id tempus ingenuæ quoque originis capite censos habere milites fastidierat, eadem cellis servilibus[d] extracta corpora, et a pastoralibus casis collecta mancipia, velut præcipuum firmamentum,[8] exercitui suo adjecit. Cedit ergo interdum generosus spiritus utilitati, et fortunæ viribus succumbit: ubi nisi tutiora consilia legeris,[9] spe-

dum.—4 Novem codd. Torren. et edd. ante Pigh. *apud populum.*—5 Lipsius aliique delendum censent *et viginti;* nam Livius aliique tantum *octo millia* commemorant, uti est in Medic. 2. Ceteri omnes *quatuor et viginti millia.*—6 'Ita Aldus et Chalcocondyles : quos Pighius et alii sunt secuti. At Martinus Herbip. pro *datis armis* edidit *laturos arma.* Quod idem et in utroque cod. Brandeb. observo: nisi quod unus pro *laturos* perperam habet *daturos.*' Vorst. codd. Torreu. decem, et Venett. *laturos arma;* 'quæ lectio mihi non displicet, si modo ita exponas, ut verba *laturos arma* ad jusjurandum servorum pertineant, ejusque partem alteram efficiant. Sensus tunc esset jurisjurandi: 1. se velle fortiter pugnare, 2. se non prius arma deposituros, quam Pœni Italia excessissent. Certe hoc voluisse videntur Harl. et Med. prim. in quibus est: *et, quoad Pœni in Italia essent, laturos arma.* Valerius quoque in verbis *operam daturos* et *laturos arma* lusisse videtur. Leid. sec. *datura arma.* Vet. *data arma.*' Kapp.—7 Ita fere codd. et Vet. quare Torren. restituit, nam Pighius dederat: *quoque et Fidiculis.* Ceterum pro *Fidiculis* Cluverius legendum censet *Pœdiculis,* cui assentit Torren. Cf. Plin. III. 2. et Strab. XVI. Pighius *Æquiculis* mavult. Harl. Bitur. et Barb. 1. *etiam ita Fidiculis;* Medic. 2. et Leid. 2. *etiam affidiculis.* Mox pro *ducenti* alii legunt *trecenti.*—8 Medic. 1. 2. *præcipuum robur.*—9 'Ita Torreuius Mss. et vett. editt. secutus edidit. Pighius ex codd. suis rescripserat *elegerit consilia.* Mox *speciosa* male Vorstius ad *fortuna* refert, et *speciosa fortuna concidere* explicat fortunam prosperam et exoptatam amittere, eaque carere. Nam *speciosa* est casus quartus pluralis, refertur ad *consilia,* et regitur a verbo *se-*

NOTÆ

[b] *Quatuor et viginti millia*] Octo tantum millia habet Livius, cui Macrobius assentitur: quatuor millia legit Lipsius.

[c] *Fidiculis*] Melius, opinor, legeris cum Cluverio *Pediculis,* qui populi Italiæ, Apulis et Salentinis contermini. De capite censis vide lib. II. c. 3. n. 1.

* An. M. 3839. Ol. 141. 2. Urb. C. 538. Ant. Ch. 214.

[d] *Cellis servilibus*] Quibus servi a dominis includebantur.

ciosa sequenti concidendum est.[a] Cannensis autem clades adeo urbem nostram vehementer confudit,[10] ut M. Junii[e] opera,[11] dictatura rempublicam administrantis, spolia hostium affixa templis, Deorum numini consecrata, instrumento militiæ futura[12] convellerentur, ac prætextati pueri arma induerent: addictorum[13][f] etiam, et capitali crimine damnatorum sex millia conscriberentur. Quæ si per se aspiciantur, aliquid ruboris habeant: si autem admotis necessitatis viribus ponderentur, sævitiæ temporis convenientia præsidia videantur.[14] Propter eandem cladem

[a] *Ubi nisi sequaris tutiora consilia; necesse est ut pereas, si eligas honesta.*

quenti. Mens Valerii est, eum, qui secutus fuerit speciosa magis quam utilia, interiturum esse. Cf. Vell. II. 113. 2. et Curt. V. 1. 8.' *Kapp.* Deinde *concidendum est* recte et convenienter cum Mss. restituit Pighius, pro *concedendum est*, ut est in Mediol. Gryph. et Steph. Sed aliter Venett. Ascens. Ald. et Colin.—10 'Ita legendum; non, ut Aldus edidit, *contudit.* Habet ita uterque cod. Brand. et illi, quos Pighius inspexit. 'Confundere' idem quod perturbare, percellere; ut sæpe.' *Vorst. contudit* habet Cop. reliqui Torreniani *confudit:* consule Gifan. Ind. Lucretii p. 451. *vehementer* delet Med. prim.—11 Ita Pighius ex Mss. pro eo quod ante editum fuit *opera M. Junii.* At Gronovius inde conjicit legendum esse, *M. Junio Pera dictatura remp. administrante.* Vide Notas ejus ad Liv. XXIII. 14. 'Magni Gronovii conjecturam valde juvat Ultraj. habens, *M. Junii opera dictatura Remp. administrante:* ceteri *M. Junii opera dictaturam reipublicæ administrantis.* Sed nihil est hic illud *opera.* Neque consentaneum est majestati Dictatoris, ut id, quod hic refertur, *opera* ejus factum dicatur. Quare cum *Pera* sit usitatum genti Juniæ cognomen, nullus dubito, quin sagacissime et verissime hunc locum Gronovius emendarit.' *Torren. dictatura* codd. Pigh. Brand. 1. et edd. Aldo antiquiores; *dictaturam administrantis* Leid. 2.—12 Unus Brand. et Ultraj. 1. *i. m. profutura;* alii codd. Torren. *instrumenta m. futura.*—13 '*Adjudicatorum* nescio an in ullo scripto libro inveniatur. Habent enim *abditorum*, ut editum quoque est Venetiis, vel *additorum*, vel quod plures, *addictorum:* unus Leid. sext. *abjectorum.* Mediol. et Ascens. *uddictorum;* sed Aldus et reliqui *adjudicutorum* dederunt. 'Addictos' inter et 'servos' quid intersit ostendit Quintil. L. VII. Inst. 3.' *Torren.* Mox Barb. prim. Cop. Ultraj. sec. *sedecim millia*, et sic Venet. *sexdecim millia* Mediol. *VII m.* Leid. quart. et Ultraj. prim. *scriberentur* Leid. quint.—14 Ita tredecim codd. Torren. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. Pighius vero dederat: *habent ..... videbuntur;* unus atque item alter Torren.

NOTÆ

[e] *M. Junii*] Peræ ex plebeia Juniorum gente, qui Consul anno 523.

[f] *Addictorum*] Addicti dicebantur, qui propter debita in temporariam servitutem creditoribus sententia Prætoris addicebantur: unde Plautus in Pœnulo: 'Ubi in jus venerit, Addicet Prætor familiam totam tibi.' Per prætextatos intelligit nobiles adolescentes, qui necdum decimum septimum ætatis annum attigissent.

senatus Otacilio,[15] [g] qui Siciliam, et Cornelio Mammulæ, qui Sardiniam proprætoribus obtinebant, querentibus 'quod neque stipendium, neque frumentum classibus eorum et exercitibus socii præberent;' [h] affirmantibus etiam, 'ne habere quidem eos, unde id præstare possent,' rescripsit, 'ærarium longinquis expensis [16] non sufficere: proinde, quo pacto tantæ inopiæ succurrendum esset, ipsi viderent.' His literis quid aliud quam imperii sui gubernacula e manibus abjecit? Siciliamque et Sardiniam, benignissimas urbis nostræ nutrices,[i] gradus et stabilimenta bellorum, tam multo sudore et sanguine in jus ac [17] potestatem redactas, paucis verbis, te scilicet necessitate jubente, dimisit.

2. Eadem Casilinates [j] obsidione Hannibalis clausos, alimentorumque facultate defectos, lora necessariis [k] vinculorum usibus subducta, eque scutis detractas pelles,

habent.—15 Ultraj. 1. *Propter eandem necessitatem, &c.* Harl. *Ortalio;* Medic. 1. *Ortacilio;* quidam ut vulgo ante Pighium, *Octacilio:* nonnulli etiam, *Cornelio Mamilæ*, vel *Mamulæ.* Mox Copes. et Barb. 1. *proprætoribus socii obtinebant;* Leid. 1. *proprætores*, ut edebatur ante Pighium, adversantibus ceteris codd. et Mediol. 3.—16 Ita Leid. 5. et Ultraj. 1. a m. pr. alii duodecim cum Vet. et Mediol. 3. *impensis*, quod non improbat Torren. Mox, *ipsi providerent* in Vet.—17 Vet. cum plerisque codd. *jus ac* omittit. Mox eadem cum opti-

NOTÆ

[g] *Otacilio*] T. Otacilio Crasso, qui Siciliam diu magna prudentia administravit; Consulatus tamen repulsam passus est.

[h] *Socii præberent*] Aliter Livius. Scribebat Otacilius L. Furium Prætorem cum classe ex Africa Lilybæum venisse; ipsum graviter saucium; militibus et navalibus, neque stipendium, neque frumentum ad diem dari, neque unde detur esse. Eademque ferme a Mammula de stipendiis et frumento scripta: quæ cum Senatus negasset, Otacilio Hiero, Mammulæ sociæ civitates benigne contulerunt.

[i] *Urbis nostræ nutrices*] Sicilia, ut frugum admodum ferax, multum laudatur, cum a Cicerone in Verrinis sæpius, tum a Catone, Strabone, et aliis. Laudatur etiam hoc nomine Sardinis a Strabone et Horatio, licet ex parte aspera sit.

[j] *Casilinates*] Casilinum non procul a Capua, hodie *Castellazzo.* Illuc 540. Prænestini fugerant; et cohors Perusina, a quibus Maherbal fusus est: ipsi paulo post ab Hannibale tota hyeme obsessi.

[k] *Lora necessariis*] A Sempronio primum dolia vino frumentoque plena per Vulturnum missa sunt; deinde nuces in amnem projectæ, ut aquæ cursu in urbem deferrentur, sed ab hostibus cratibus exceptæ sunt.

ferventi resolutas aqua, mandere voluisti.[18] Quid illis, si acerbitatem casus intueare, miserius? si constantiam respicias, fidelius? qui, ne a Romanis desciscerent,[19] tali cibi genere uti sustinuerunt; cum pinguissima arva sua fertilissimosque campos mœnibus suis subjectos intuerentur. Itaque Campanæ urbis,[l] quæ Punicam feritatem deliciis suis cupide[20] fovit, in propinquo situm Casilinum, modo rara virtute clarum,[b 21] perseverantis amicitiæ[m] pignore impios oculos verberavit.†

3. In illa obsidione et fide cum trecenti Prænestini[n] permanerent, evenit ut ex his quidam murem captum ducentis potius denariis[22 o] vendere, quam ipse leniendæ famis gra-

[b] *Itaque Casilinum, raræ virtutis exemplo illustre, fidelis amicitiæ perseverantia levitatem exprobravit Capuæ vicinæ urbi Campaniæ, quæ deliciis suis Pœnos feroces fovit.*

mis codd. *te scilicet* pro vulgg. *ita scilicet.*—18 Ita Aldd. Colin. Gryph. Steph. Pigh. &c. Guyeto scribendum videtur: *Idem* (sc. Senatus) *Casilinates.... mandere voluit.* 'Nesciebat videlicet Apostrophen ad necessitatem esse factam: et senatum Romanum hoc voluisse omnino falsum est. Ceterum totam hanc periodum Mss. Harl. Cop. Bit. prim. Med. prim. Leid. prim. et sec. ita constituunt: *Eadem Casilinates obsidione Annibalis clausi, alimentorumque facultate defecti, lora necessariis, &c. voluistis.* Sed Med. et Barb. prim. cum Cop. præterea: *eadem clade Casilinates:* Barb. prim. Cop. Harl. Ultraj. sec. *manducare;* Leid. sec. *voluissetis.* Præfero lectionem Pighianam multo magis Valerii genio consentaneam: et non satis recte *Casilinates* dicuntur *voluisse illa mandere,* qui suprema compulsi necessitate id fecerunt, sed bene illud tribuitur necessitati per prosopopœiam.' *Torren.* Pro *facultate* Dan. in marg. *facilitate.*—19 Leid. 5. Ultraj. 1. 2. et Vet. *desisterent;* Harl. *discederent.*—20 Codd. Torren. quinque *cupida,* ut legebatur ante Pighium.—21 Sic Pighius ex Winck. Col. Sus. et Pulm. edidit. Habetque ita Herbip. *modo rarum* est in Camp. Gembl. Atreb. Cop. utroque Med. Harl. Bit. Barb. Leid. Ultr. sec. et Vet. *moderatum* quinque Leidd. Ultraj. 1. et forte Cauch. et Brand. nec non edd. vett. Perizonius conj. *Casilinum contraria v. c.* Torren. vero *Casilinum roboratum virtute, clarum perseverantis, &c.* Kappius vulgatum præfert, et sic interpungit: *C. moderatum,* (i. e. modestum,) *virtute clarum, perseverantis, &c.* Ultraj. 1. habet *pignus* pro *pignore.*—22 Ita etiam Frontin.

NOTÆ

[l] *Campanæ urbis*] Capuæ, cujus deliciis fracta Hannibalis virtus est.

[m] *Perseverantis amicitiæ*] Cum ad muros rapas seminassent, Hannibal dixisse fertur: 'Eone, usque dum ea nascantur, ad Cassilinum sessurus sum?' eorumque permotus constantia, de liberorum capitum redemptione agi passus est, et data fide urbe potitus.

† An. M. 3838. Ol. 141. 1. Urb. C. 537. Ant. Ch. 215.

[n] *Trecenti Prænestini*] 540. Strabo; 570. Livius numerat.

[o] *Ducentis potius denariis*] Ita etiam Frontinus: Strabo ducentis drachmis, Plinius ducentis nummis emtum murem memorat.

tia consumere mallet. Sed credo, Deorum providentia [23] et venditori et emtori, quem uterque merebatur, exitum attribuit. Avaro enim fame [24] consumto, manubiis sordium suarum frui non licuit:[c] æqui animi vir ad salutarem impensam faciendam, care quidem, verum necessarie, comparato [25] cibo vixit.

4. C. autem Mario et [26] Cn. Carbone consulibus, bello civili cum L. Sylla dissidentibus, quo tempore non reipublicæ victoria quærebatur, sed præmium victoriæ res erat publica, senatus consulto aurea atque argentea templorum ornamenta, ne militibus stipendia deessent, conflata sunt.‡ Digna enim erat causa, hinc an illi [27] crudelitatem suam proscriptione civium satiarent, ut Dii immortales spoliarentur. Non ergo patrum conscriptorum voluntas, sed tua, teterrima necessitas, truculenta manus illi consulto stylum impressit.[d] [28]

5. Divi Julii exercitus, id est,[29] invicti ducis [p] invicta

[c] *Fructu avaritiæ suæ uti non licuit.*
[d] *Sed tua violenta manus illud decretum in tabella scripsit.*

sed Plin. *ducentis numis.*—23 'Male Vorstius post *providentia* iterum intrusit quorundam librorum *effectum:* quod bene jam Pighius expunxerat, et jure ejecit Torrenius.' *Kapp. Quæ et venditori* Vorst. e Brand. *ut et venditori...attribuerit* Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *exitus attribueretur* Medic. 2.—24 *Avaro enim et fame* Copes. Harl. Barb. 1. Ultraj. 2. et Leid. 6. unde Torren. conj. *ex fame.*—25 Leid. 2. *necessitate ejus parato;* Medic. 1. *si rerum necessitati ejus comparato.*—26 Copes. et Vet. copulam *et* omittunt, probante Perizonio. Cf. Gronov. ad Liv. et Oudendorp. ad Obsequent.—27 Ultraj. 1. *an ille,* ut referatur ad Syllam, more Valerii, *ille* ad posterius referentis.—28 Ita Pighius ex Mss. ut apostrophe rursus sit ad necessitatem. Nec sane inelegans est illud, aut a more nostri abhorrens. Veteres tamen typis expressi, et uterque Brandeb. sine apostrophe sic habent: *Sed teterrimæ necessitatis truculenta manus.* Vorst. Cum Pighio facit solus Leid. quint. Aliquot etiam *stilum suum impressit.* ut legebatur ante Pighium.—29 Hoc Vorstius revocavit, cum Pighius multorum codd. lectionem secutus dedisset, *idem;* unus Leid. *item.* sed deest in Leid. 5. Mox, Vet. *deficeretur,* ut Gronov. ad Sen. Epist. 30. ex codd. vult, et monuit in marg. libri sui Drakenborchius.—30

NOTÆ

‡ An. M. 3968. Ol. 173. 3. Urb. C. 667. Ant. Ch. 85.

[p] *Invicti ducis*] Nunquam majus periculum adiit Cæsar: illius enim veterani milites post quatuordecim victorias, tum primum retro gradum tulerunt; quod simul ut animadvertit Cæsar, continuo remoto equo, rejectaque galea, in primam progressus aciem, illos hortatur, ne sep ueris

dextera, cum armis Mundam[q] clausisset,[r] aggerique extruendo materia deficeret, congerie hostilium cadaverum, quam desideraverat altitudinem instruxit: eamque tragulis et pilis, quia roboreæ sudes deerant, magistra novæ molitionis necessitate usus vallavit.*

6. Atque ut divinam[30] filii mentionem cœlestis patris recordationi subnectam, cum effusurus se in nostras provincias Parthorum rex Phraartes[s] videretur, vicinæque imperio ejus regiones subita indicti[31] tumultus denuntiatione quaterentur: tanta in Bosporano tractu[t] commeatus penuria incessit, ut sex millibus denariis singula vasa olei,[32] frumentique modiis totidem mancipia permutarentur. Sed amarissimam tempestatem Augusti cura, tutelæ tunc terrarum vacans, dispulit.

EXTERNA.

1. Cretensibus nihil tale præsidii affulsit: qui obsidione

Perizon. conj. *divi jam*, i. e. jam mortui et ad Deos relati, contra omnes codd. Mox Vet. *cælesti.*—31 Edd. pleræque, *inducti;* sed omnes fere codd. *indicti.*—32 Sic omnes codd. tribus modo exceptis, omnesque editi ante Pighium, itemque Vorst. et Torren. Pighius, quem Colerus secutus est, ex Pulm. Sus. et Atreb. edidit: *uti a militibus, singulis olei, &c.* Contra lectionem Pighianam monet Vorstius, si *singulis* verum esset, non sequi debuisse *totidem*, sed *singula;* Torrenio vero *militibus* non placet, quod cura providendi commeatibus ad duces potius quam ad milites pertinuisse videatur. Quod ad alteram lectionem attinet, quæ in ceteris libris est et quam ipse repetii, restat mihi scrupulus. Vas enim non erat definitæ magnitudinis, sed modo majus modo minus. Non est autem credibile, milites *singula vasa olei*, sive majora, sive minora essent, redemisse *sex millibus denariis.* Deinde hæreo in *sex millibus denuriis*, et cum Perizonio placet mihi *sex millibus denarium*, quod habet Ascens. Neque tamen sic locus mihi videtur satis sanus.' *Kapp.*

NOTÆ

proderent. Ita Florus. Post prælium amicis ingenue confessus est, sæpe se pro victoria; in præsentia vero pro vita primum dimicasse.

[q] *Mundam*] Oppidum Hispaniæ Bæticæ, hac pugna nobilitatum. Hodie *Munda.*

[r] *Clausisset*] A Fabio Legato Mundam obsideri jussit, a quo maxima civium cæde expugnata est.

* An. M. 4009. Ol. 183. 4. Urb. C. 708. Ant. Ch. 44.

[s] *Phraartes*] Orodis filius; qui, quo et citius et tutius regnaret, patrem fratresque multos seu veneno seu ferro sustulit.

[t] *Bosporano tractu*] Geminus est; Thracius, qui angustia maris efficitur inter Byzantium et Chalcedonem, nunc *détroit de Constantinople:* Cimmerius, angustia maris inter Chersonesum Tauricam in Europa, et Sarmatiam in Asia, hodie *détroit de Caffa:* a quo Bosphorani dicuntur.

Metelli[u] ad ultimam usque[33] penuriam compulsi, sua, jumentorumque suorum urina sitim torserunt, justius dixerim, quam sustentarunt: quia dum vinci timent, id passi sunt, quod eos ne victor quidem pati coëgisset.†

2. Numantini autem a Scipione vallo et aggere circumdati, cum omnia, quæ famem eorum trahere poterant, consumsissent, ad ultimum humanorum corporum dapibus usi sunt. Quapropter capta jam urbe, complures inventi sunt, artus et membra trucidatorum corporum sinu suo gestantes.‡ Nulla est in his necessitatis excusatio; nam quibus mori licuit, sic vivere necesse non fuit.

3. Horum trucem pertinaciam in consimili facinore Calagurritanorum[v] execrabilis impietas supergressa est. Qui quo perseverantius interemti Sertorii cineribus, obsidionem Cn. Pompeii frustrantes, fidem præstarent; quia nullum jam aliud in urbe eorum supererat animal, uxores suas natosque ad usum nefariæ dapis verterunt. Quoque diutius armata juventus viscera sua visceribus suis aleret, infelices cadaverum reliquias salire non dubitavit. En quam aliquis in acie hortaretur,[34] ut pro salute conjugum et libero-

—33 Ultraj. 1. 2. Harl. Bitur 1. Barb. 1. et Leid. 2. non agnoscunt τὸ *usque;* Leid. 6. habet: *ad ultimam quoque.* Paulo post pro *quia* Perizon. malit *qui* vel *quin.*—34 'Ita legendum censet Gronovius in Notis ad Liv. xxx. 21. Et habent fere ita vetus editio Aldina, et unus codd. Brandeburg. Tantum perperam in iis est *quem* pro *quam.* Pertinet autem illud *quam* ad juventutem de qua prædixit. Pighius edidit: *Eamne unquam aliquis in acie hortaretur.* Et Colerus: *En unquam aliquis in acie hortaretur.* Sed ille elegantem usum voculæ *En* neglexit; hic ne accusativum quidem habet qui ad verbum *hortaretur* pertineat.' *Vorst.* 'Gronovius recte legit, *En quam aliquis,* sed ita jam Oliverius et Ascensius.' *Perizon.* 'Bit. prim. *Et nunquam aliquis;* Med. prim. *Enne unquam aliquis;* Medic. sec. *Eamne unquam;* Ultr. prim. *En quis unquam eam;* Ultraj. sec. Harl. Barb. Leid. tres *En quem aliquis;* Leid. quint. et sext. *En unquam aliquis;* sed in sext. additur, pro v. l. *En*

NOTÆ

[u] *Obsidione Metelli*] Bellum his indictum est dominandi cupiditate potius, quam ulla justa de causa; favisse tamen Mithridati videbantur. Ita Florus. Metellus Cretici cognomen adeptus est. De Numantinorum clade lege lib. II. cap. 7. num. 1.

† An. M. 3988. Ol. 178. 3. Urb. C. 687. Ant. Ch. 65.

‡ An. M. 3921. Ol. 161. 4. Urb. C. 620. Ant. Ch. 132.

[v] *Calagurritanorum*] Hispaniæ populos fuisse liquet; ubi habitarint, obscurum est.

rum fortiter dimicaret! Ex hoc nimirum hoste, tanto duci pœna magis quam victoria petenda fuit: quia plus vindicatus libertatis, quam victus gloriæ afferre potuit;[35] cum omne serpentum ac ferarum genus comparatione sui titulo feritatis superarit.[e] Nam quæ illis dulcia vitæ pignora proprio spiritu cariora sunt, ea Calagurritanis prandia atque cœnæ extiterunt.*

[e] *Tantus dux Cn. Pompeius debuit potius ex hoste tam barbaro pœnam sumere, quam quærere victoriam: quia talis hostis merita pœna affectus plus libertatis, quam victus gloriæ afferre potuit; quia immunitate superavit omne genus ferarum et serpentum, si cum ipso comparentur.*

quem: Ven. *En unquam aliquis;* recte. *En quam aliquis* Vorstius restituit.' *Torren.*—35 'Hæc, *quia plus .... afferre potuit* Pighius asterisco notavit, seque ea non intelligere profitetur. Vorstius exponit: plus libertatis conciliari potuisse, si Calagurritani punirentur, quam gloriæ, si vincerentur. Perizónio hæc explicatio ridicula videtur. 'Cui enim, inquit, libertatem adferre potuit vindicatus hostis? si ipsi, non erat illa pœna sed beneficium, si Pompeio, ergo qui imperium gerebat, libertate caruit?' Malit ergo Perizonius expungere *libertatis,* quem Torrenius sequitur. Certe tunc omnis difficultas tollitur. Enimvero quia *libertutis* in omnibus libris hæret, loco suo movere non ausim. Opponuntur inter se *vindicatus* et *victus;* item *plus libertatis* et *quam gloriæ.* Hinc *libertatem* ego capio de *securitate,* et hæc verba ita explico: Pompeius utique ex tam immani hoste pœnam quam victoriam petere debuit, nam dum gravius in eum animadverteret, eumque puniret, plus consuluit securitati publicæ, quam si gloriæ suæ tantummodo inservire, hostemque victum conservare maluisset.' *Kupp.* Codd. non variant, nisi quod in Basil. ad marginem est: *Ex hoc nimirum hoste duci pœna quam victoria petenda fuit. Quia plus vindicatus liberis natis, quam victus gloriæ adferre potuit;* quod occasionem dedit Klokkio ita scribendi: 'Agnosco glossam et defectum; lego et expleo lacunam: *Quia plus vindicatus interemptis conjugibus liberisque piaculi dure, quam victus victori gloriæ adferre potuit.*'

NOTÆ

* An. M. 3982. Ol. 177. 1. Urb. C. 681. Ant. Ch. 71.

CAP. VII.

DE TESTAMENTIS RESCISSIS.

1 Patris qui filium exhæredaverat.
2 M. Anneii Carseolani.
3 C. Tettii.
4 Septiciæ Trachalorum matris.
5 Terentii cujusdam.
6 Næviani cujusdam.
7 Juventii cujusdam.

VACEMUS nunc negotio, quod actorum hominis[1] et præcipuæ curæ, et ultimi est temporis;[a] consideremusque quæ testamenta aut rescissa sunt legitime facta; aut, cum merito rescindi possent, rata manserunt: quæve ad alios, quam qui expectabant, honorem hæreditatis transtulerunt.

1. Atque ista, ut ordine,[2] quo proposui, exequar, militantis cujusdam pater, cum de morte filii falsum e castris nuntium accepisset, aliis hæredibus scriptis decessit. Peractis deinde stipendiis, adolescens reversus, domum errore patris impudentiaque amicorum sibi clausam reperit.[3] Quid enim illis inverecundius? florem juventæ pro republica absumserat, maximos labores et plurima pericula toleraverat, adverso corpore exceptas[4] ostendebat cicatrices: et postulabat, 'ne[5] avitos ejus lares otiosa ipsi urbi onera possiderent.'[b] Itaque depositis armis coactus est in foro

[a] *Nunc rem persequamur, quam homines et maxima cura, et extremo vitæ tempore faciunt.*

[b] *Et petebat, ne illi otiosi hæredes scripti a patre, qui civitati erant oneri, possiderent domum ejus ab avis acceptam.*

1 Ultraj. 1. *quod cunctorum hominum.*—2 'Sic nonnulli codd. alii: *Atque ut ea ordine;* pars, *Atque ita ut ea ordine;* quidam, *Atque ita ordine. Atque ita ut ea ordine* legebatur ante Pighium in omnibus Edd. An? *Atque ista ut eo ordine, quo proposui, exsequar.*' Torren. Mox *alienis hæredibus* in Leid. 6.—3 Ita Pighius ex Sus. et Pulm. quem alii editores secuti sunt: alii codd. cum edd. vett. *adolescens domum petit,* (vel *petiit,*) *errore p. i. a. domum sibi c. reperit.* Vox *domum* in omnibus geminatur, sed in quibusdam statim post *petit* collocatur: *reversus* in nullo alio libro comparet, et ejiciendum putant Torren. et Kapp. 'Pro *reperit* Copes. *reperiit,* ex quo verbo errorem hic natum arbitror, et lego: *adolescens domum errore patris,...repetiit:* nonnulli codd. *imprudentia,* sed omnino male.' *Torren.*—4 Harl. delet *exceptas*—5 Bi-

togatam ingredi[6] militiam. Acerbe: cum improbissimis enim hæredibus de paternis bonis apud centumviros[a] contendit: omnibusque non solum consiliis, sed etiam sententiis superior discessit.

2. Item M. Anneii[7] Carseolani, splendidissimi equitis Romani filius, a Sufenate avunculo suo adoptatus, testamentum naturalis patris, quo præteritus erat, apud centumviros rescidit, cum in eo Tullianus, Pompeii Magni familiaris, ipso quidem Pompeio signatore,[b] hæres scriptus esset. Itaque plus illi in judicio cum excellentissimi viri gratia, quam cum parentis cineribus negotii fuit. Ceterum quamvis utraque hæc adversus eum nitebantur,[8] tamen paterna bona obtinuit. Nam L. quidem Sextilius et P. Popilius,[9] quos M. Anneius sanguine sibi conjunctos eadem ex parte, qua Tullianum, hæredes fecerat, sacramento cum adolescentulo contendere ausi non sunt; tametsi præcipuis eo tempore Magni viribus[10] ad defendendas tabulas testamenti invitari poterant. Et aliquantulum[11] adjuvabat hæredes, quod M. Anneius in Sufenatis familiam ac sacra transierat. Sed

tur. 1. Leidd. 5. 6. et Ultraj. 1. *ut non;* Barb. 1. *ut aut;* Ultraj. 2. *ut ne;* quod verum putat Torren.—6 Copes. *togatam aggredi.* Dan. distinguit: *ingredi militiam: acerbe: cum, &c.*—7 'Ita legendum videtur; non, ut Pighius edidit, *M. Anneius M. Carseolani filius.* Habent ita veteres typis expressi omnes, et Brandeb. item; nisi quod Aldus habet *Anci.*' Vorst. 'Lege ex Msto *M. Annei Carseolani* cum Vorstio.' *Perizon.* 'Idem præcipiunt Mss. nostri. Pro *Sufenate,* quinque habent *Sufanete;* tres *Suffennate;* Leid. sext. *Suffrenate. Anci* habent omnes præter Mediol. quæ *Annæi* exhibet.' *Torren.* Mox, *a quo* in Copes. et Barb. Deinde *cum eo* tres Leidd. Ultraj. 2. Harl. Bitur. et Barb. 1. deleta præpositione *in.* Cf. Wasse ad Sall. B. J. 69.—8 Ante Pighium edebatur *adversus se,* ut legitur in Med. primo; Leid. sec. *adversa videbantur;* Leid. sext. *adversus mittebantur;* Cop. Leid. 1. 2. 5. 7. Harl. Barb. et Bit. omittunt pronomen: Ultraj. 1. *adversum nitebantur.*—9 Ultraj. 2. *P. Pomponius;* Med. 1. et Cop. *P. Pompilius;* Leid. sext. *Paulus Popilius:* postea Med. prim. et Leid. quint. *Tullianum hæredem fecerat.*—10 Bitur. 1. et Ultraj. 2. *Magni Pompeii viribus.* Medic. 1. delet, *eo tempore.*—11 Medic. 1. 2.

NOTÆ

[a] *Apud centumviros*] Judices erant ex 35. tribubus terni delecti; quorum numerus, teste Plinio Juniore, ad 180. crevit: horum erat de tutelis, agnationibus, gentilitate, testamentis, et aliis id genus cognoscere.

[b] *Pompeio signatore*] Testamenta fieri coram septem testibus moris erat, quorum quisque suum testamento signum imprimeret.

arctissimum inter homines procreationis vinculum patris simul voluntatem et principis viri[12] auctoritatem superavit.*

3. C. autem Tettium[13] infantem a patre exhæredatum, Petronia matre, quam Tettius, quoad vixit, in matrimonio[14] habuerat, natum, Divus Augustus 'in bona paterna ire decreto suo' jussit;† patris patriæ animo usus: quoniam Tettius in proprio jure procreato filio[15] summa cum iniquitate paternum nomen abrogaverat.

4. Septicia quoque, mater Trachalorum Ariminensium, filiis irata, in contumeliam eorum, cum jam parere non posset, Publicio seni admodum nupsit, testamento etiam utroque præterito.[16] A quibus aditus Divus Augustus, et nuptias mulieris, et suprema judicia improbavit. Nam hæreditatem maternam filios habere jussit: dotem, quia non creandorum[17] liberorum causa conjugium intercesserat, virum retinere vetuit. Si ipsa æquitas hac de re cognosceret, possetne[18] justius aut gravius pronuntiare? Spernis quos genuisti: nubis effœta: testamenti ordinem violento animo confundis: neque erubescis ei totum patrimonium addicere, cujus pollincto[19 c] jam corpori marcidam senec-

Ultraj. 2. et Leid. 5. *aliquantum:* Copes. *juvabat.*—12 Codd. duodecim Torren. et Vet. omittunt *viri,* quæ vox demum a Pighio fuit adjecta.—13 *Tectum* edd. ante Pighium; *Tectium* in plerisque codd. Torren. *Tertium* Copes. a m. sec. Mox *Caia Petronia* in Bitur. *G. Petronia* in Leid. 6.—14 Dan. et quatuor codd. *in matrimonium;* Torren. errore typographico *in matronio.*—15 Torrenius distinguit: *in proprio, jure procreato, filio.* Mox 'Vet. sicut et Lipsius annotavit *jurgaverat,* unde legit *ejuraverat:* Dan. *abjuraverat:* Med. prim. *arrogaverat.* Ceteri omnes *abrogaverat,* quod mutandum non erat. Sensus enim est: Tettium patrem filio suo non permisisse ut nominaretur ab illo *pater.*' Kapp.—16 Pighius e vet. cod. *utrumque præteriit;* sed omnes alii codd. *utroque præterito.*—17 Colerus et alii *quærendorum,* ut in marg. notavit Pighius; *procreandorum* Copes. *creandorum* Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. Steph. et codd. Torren.—18 Ita Pighius ex Cauch. 'Multi autem Mss. cum Vet. legunt *cognoscere potuissetne.* Mox pro *gravius* Vet. cum undecim Mss. Torrenii aliisque *gratius,* nempe filiis Septiciæ. In plerisque *pronunciaret;* Medic. 2. *pronunciasset.* Paulo post inter *Spernis* et *quos* quidam Mss. intrudunt *inquit.* Perperam, namque non sunt verba Augusti, sed Valerii.' *Kapp.*—19 'Ita recte Pighius ex aliquot codd.

NOTÆ

* An. M. 3998. Ol. 181. 1. Urb. C. 697. Ant. Ch. 55.

† An. M. 4032. Ol. 189. 3. Urb. C. 731. Ant. Ch. 21.

tutem tuam substravisti. Ergo dum sic te geris,[20] ad Inferos usque cœlesti fulmine afflata es.[c] ‡

5. Egregia quoque[21] C. Calpurnii Pisonis prætoris Urbis[22] [d] constitutio. Cum enim ad eum Terentius ex octo[23] filiis, quos in adolescentiam perduxerat, 'ab uno in adoptionem dato exhæredatum[e] se' querelam detulisset; bonorum adolescentis possessionem ei dedit, hæredesque lege agere passus non est. Movit[24] profecto Pisonem patria majestas, donum vitæ, beneficium educationis: sed aliquid etiam flexit circumstantium liberorum numerus, quod cum patre septem fratres impie exhæredatos videbat.*

6. Quid Mamerci[25] Æmilii Lepidi[f] consulis quam

[c] *Quandoquidem tam improbe te geris, sententia Augusti, quasi cœlesti fulmine, prostrata es.*

Unus quoque Brandeb. sic habet. Aldd. *polluto corp.*' Vorst. 'Barb. prim. *Pollinto;* Ultraj. sec. *Pollinito;* Leid. quint. et sext. *Pollineto;* ceteri *Polluto,* ut in Cop. a manu sec. Perizonius notaverat videnda esse Valesiana p. 76. adde Gifan. Ind. Lucr. p. 436.' *Torren.*—20 Vet. cum compluribus codd. et edd. ante Pigh. *egeris* pro *geris.* Nonnulli Torren. mox, *afflata est.*—21 *Egregia est quoque* Pighius contra omnes codd.—22 'Ita intelligit Pighius quod in codd. Atrebatensi et Campensi reperit, *pr. urb.* In uno cod. Brand. manifeste et totidem literis scriptum est *prætoris urbis.* Lipsius tamen libros plerosque omnes ait *præfecti urbis* habere.' *Vorst.* 'Harl. *Pop. Rom. urbis.* Ultraj. prim. *prætorii;* sec. *P. Ro.* Leid. sext. *prætoris urbis;* Bit. et Med. prim. *præfecti urbis* cum antiquis Edd. reliqui cum Atrebatensi et Campensi consentiunt.' *Torren.*—23 Lipsius legit, *cum octo,* improbante Perizonio. Deinde *querela* pro *querelam* in Harl.—24 Sic Pighius emendavit; et sic codd. Torren. præter Copes. Ultraj. 2. Barb. Medic. 1. et quatuor Leidd. qui cum edd. vett. habent: *Monuit.* Mox Ultraj. 1. *quia cum patre;* Ultraj. 2. *quos cum patre;* Copes. *qui...viderat.*—25 *Marci* legit Glarean.—

NOTÆ

[c] *Pollincto*] Ita legit Pighius. 'Pollincire' Plauto aliisque veteribus est ungere cadavera; et 'Pollinctores' sunt funerum curatores. Corpus 'pollinctum' appellat senis corpus morti et rogo vicinum.

‡ An. M. 4044. Ol. 192. 3. Urb. C. 743. Ant. Ch. 9.

[d] *Pisonis Prætoris urbis*] Sunt, qui legant, *Præfecti urbis;* et intelligant de Pisone illo, qui sub Tiberio urbis Præfectus fuit: at ille Lucius, hic Caius vocatur.

[e] *Exhæredatum*] Nam si filii decedant sine liberis, eorum bona ad parentes pervenire notum est; si parentes non habeant, ad fratres; idque etiam ab intestato.

* An. M. 3843. Ol. 142. 2. Urb. C. 542. Ant. Ch. 210.

[f] *Mamerci Æmilii Lepidi*] Ego *Marci* libentius legerim: Æmiliorum enim Lepidorum qui Mamercus vocaretur offendi neminem.

grave decretum? Genucius[26] quidam, Matris Magnæ[g] Gallus, a Cn. Oreste prætore Urbis impetraverat, ut restitui se in bona Næviani[27] juberet, quorum possessionem secundum tabulas testamenti ab ipso acceperat. Appellatus Mamercus a Surdino,[28] cujus libertus Genucium hæredem fecerat, prætoriam jurisdictionem abrogavit: quod diceret 'Genucium, amputatis sui ipsius[29] sponte genitalibus corporis partibus, neque virorum, neque mulierum numero haberi debere.' Conveniens Mamerco, conveniens principi senatus decretum; quo provisum est ne obscœna Genucii præsentia, inquinataque voce, tribunalia magistratuum sub specie petiti juris polluerentur.†

7. Multo Q. Metellus prætorem urbanum severiorem egit, quam Orestes gesserat: qui Vetilio lenoni[30] bonorum Juventii possessionem secundum tabulas testamenti non dedit; quia vir nobilissimus et gravissimus fori ac lupanaris separandam conditionem existimavit: nec aut factum illius comprobare voluit, qui fortunas suas in stabulum contaminatum projecerat: aut huic tanquam integro civi jura reddere, qui se ab omni honesto[31] vitæ genere abruperat.‡

26 Plures codd. habent *Genicius;* et sic Venett. Mox *G. Oreste* in Ultraj. 1. —27 Perizonius et Schultingius legendum omnino putant *Nævianа:* Ultraj. 2. clare exhibet *Neviana.*—28 Codd. et edd. ante Pighium, *Surdinio.*— 29 'Ita sane veteres typis expressi, et Brandeb. Quid si vero legatur *sua ipsius sponte?* Ita sane in uno cod. Brand. emendatum video.' *Vorst. Sui ipsius* omnes scripti retinent.—30 Ita Pighius; *Vitililenoni* Dan. *Vetilio lenoni* codd. Torren. et edd. vett. *Vetulio lenoni* Ultraj. 2. *Vecilo lenoni* Leid. 5. *Vetilio filio lenoni* Barb. 1. Deinde *juveni*, vel *juvenis bonorum* in edd. vett. *juvenis* habent etiam Leid. 6. et Medic. 1. *juvenii* Ultraj. 1. *invinni* Ultraj. 2. *jumeni* Medic. 2. *viveni* Leid. 1. nullus codex *Vibieni*, quod pro v. l. in margine ascripsit Pighius, cui lectio nostra debetur.—31 Barb. 1. et Leid. 4. *honestæ.*

NOTÆ

g *Matris Magnæ*] Cybeles, quæ Magna Mater, hoc est, Deorum omnium, vulgo dicebatur, illiusque Sacerdotes Galli. Quis Orestes ille, quis Q. ille Metellus divinare non possum; nisi forte ille sit Aufidius Orestes, hic vero Q. Metellus Scipio, de quo sæpe antea.

† An. M. 3977. Ol. 175. 4. Urb. C. 676. Ant. Ch. 76.

‡ An. M. 3999. Ol. 181. 2. Urb. C. 698. Ant. Ch. 54.

CAP. VIII.

DE RATIS TESTAMENTIS ET INSPERATIS.

1 Sempronii Tuditani.
2 Æbuciæ.
3 Q. Metelli.
4 Fratris Pompeii Rhegini.
5 Q. Cæcilii.
6 T. Marii.
7 L. Valerii Heptachordi.
8 T. Barruli.
9 M. Popilii.

His rescissorum testamentorum exemplis contenti attingamus ea, quæ rata manserunt, cum causas haberent propter quas rescindi possent.

1. Quam certæ, quam etiam notæ insaniæ [a] Tuditanus; [b] utpote qui populo nummos sparserit, togamque velut tragicam vestem in foro trahens, maximo cum hominum risu, conspectus fuerit, ac multa his consentanea fecerit. Testamento filium [1 c] instituit hæredem: quod Ti. Longus, san-

1 ' Ausus sum hanc lectionem, quæ in editt. vett. et omnibus Mss. extat, (nisi quod in quibusdam editt. *Testamento is filium* legitur) revocare, et conjecturam Lipsii *Testamento Ofilium*, quam Colerus, Vorstius, et Torrenius in textum receperant, Ruertusque probaverat, iterum loco suo movere. Ingeniosa quidem est Lipsii conjectura, nec nomen *Ofilii* ignotum. At qui Perizonium ad h. l. et in Diss. de lege Voconia legerit, is certe de veritate lectionis *filium* vix dubitaverit, et *Ofilium*, de quo non cogitavit Tuditanus, sine hæsitatione ejecerit. Tuditanus, cetera insanus, in condendo testamento nihil pro solita stultitia egit. Hinc centumviri magis considerandum existimaverunt, *quid* scriptum esset in tabulis, quam *quis* eas scripsisset. In hærede constituendo ergo nihil peccavit Tuditanus. Nec Valerius noster improbare videtur Tuditani testamentum, ut ex primis verbis sequentis exempli apparet; ibi enim opponit inter se *dementem* Tuditani *vitam*, et Æbuciæ *tabulas testamenti plenas furoris*. Hæc tamen alteram filiam hæredem scripserat: quid, putamus, Valerium de Tuditano dicturum fuisse, si non *filium* sed *Ofilium*, hominem alienum, hæredem scripsisset et sanguine sibi proximos exhæredasset? At, inquis, si Tuditanus *filium* hæredem scripsit, cur, quæso, Tib. Longus testamentum evertere voluit, cum tamen scire debebat, hæreditatem ad se pervenire non posse? Respondeo cum Perizonio: aut iratus fuit homini, aut ipse legatum expectaverat, aut aliud antiquius testamentum pro se habebat. Neque testamentum rescindere voluit Tib. Longus, quia sanguine proximus fuit, sed quia Tuditanus furiosus

NOTÆ

[a] *Notæ insaniæ*] Furioso enim et insano testari non licebat.

[b] *Tuditanus*] Ex gente Sempronia, qui avus fuit Fulviæ uxoris M. Antonii.

[c] *Filium*] Si filium habuit Tudita-

guine proximus, hastæ judicio[d] subvertere frustra conatus est. Magis enim centumviri, quid scriptum esset in tabulis, quam quis eas scripsisset, considerandum existimaverunt.*

2. Vita Tuditani demens: Æbuciæ autem, quæ L. Menenii Agrippæ[2 e] uxor fuerat, tabulæ testamenti plenæ furoris. Nam cum haberet duas simillimæ probitatis filias Plætoriam et Afraniam,[3] animi sui potius inclinatione provecta, quam ullis alterius injuriis aut officiis commota, Plætoriam tantummodo hæredem instituit: filiis autem Afraniæ ex suo[4] admodum amplo patrimonio viginti nummum legavit. Afrania tamen cum sorore[5] sacramento contendere[f] noluit; testamentumque matris patientia honorare, quam judicio convellere, satius[6] esse duxit: eo se ipsa indigniorem injuria ostendens, quo eam æquiore animo sustinebat.

3. Minus mirandum errorem muliebrem Qu. Metellus[g] fecit.[7] Is namque, plurimis et celeberrimis ejusdem nomi-

fuisset, ideoque testamentum facere non potuisset. Ceterum Tuditani hujus filia fuit Sempronia, quæ ex Fulvio Bambalione genuit Fulviam, uxorem Clodii, et post Clodii necem M. Antonii triumviri, ut Perizonius vult.' *Kapp.* Guyeto etiam placebat legere: *Testamento is Ofilium;* et sic Delph.—2 Perizonio legendum videtur: *L. Menenii Agrippæ F.* i. e. *filii;* Ultraj. 1. *Mevii;* Ultraj. 2. et Leid. 6. *Menii.*—3 A Pighio hæc sunt, cum ante ipsum legeretur: *Pletoniam et Aphroniam,* ut est in compluribus codd. Torren. sed Medic. 1. *Pletoniam et Affloriam;* Medic. 2. *Pleroniam et Afroniam;* Leidd. 2. 6. *Petroniam et Afroniam;* atque ita etiam infra, nisi quod in Medic. 2. est *Afflonia.*—4 Duodecim Torreniani cum Vet. delent *suo.* Pro *viginti nummum,* multi codd. habent: *viginti millia nummum;* Dan. *viginti nummum.* 'Forte scriptum erat: $\overline{XX}$. *nummum,* i. e. *viginti millia nummum.*' Kapp.—5 Pigh. et Coler. *cum sorore sua;* sed *sua* ignorant codd. et edd. vett. quare expunxit Vorstius.—6 'Ita Pighius ex Mss. opinor, nam sic nostri fere omnes. Alii ediderant *sanctius,* ut est in Copes. nec displicet.' *Torren.*—7 Ultraj. 1. *mu-*

NOTÆ

nus, Ti. Longo nullum jus fuit ad hæreditatem: quare Lipsius legendum putat non *filium,* quem Tuditanus ille nullum genuit; sed *Ofilium,* quem ille testamento hæredem scripserat.

[d] *Hastæ judicio*] Judicio centumvirorum, quorum unus hastam, insigne potestatis, manu tenebat.

* An. M. 3964. Ol. 172. 3. Urb. C. 663. Ant. Ch. 89.

[e] *L. Menenii Agrippæ*] Multi hoc nomine ex patricia Meneniorum gente.

[f] *Sacramento contendere*] Hoc est, jurare apud centumviros se injuste exhæredatum a matre.

[g] *Q. Metellus*] Celer, Prætor Cicerone Consule, et Consul biennio post, cujus uxor Clodia fuit, P. Clodii soror.

nis viris in urbe nostra vigentibus; Claudiorum etiam familia, quam arctissimo sanguinis vinculo contingebat, florente; Carrinatem [8] [h] solum hæredem reliquit: nec hocce ejus testamentum quisquam attentavit.†

4. Item Pompeius Rheginus,[i] vir transalpinæ regionis, cum testamento fratris præteritus esset, et ad coarguendam iniquitatem ejus binas tabulas testamentorum suorum in comitio incisas, habita utriusque ordinis maxima frequentia, recitasset; in quibus magna ex parte hæres frater erat scriptus,[9] prælegebaturque ei centies et quinquagies sestertium; multum ac diu inter assentientes indignationi suæ amicos questus, quod ad hastæ judicium attinuit, cineres fratris quietos esse passus est. Et erant ab eo instituti hæredes, neque sanguine patrio [10] pares, neque proximi; sed et alieni et humiles: ut non solum flagitiosum silentium, sed etiam prælatio contumeliosa videri posset.[a]

5. Æque felicis impunitatis, sed nescio an tetrioris hæc delicti testamenta. Q. Cæcilius,[11] [j] L. Luculli promtissimo studio maximaque liberalitate, et honestum dignitatis gra-

[a] *Ut non solum silentium fratris, qui ipsum hæredem non scripserat, flagitiosum, sed etiam prælatio alienorum et humiliun contumeliosa videri posset.*

liebrem, *quam illum, quem Q. M. fecit.*—8 Codd. Torren. fere *Curinatem, Curiniatem, Curcinatem,* vel *Curinantem* habent. Deinde Ultraj. 1. Bitur. Medic. 1. et Leid. 5. *nec hac re ejus testamentum:* Ultraj. 2. *improbare quisquam;* Leid. 4. *irritare quisquam;* Leid. 3. *irritare,* et pro v. l. *rescindere.* Pro *attentavit* Vet. habet *acceptavit.* Forte scriptum erat *attēptavit,* unde scriba *tt* in *cc* mutavit, et lineam transversam super *ē* non animadvertens scripsit, *acceptavit.*—9 Leid. 6. *frater ejus erat inscriptus.*—10 ' Quatuor exemplaria, *sanguine patrio,* legunt; Winckelianum, *paterno;* Atrebatense, *pagino,* mendose; ex qua voce quidam *Rhegino* fecisse videntur.' *Pighius.* Etiam Dau. *pagino;* Copes. Harl. Barb. tres Leidd. et Venett. *pagano,* quod non improbat Vorstius; Ultraj. 1. 2. *patrio;* Medic. 1. *patriæ pari;* reliqui Torren. cum Aldd. Colin. Gryph. &c. *Regino.* Mox, *sed alieni et humiles* codd. Torreniani cum Vet. Deinde Copes. *fastigiosum;* unde Torren. conj. *fastidiosum;* sed vulgatum præfert.—11 Hoc loco editt. vett. cum multis Mss. novum caput constituunt, hoc titulo: *De his, qui adversus opinionem hominum hæredes habue-*

NOTÆ

[h] *Carinatem*] Qui legatus C. Cæsaris Iberiæ præfuit.

† An. M. 4013. Ol. 184. 4. Urb. C. 712. Ant. Ch. 40.

[i] *Pompeius Rheginus*] Illius Varro et Plinius meminerunt.

[j] *Cæcilius*] Romanus Eques, Pomponii Attici avunculus.

dum et amplissimum patrimonium consecutus, cum præ se semper tulisset, unum illum sibi esse hæredem; moriens etiam annulos ei suos tradidisset; Pomponium Atticum[k] testamento adoptavit, omniumque bonorum reliquit hæredem. Sed fallacis et insidiosi cadaver populus Romanus cervicibus reste circumdatum per viam traxit. Itaque nefarius homo filium quidem et hæredem habuit quem voluit: funus autem et exequias quales meruit.‡

6. Neque aliis dignus fuit T. Marius[12][l] Urbinas: qui ab infimo militiæ loco, beneficiis Divi Augusti imperatoris, ad summos castrenses honores perductus, eorumque uberrimis quæstibus locuples factus, non solum ceteris vitæ temporibus[13] 'ei se fortunas suas relinquere, a quo acceperat,' prædicavit, sed etiam pridie quam expiraret, idem istud ipsi Augusto dixit: cum interim ne nomen quidem ejus tabulis testamenti adjecerit.*

7. L. autem Valerius, cui cognomen Heptachordo[14] fuit, togatum hostem Cornelium Balbum[m] expertus, utpote

runt.—12 ' Colerus et Perizonius legunt *T. Tarius*, de quo Senec. de Clement. 15. et Plin. XVIII. 6. ubi *L. Tarius* appellatur. Ante Pighium pro *Urbinas* legebatur *Urinas*. Uria est urbs Calabriæ, cujus ager ' Uritanus ' dictus est. Torrenius non ausit pro certo affirmare, hoc loco intelligi L. Tarium, de quo Plinius l. c. agit.' *Kapp.*—13 Copes. et Barb. prim. *Extremis vitæ temporibus.* Leid. sext. *Pridie antequam expiraret.* In fine duodecim Mss. *adjecit;* et sic Lips. Thanneri.—14 Codd. Torreniani, *Heptocordo, Heptacordo, Hectacordo, Aptacordo,* vel *Eptacordo.* Mox pro *opera ejus* aliquot *opere,* vel *ope ejus.* Copes.

NOTÆ

[k] *Pomponium Atticum*] Virum doctissimum, ad quem etiam nunc extant Ciceronis Epistolæ; qui ob Græcæ linguæ peritiam Attici cognomen Athenis retulit: Q. Cæcilius, nomine illius a quo adoptatus est, nonnunquam appellatur: illius soror Q. Ciceroni nupsit, filia M. Agrippæ: unde nata Vipsania, Tiberii Cæsaris uxor, et Drusi mater; ipse sub Augusto morbo et senio confectus interiit.

‡ An. M. 3992. Ol. 179. 3. Urb. C. 691. Ant. Ch. 61.

[l] *T. Marius*] Ego sententiæ Coleri lubens subscripserim, qui *Tarium* legendum suspicatur: fuit enim his temporibus L. Tarius Rufus, qui Consulatum militari industria adeptus, immensas opes, cum sua parsimonia, tum maxime Augusti liberalitate congessit, teste Plinio lib. VIII. c. 6.

* An. M. 4053. Ol. 194. 4. Urb. C. 752. Ant. Ch. 1.

[m] *Cornelium Balbum*] Duo potissimum hoc nomine Romæ floruerunt, ambo Gaditani, quorum alter alterius patruus fuit, et Consul: uter horum

opera ejus et consilio compluribus privatis vexatus litibus, ad ultimumque subjecto accusatore[b] capitali crimine accusatus, præteritis advocatis et patronis[15] suis, solum hæredem reliquit: nimia consternatione, quæ animum ejus transversum egit, depravatus.[c][16] Amavit enim sordes suas, et dilexit pericula, et damnationem votis expetivit: auctorem harum rerum benevolentia, propulsatores[17] odio insecutus.†

8. T. Barrulus[18] Lentulo Spintheri, cujus amantissimum animum, liberalissimamque amicitiam senserat, decedens suos annulos perinde atque unico hæredi tradidit, quem nulla ex parte hæredem relinquebat. Quantum illo momento temporis conscientia, (si modo vires, quas habere creditur, possidet,) a teterrimo homine supplicium exegit! Inter ipsam enim fallacis et ingratæ culpæ cogitationem spiritum posuit, quasi tortore aliquo mentem ejus intus[19] cruciante: quod animadvertebat e vita ad mortem transitum suum, et superis Diis invisum esse, et inferis detestabilem futurum.‡

[b] *Clam immisso accusatore.*

[c] *Id egit, quia nimio terrore illius ratio perturbata animam ejus extra rectam æquitatis viam impulit.*

in quam plurimis privatis. Leid. 4. *ad ultimum quoque.*—15 Codd. Klokkii: *præteritis advocationibus et patrociniis.*—16 ' Sic Pighius ex quinque codd. edidit, quibuscum faciunt multi Mss. Torrenii et aliquot editt. vett. Alii *nimirum consternatio animum ejus transversum egit.* Alii aliter, sed reliqui omnes tamen pro *nimia* habent *nimirum,* quod ego cum Vorstio et Torrenio haud improbaverim.' *Kapp.* Harl. *nimirum consternatio fuit, quæ, &c.* Copes. Bitur. 1. et tres Leidd. *nimirum consternatio quæ:* duo alii Leid. *consternatione quæ;* Medic. 1. *minarum consternatione damnatus quæ;* Medic. 2. pro *damnatus* habet *depravatus;* Ultraj. 1. *nimirum consternatione depravatus, quæ;* Ultraj. 2. et reliqui cum Pighio faciunt.—17 Quamplurimi codd. *propulsatorem,* quod primus mutavit Pighius.—18 *T. Barculus* Harl. *Titus Barulus* Leid. 1. *T. Barilus* Leid. 2. *Ebarrulus* Leid. 5. *Tiberius Barculus* Leid. 6.—19 Ita Pighius convenienter codicibus, cum vulgg. haberent *interius.* Mox pro *e vita* Pighius in margine notandum curavit alios habere *iens,* quod nec in scriptis Tor-

NOTÆ

hic fuerit, an quis alius, obscurum est. Lentuli Spintheris meminimus lib. I. c. 4. n. 6.

† An. M. 3993. Ol. 179. 4. Urb. C. 692. Ant. Ch. 60.

‡ An. M. 3999. Ol. 181. 2. Urb. C. 698. Ant. Ch. 54.

9. M. vero Popilius [20] senatorii ordinis Oppium Gallum ab incunte ætate familiarissimum sibi, moriens, pro vetusto jure amicitiæ, et vultu benigno respexit, et verbis magnum præ se amorem ferentibus prosecutus est. Unum etiam de multis, qui assidebant, ultimo complexu et osculo dignum judicavit; insuperque [21] annulos quoque suos ei tradidit: videlicet ne quid ex ea hæreditate, quam non erat aditurus, amitteret. Quos ocyus [22] vir diligens, sed morientis amici plenum contumeliæ ludibrium,[d] in locellum repositos et a præsentibus assignatos [23] diligentissime, hæredibus illius, exhæres ipse reddidit. Quid hoc loco [24] inhonestius? aut quid intempestivius? Senator populi Romani curia egressus,[25] homo vitæ fructibus continuo cariturus, sanctissima jura familiaritatis, morte pressis oculis, et spiritu supremos anhelitus reddente,[26] scurrili lusu sugillanda sibi desumsit.[e]

[d] *Vir diligens, sed qui ab amico moriente cum magna contumelia ludibrio habitus fuerat.*

[e] *Ausus est scurrili fallacia deridere sacra amicitiæ jura, cum jam ipsius oculi morte vicina clauderentur, et illius anima extremos anhelitus emitteret.*

renianis nec in impressis comparet.—20 Copes. et Barb. 1. *M. vero Pilius;* Leid. 2. *Pulius.*—21 Hoc a Pighio est. Plurimi codd. et scripti et editi habent *superque;* unde Perizonius malebat *super quæ*, et jure assentitur Torrenius, et parum abfuit, quin in textum recepisset Kappius. *semperque* Aldus; et eum secuti sunt Colin. et Gryph. Colerus delevit τὸ *quoque* contra codd. *super hoc* habet Ultraj. 1. tunc vero *super* erit positum pro *præter.*—22 In Gemblacensi, *Quod socius:* male. In Atrebatensi, *Quo socius.* Legendum, *Quos ocius;* ut est in Coloniensi.' *Pigh.* Med. sec. Copes. Leid. prim. *Oppius;* reliqui *Ocius* recte servant.—23 Ita omnes codd. Pighius tamen malit, *obsignatos.*—24 Lipsius legit *joco*, id quod Barthius in quodam codice reperit, et probat Vorstius: *in hoc loco* codex vetus Coleri: omnes Torreniani etiam *loco.*—25 Ita omnes codd. Torreniani; Pighius tamen ex uno legit: *Senatorem p. R. c. egressum.* Mox Sambuci codex *vitæ lusibus:* unde Lips. conj. *vitæ usibus;* sed negant codd.—26 Perizonius ex Copes. *et spiritum supremo anhelitu reddens*, quia *moriens* reddit *spiritum*, non *spiritus* reddit *anhelitum.* Quatuor Torrenii Mss. *spiritu...reddens.*

VALERII MAXIMI

FACTORUM DICTORUMQUE MEMORABILIUM

LIBER VIII.

CAP. I.

DE JUDICIIS PUBLICIS INSIGNIBUS.

QUIBUS ABSOLUTI.

1 M. Horatius Tergeminus.
2 Ser. Sulpicius Galba.
3 A. Gabinius.
4 P. Claudius Pulcher.
5 Tuccia virgo Vestalis.
6 L. Calpurnius Piso.
7 Q. Flavius augur.
8 C. Cosconius Callidianus.
9 A. Atilius Calatinus.
10 M. Æmilius Scaurus junior.
11 L. Aurelius Cotta.
12 Callidius Bononiensis.
13 Clœlii duo T. F. Tarracinenses.

DAMNATI.

1 L. Scipio Asiaticus.
2 C. Decianus.
3 Sex. Titius.
4 Claudia Ap. Cæci F.
5 M. Mulvius, Cn. Lollius, L. Sextilius, triumviri.
6 P. Villius, triumvir.
7 M. Æmilius Porcina.
8 Paterfamilias quidam.

AMBUSTÆ DUÆ.

1 Mulier matricida.
2 Materfamilias quædam.

ABSOLUTI.

NUNC quoque ut æquiore animo ancipites judiciorum motus tolerentur,[1] recordemur invidia laborantes, quibus de causis aut absoluti sunt, aut damnati.

1. M. Horatius interfectæ sororis crimine a Tullo rege

---

1 Ultraj. 1. Leid. 5. Harl. et duo alii Torren. cum Gryph. *tollerentur.* Medic. 2. cum Par. 4. *infamia laborantes.* Mox Copes. *quibus ex causis.*—

damnatus, ad populum provocato judicio[2] absolutus est. Quorum alterum atrocitas necis movit,[3] alterum causa flexit: quia immaturum virginis amorem severe magis, quam impie punitum existimabat. Itaque forti punitione liberata[4] fratris dextera, tantum consanguineo, quantum hostili cruore gloriæ haurire potuit.[a] *

2. Acrem se tunc pudicitiæ custodem populus Romanus, postea plus justo placidum judicem præstitit. Cum a Libone[a] tribuno plebis Ser. Galba[b] pro rostris vehementer increparetur, quod Lusitanorum magnam manum interposita fide prætor in Hispania[5] interemisset,[c] actionique tribuniciæ M. Cato[d] ultimæ senectutis, oratione sua, quam in Origines[6] retulit, subscriberet: reus pro se jam nihil recusans,[e] parvulos liberos suos, et Galli[f] sanguine

[a] *Itaque tam fere gloriosum fuit Horatio liberari a pœna, quam meruerat ob occisam sororem, quam hostes patriæ interfecisse.*

2 Perizon. cum Copes. *judicio* malit delere, ut sit *provocato* eleganter dictum pro 'postquam provocasset;' sed omnes codd. tuentur *provocato judicio.*—3 Medic. 2. Par. 3. Leid. 5. et Copes. *monuit.*—4 Lipsius conj. *librata*, quod reposuit Colerus; *liberata* omnium codd. revocavit Torrenius.—5 Uterque Ultraj. et duo Par. *in Hispaniam.*—6 Sic Pighius ex codd. edidit. Cf. Cic. Brut. 23. Tredecim codd. Torren. et Vet. *in Origine:* vulgo, *in originibus.*—

NOTÆ

* An. M. 3385. Ol. 27. 4. Urb. C. 84. Ant. Ch. 668.

[a] *Libone*] Scribonius Libo fuit aliquanto post et Ædilis et Prætor.

[b] *Ser. Galba*] Orator, de quo tam multa Cicero, tum in Bruto, tum in libris de Oratore. Illius etiam supra meminimus.

[c] *Interemisset*] Cum Lusitanis temere congressus victus erat, amissis suorum septem millibus; illi tamen fessi bello, pacem petunt: tum Galba rem dolo agendam ratus, juventutem ex oppidis advocat, deinde armis exuit; immissis denique militibus, trucidari imperat: cæsa vel novem millia, ex Valerio, vel triginta, ex Suetonio; multi venumdati, pauci fuga elapsi, quos inter Viriathus fuit, tum admodum juvenis. Ita Appian. in Ibericis, et Oros. lib. IV. c. 21.

[d] *M. Cato*] Censorius, tum annos natus 85.

[e] *Nihil recusans*] In oratione quam ipse dixit contra Cornelium Cethegum, fatetur ideo cæsos a se Lusitanos, quod ab iis structas sibi insidias compertum haberet.

[f] *Galli*] Fuit is C. Sulpitius Gallus, qui in exercitu Æmilii Pauli Tribunus militum Lunæ defectum prædixit; et Consul domuit Ligures: vir literis Græcis, ut temporibus illis, eruditissimus.

sibi[7] conjunctum filium, flens commendare cœpit:[g] coque facto mitigata concione, qui omnium consensu periturus erat, pæne nullum triste suffragium habuit. Misericordia ergo[8] illam quæstionem, non æquitas rexit: quoniam quæ innocentiæ tribui nequierat absolutio, respectui puerorum data est.†

3. Consentaneum[9] quod sequitur. A. Gabinius in maximo infamiæ suæ ardore[h] suffragiis populi, C. Memmio accusatore, subjectus, abruptæ esse spei videbatur:[b] quoniam et accusatio partes suas plene exhibebat, et defensionis præsidia invalida fide nitebantur;[10] et qui judicabant, ira præcipiti, pœnam hominis cupide expetebant. Igitur lictor et carcer[11] ante oculos obversabantur; cum

[b] *Nullam fere spem salutis habebat.*

7 Omittebant *sibi* edd. Pighio antiquiores; sed habent omnes fere scripti.— 8 Vet. *vero.* Mox pro *rexit,* quod testantur Leidd. tres, Ultraj. 1. 2. et Grotius de Jur. Bel. et Pac. III. 19. 13. reliqui habent *texit.* Deinde Medic. 2. *respectu:* Venett. *priorum puerorum,* probante Colero; sed renuunt codd. et merito, inquit Torren.—9 *Consentaneum est* Pighius contra omnes codd. et reliquas edd.—10 Leid. 6. *invalidæ fidei videbantur.* Mox ' Paris. tert. et quart. Barb. prim. Leid. prim. et sec. cum Aldd. *ira perciti;* Copes. Ultraj. sec. Harl. *ira partiti;* reliqui *ira præcipiti;* ut dedit etiam Ascen. et Mediol. Equidem hic *præcipiti* prætulerim: *præceps ira* est, quæ eos causa nondum plane cognita impellebat *ad expetendam cupide hominis pœnam. expetebant* habent scripti, non *expectabant,* quod bene igitur Pighius mutavit.' *Torren.*—11 *Igitur viator et carcer* Dan. probante Colero; et sic Par. 3. 4. Bitur. 1. Leid. 5. et Ultraj. 1. 2. *Lictor igitur* in quibusdam. Mox aliquot

NOTÆ

[g] *Commendare cœpit*] Populum Romanum tutorem palam instituit, tum Galli, tum suorum liberorum orbitati, ex Quintiliano lib. II. c. 16.

† An. M. 3905. Ol. 157. 4. Urb. C. 604. Ant Ch. 148.

[h] *Infamiæ suæ ardore*] Bis hoc anno accusatus est Gabinius, ut diximus lib. IV. c. 2. n. 4. primum majestatis a Memmio apud Alfium Prætorem, quod Ptolemæum spreta religione reduxisset cum exercitu; iterum repetundarum apud Catonem Prætorem: in primo judicio in Pompeii gratiam absolutus est; in altero damnatus: de primo hic agitur. Hoc judicium describit Cicero Epist. ad Q. Fratrem lib. III. ' Omnino nihil accusatore Lentulo subscriptoribusque ejus infantius: nihil illo consilio sordidius: sed tamen nisi incredibilis contentio, et preces Pompeii, et Dictaturæ etiam rumor plenus timore fuisset, ipsi Lentulo non responderet. Sed vides, nullam esse Rempublicam, nullum Senatum, nulla judicia.'

interim omnia ista propitiæ fortunæ interventu dispulsa[12] sunt. Filius namque Gabinii Sisenna consternationis impulsu[c] ad pedes se Memmii supplex prostravit: inde aliquod fomentum procellæ petens, unde totus impetus tempestatis eruperat.[d] Quem truci vultu a se victor insolens repulsum, excusso e manu annulo humi[i] jacere aliquandiu passus est. Quod spectaculum fecit, ut Lælius tribunus plebis approbantibus cunctis Gabinium dimitti juberet, ac documentum daretur, neque secundarum rerum proventu insolenter abuti, neque adversis propere quenquam[13] debilitari oportere. ‡

4. Idque proximo exemplo æque patet. P. Claudius[14] j nescio religionis major, an patriæ injuria (siquidem illius vetustissimum morem neglexit, hujus pulcherrimam classem amisit) infesto populo objectus, cum effugere debitam pœnam nullo modo posse crederetur, subito coorti imbris beneficio tutus fuit a damnatione; discussa enim quæstione, aliam, velut Diis interpellantibus, de integro instaurari[15] non placuit. Ita cui[16] maritima tempestas causæ dictionem contraxerat, cœlestis salutem attulit.*

5. Eodem auxilii genere Tucciæ,[17] virginis Vestalis, incesti criminis reæ, castitas infamiæ nube obscurata emer-

[c] *Impetu mentis consternatæ periculo patris.*

[d] *Petens aliquid auxilii ab ipso Memmio, qui solus illius accusationis in patrem ipsius auctor fuerat.*

codd. Torren. *observabantur.*—12 Leidd. tres, Medic. 2. et pro v. l. Par. 3. *depulsa sunt;* quod antea typis exprimi solitum mutavit Pighius.—13 Pighius addidit *quenquam,* quod deest in tredecim codd. et edd. vett.—14 *Appius Claudius* quindecim codd. Torren. et edd. Pighio priores.—15 Quatuor codd. Torren. *restaurari.*—16 *Itaque cui* Copes. Leid. 6. et edd. ante Pigh.—17 Harl. *Tacciæ;* Paris. tert. uterque Ultraj. *Tutiæ;* quart. cum Barb. prim. *Tuctiæ;* Med. sec. Leid. sext. *Taccio;* reliqui *Tucciæ.* ut primus dedit Pighius, vel etiam *Tuciæ.* Dionys. Halic. L. II. c. 69. Τυκίας ὄνομα. Plinius

NOTÆ

[i] *Excusso annulo humi*] Indigne enim ferebat, quod annulum reus non deposuisset.

‡ An. M. 4000. Ol. 181. 3. Urb. C. 699. Ant. Ch. 53.

[j] *P. Claudius*] Pulcher, Cœci filius, qui neglectis auspiciis, pullos in aquam mergi jussit, ut biberent, quoniam esse nollent. Illius cladem descripsimus lib. I. c. 4. n. 3.

* An. M. 3805. Ol. 132. 4. Urb. C. 504. Ant. Ch. 248.

sit: quæ conscientia[18] certæ sinceritatis suæ spem salutis ancipiti argumento ausa petere est. Arrepto enim cribro, 'Vesta,' inquit, 'si sacris tuis castas[19] semper admovi manus, effice, ut hoc[20] hauriam e Tiberi aquam, et in ædem tuam perferam.' Audaciter[21] et temere jactis votis sacerdotis, rerum ipsa natura cessit.[k]

6. Item L. Piso[l] a P. Claudio[22] Pulchro[m] accusatus, quod graves et intolerabiles injurias sociis[n] intulisset: haud dubiæ ruinæ metum fortuito auxilio vitavit. Namque per id ipsum tempus, quo tristes de eo sententiæ ferebantur, repentina vis nimbi incidit. Cumque prostratus humi pedes judicum oscularetur, os suum cœno replevit. Quod conspectum[23] totam quæstionem a severitate ad clementiam et mansuetudinem transtulit: quia satis jam graves eum pœnas sociis dedisse arbitrati sunt huc deductum necessitatis, ut abjicere se tam suppliciter, aut attollere tam deformiter cogeretur.†

antem *Tuccia*. Mox *criminis* Medic. 2.—18 Ita Pighius ex codd. habentque ita codd. Brand. 1. 2. unde Perizonius conj. *conscientia certa?* et sic Medic. 2. sed Bitur. 1. et Leid. 1. 4. *conscia;* alii codd. Torren. cum libris Pighianis consentiunt.—19 Vet. *si sacrificiis castas, &c.* Copes. *casta semper.*—20 Septem codd. Torren. cum Vet. *ut hanc;* Ultraj. 2. *ut hoc hanc;* Copes. cum aliis, *ut hoc*, sc. cribro.—21 *Audacter* unus Brand. et quidam codd. Torren. et edd. ante Pighium; *Audaciter* in compluribus codd. *Audaciter etiam et temere* Ultraj. 2. *Audaciter enim et temere* Leid. 1.—22 Multi codd. Torren. *a Lucio Claudio*, quod emendavit Pighius.—23 Pighius in margine notavit: 'alii, *Quo conspectu;*' et sane Leid. 2. habet, *Quo aspectu;* sed reliqui codd.

NOTÆ

[k] *Natura cessit*] Aquam cribro haustam e flumine ad Pontificum pedes in foro effudit. Illius accusator diu multumque quæsitus, nec vivus, nec mortuus inventus est, ex Dionysio.

[l] *L. Piso*] Cæsoninus Gabinii in Consulatu collega, in quem extat Ciceronis oratio.

[m] *A P. Claudio Pulchro*] Aliquid vitii his vocibus subesse suspicor: vix enim adduci possum ut credam Pisonem ab eodem P. Claudio accusatum esse, a quo tot Provincias, Macedoniam, Achaiam, Græciam acceperat; quare legerim libentius, *a C. Claudio Pulchro*, qui P. Claudii frater erat.

[n] *Injurias sociis*] Hæc Pisoni criminibus data sunt, Thracibus et Dardanis pacem auro vendidisse, e Dyrrachinis collegisse pecunias, Thessalos spoliasse, Achæis imperasse tributum in annos singulos; et alia quæ fusius Cicero persequitur in Orat. de Prov. Consul.

† An. M. 3999. Ol. 181. 2. Urb. C. 698. Ant. C. 54.

7. Subnectam duos accusatorum suorum culpa absolutos. Q. Flavius Augur[24] [o] a C. Valerio [p] ædili ad populum reus actus, cum quatuordecim tribuum suffragiis damnatus esset, proclamavit 'se innocentem opprimi.' Cui Valerius æque clara voce respondit, 'nihil sua interesse, nocensne an innoxius[25] periret, dummodo periret.' Qua violentia dicti, reliquas tribus adversario donavit.[e] Abjecerat inimicum: eundem, dum pro certo pessumdatum credidit, erexit: victoriamque in ipsa victoria perdidit.‡

8. C. etiam Cosconium[26] Servilia lege reum, propter plurima et evidentissima facinora, sine ulla dubitatione nocentem, Valerii[27] Valentini [q] accusatoris ejus recitatum in judicio carmen, quo puerum prætextatum, et ingenuam virginem a se corruptam poëtico joco significaverat, erexit.[28] Siquidem judices iniquum rati sunt, eum victorem dimittere, qui palmam non ex alio ferre, sed de se dare mereba-

[e] *Qua dicti insolentia commotæ reliquæ tribus, illius adversarium absolverunt.*

Torren. et omnes edd. vulgatum tuentur.—24 Pighius ex Pulm. et Sus. addidit *Augur.* 'Habetque illud vetus quoque editio Theoph. Chalcocondylæ. Alii, inque his Brandeburgenses, non habent.' *Vorst.* Harl. *Q. Fabius a Gaio Valerio.* Q. *Flavius* omisso *Augur* Bit. Barb. Cop. uterque Ultraj. Leid. quatuor. Qui plerique *ædili* exhibent, ut Vorstii Brandeburgici. *ædili* habent etiam Herbip. et Chalc. *ædile* Aldd. quod Pighius aliique retinuerunt.—25 Harl. Leid. quart. *nocensne an innocens;* sext. *nocens an noxius.* Pro *credidit* Paris. tert. *credit.* Paulo ante Leid. sext. *quibus abjecerat inimicum.* Paris. tert. *ex ipsa victoria.*—26 Bit. prim. *Setiam Cosconium;* Leid. prim. *C. etiam Costonium;* sec. *Cosonium;* Harl. *Asconium.*—27 'In Pighiana editione notatum invenio, alios habere *Laberii,* quod nec in scriptis, nec typis expressis mihi occurrit.' *Torren.* Mox Med. prim. *a se corruptos,* ut referatur ad utrumque.—28 'Sic primus edidit Pighius, cum Ascens. Aldus et ceteri edidissent *contexit.* Sed Mog. *correxit.* quod extat in decem Mss. Malim *pro-*

NOTÆ

[o] *Q. Flavius Augur*] A Livio dicitur M. Flavius, ab ipso Valerio lib. IX. c. 10. M. Fulvius.

[p] *A C. Valerio*] Potito Flacco, qui tum secundum Ædilis erat; jam enim et Ædilis fuerat, et Prætor, et Consul. Stupratæ matrisfamiliæ ab eo Flavius insimulatus est.

‡ An. M. 3724. Ol. 112. 3. Urb. C. 423. Ant. Ch. 329.

[q] *Valerii Valentini*] Hujus Scriptoris qui meminerit præter Festum Pompeium vidi neminem: Tappulam legem convivalem ficto nomine conscripsit jocoso carmine.

tur.[29] Magis ergo Valerius[29] in Cosconii absolutione damnatus, quam Cosconius in causa sua liberatus est.

9. Attingam eos quoque quorum salus, propriis obruta criminibus, proximorum claritati donata est. A. Atilium Calatinum,[30 r] Soranorum oppidi[s] proditione reum admodum infamem, imminentis damnationis periculo Q. Maximi soceri[31] pauca verba subtraxerunt: quibus affirmavit, 'si in eo crimine sontem illum ipse comperisset, diremturum[32] se fuisse affinitatem.' Continuo enim populus pæne jam exploratam sententiam suam unius judicio concessit: indignum ratus ejus testimonio non credere, cui difficillimis reipublicæ temporibus bene se exercitus credidisse[33] meminerat.*

10. M. quoque Æmilius Scaurus, repetundarum reus, adeo perditam et comploratam defensionem in judicium attulit, ut, cum[34] accusator diceret, 'lege sibi centum atque viginti hominibus denuntiare testimonium licere, seque non recusare quo minus absolveretur, si totidem nominasset, quibus in provincia nihil abstulisset,' tam bona conditione uti non potuerit.[35] Tamen propter vetustissimam

texit.' Torren.—29 Copes. Ultraj. prim. Harl. Bit. et Barb. primi, *magis vero Valerius.* Ultraj. sec. *in suam causam.* Ultraj. prim. *in sua causa damnatus est.*—30 Prænomen *A.* deest in nonnullis codd. *M. Atilium* Barb. 1.—31 Ultraj. 2. et Mog. *Q. Fabii Maximi s. sui;* Leid. 2. addit etiam *sui.*—32 Sic Pighius pro vulg. *direpturum,* quod extat in plurimis codd. sed alterum in Copes. Ultraj. 2. Medic. 2. tribus Leidd. et Mog. Videndus et Gifan. Ind. Lucr. p. 330.—33 Ultraj. 1. *creditus.*—34 'Pighius tacite *cum* omisit, ne scilicet ista particula lectioni suæ, quam contra libros in textum recepit, obesset. Fecit hoc etiam alibi.' *Kapp.*—35 'Bene Vorstius hanc lectionem revocavit, omnium et Mss. et editt. auctoritate firmatam. Pighius tamen solos Winck. et Colon. secutus edidit: *Licet tam bona...potuerit: tamen, &c.* Minus bene, nam talem interpunctionem non patiuntur antecedentia. Sensus hujus periodi est: Accusator Scauri dixerat, se habere 120 homines, qui contra Scaurum testimonium secundum leges dicere parati essent; se tamen non impedire, quo minus Scaurus absolveretur, si modo is totidem homines, nempe 120 nominatim posset proferre ex tota provincia, quibus

NOTÆ

r *A. Atilium Calatinum*] Atilii Calatini Consulis, Dictatoris, et Censoris filium, Fabii Cunctatoris generum.

s *Soranorum oppidi*] Cum enim Sotæ, (Campaniæ oppidum est,) præesset, cives ad Hannibalem defecerunt.

* An. M. 3839. Ol. 141. 2. Urb. C. 538. Ant. Ch. 214.

nobilitatem, et recentem[t] memoriam patris, absolutus est.†

11. Sed quemadmodum splendor amplissimorum virorum in protegendis reis plurimum valuit, ita in[36] opprimendis non sane multum potuit. Quin etiam evidenter noxiis, dum eos acrius impugnat,[37] profuit. P. Scipio[38] Æmilianus[u] L. Cottam ad prætorem[v] accusavit. Cujus causa, quanquam[39] gravissimis criminibus erat confossa, septies ampliata,[f] [w] et ad ultimum octavo judicio absoluta est. Quia homines sapientissimi[40] verebantur, ne præcipuæ accusatoris amplitudini damnatio ejus donata existimaretur.

[f] *Septies in aliud tempus dilata.*

nihil abstulisset. Bona erat conditio, Scaurus tamen id præstare non potuit.' *Idem.* Pauculi codd. Torren. *si lege sibi...liceret:* aliquot, *in provinciam.* —36 Præpositionem hic delent Harl. Bit. prim. Leid. sec. uterque Ultraj. Mog. Venett. et Vet.—37 Ita Pighius ex Atrebatensi et Cauchiano. In aliis, Pighianis et Leid. 4. *impugnaret.* Bit. prim. Leid. quint. sext. *impugnavit;* Leid. sec. *oppugnat:* ceteri *impugnat* cum Mog.—38 ' In aliquot etiam nostris Mss. perperam appellatur *L. Scipio.* nonnulli cum Mog. prænomen omnino omittunt. Leid. tert. quart. *P. Scipio Africanus.'* Mox *ad populum* accusavit Par. 1. 2. Ultraj. 1. 2. Barb. Bitur. Copes. et Leid. 5. *apud prætorem* Harl. et multi Pighiani.—39 ' Sic recte Pighius, habentque omnes scripti et Mog. reliquæ edd. *quamvis* exhibebant. tum Barb. et Leid. prim. *confessa.* male.' *Torren.* Mox Leid. 5. et nonnulli Pighiani *dilata* pro *ampliata.*—40 ' Hæc vox in codd. nostris non comparet, nec in ulla editione, Pighius dicit se malle e Camp. illud addi, sed ipse, saltem in prima editione,

NOTÆ

[t] *Nobilitatem et recentem*] Fuit enim ex patricia Æmiliorum gente, et M. Scaurum Senatus principem patrem habuit. De illo judicio jam sæpe.

† An. M. 4000. Ol. 181. 3. Urb. C. 699. Ant. Ch. 53.

[u] *P. Scipio Æmilianus*] Jam Censor, bisque Consul fuerat, Carthagine Numantiaque eversis clarissimus, teste Cicerone: cum Aurelium Cottam, Galbæ haud multo ante Collegam, repetundarum accusavit.

[v] *Ad Prætorem*] Bene emendavit Pighius: hoc enim Romæ discrimen in iis, quæ ad judicia pertinerent, inter Magistratum et privatum hominem, quod Magistratus apud populum, privatus apud Magistratus reos accusare tenerentur: cum vero id temporis privatus esset Scipio, non apud populum, sed apud Prætorem Cottam accusavit.

[w] *Ampliata*] Causa dicitur ampliata, cum a judicibus protrahitur; comperendinatio vero est, cum partium altera postulat, ut in diem alterum differatur judicium, eo quod judices causam non probe teneant. In tabulis scripta litera A. absolutionem significabat, D. damnationem, N. et L. dilationem, hoc est, ' Non liquet.'

Quos hæc secum locutos crediderim: 'Nolumus caput alterius petentem, in judicium triumphos et tropæa, spoliaque, ac devictarum navium rostra deferre. Terribilis sit is adversus hostem: civis vero salutem, tanto fulgore[41] gloriæ subnixus, ne insequatur.'‡

12. Tam vehementes judices adversus excellentissimum accusatorem, quam mites[42] in longe inferioris fortunæ reo! Calidius[43] Bononiensis in cubiculo mariti noctu deprehensus, cum ob id causam adulterii diceret, inter maximos et gravissimos infamiæ fluctus emersit: tanquam fragmentum naufragii, leve admodum genus defensionis amplexus. Affirmavit enim 'se ob amorem pueri servi[44] eo esse perductum.' Suspectus erat locus, suspectum tempus, suspecta matris familiæ persona, suspecta etiam adolescentia ipsius: sed crimen libidinis confessio intemperantiæ liberavit.[45]

13. Remissioris hoc: illud aliquanto gravioris materiæ exemplum. Cum parricidii causam duo fratres[46] Clœlii dicerent, splendido Tarracinæ[x] loco nati, quorum pater

non addidit: primus credo in contextum recepit Colerus.' *Torren.*—41 Decem codd. Torren. et nonnulli Pighiani cum Vet. et Mog. *fragore.*—42 'Sic omnes Mss. et editt. Pighio prioreš, recte ergo Torreuius restituit, cum Pighius, Colerus, et Vorstius dedissent: *Tam vehementes hi judices...quam illi mites.* Valerius haud dicit, iidemne judices fuerint, an alii, sed tantum nobis ante oculos ponit, judices fuisse vehementes adversus Scipionem *accusatorem,* mites vero in Calidio *reo. in reo* est contra reum, erga reum. Cave autem *in reo* mutes *in reum.* Sallust. Catil. 52. 'misericordes in furibus,' i. e. erga fures, &c.' *Kapp.*—43 '*Calidius* complures codd. exhibent: *Callidius* tamen omnes Edd. Porro Colerus edidit: *cum ob id causam diceret,* quod Vorstius est secutus; cum omnes scripti et editi præferant: *cum ob id causam adulterii diceret,* ut reposui.' *Torren.*—44 Veteres libri Pighiani et omnes Torren. *pueri servi;* sed edd. ante Pigh. *pueri sui.*—45 Sic Brand. 1. 2. omnes codd. Torren. et edd. vett. Pighius vero ex solo Camp. legerat: *sed c. adulterii, libidinis intemperantis confessio liberavit.*—46 'Quod Colerus vocem *fratres* foras ejiciendum censuit, id vetant Mss. ex quibus tres exhibent *filii Clœlii.* Sed τὸ *duo* pro glossa expungitur in Mss. novem, Gudiusque notavit in quarto Parisiensi esse glossema evidenter apparere, quoniam ibi suprascriptum erat inter alias ineptas glossas. Ceterum etiam scripti nostri habent

NOTÆ

‡ An. M. 3922. Ol. 162. 1. Urb. C. 621. Ant. Ch. 131.

[x] *Tarracinæ*] Oppidum erat in Volscis, olim *Trachina* dictum, postea *Anxur,* quod ibi Jupiter imberbis coleretur; nunc *Tarracina.*

T. Clœlius in cubiculo quiescens, filiis altero lecto cubantibus, erat interemtus; neque aut servus quisquam, aut liber inveniretur, ad quem suspicio cædis pertineret; hoc uno nomine absoluti sunt, quia judicibus planum factum est, illos aperto ostio inventos esse dormientes. Somnus innoxiæ securitatis certissimus index[47] miseris opem tulit. Judicatum est enim, rerum naturam non recipere, ut occiso patre, supra vulnera et cruorem ejus, quietem capere potuerint.[g]

DAMNATI.

1. Percurremus nunc eos, quibus, in causæ dictione, magis, quæ extra quæstionem erant, nocuerunt, quam sua innocentia opem tulit. L. Scipio post speciosissimum triumphum, de rege Antiocho ductum, perinde ac[48] pecuniam ab eo accepisset, damnatus est. Non puto, quod pretio corruptus fuerat,[49] ut illum, totius Asiæ dominum et jam[50] Europæ victrices manus injicientem, ultra Taurum montem summoveret: sed alioquin vir sincerissimæ vitæ, et ab hac suspicione procul remotus, invidiæ, quæ tunc in duorum fratrum inclytis cognominibus[y] habitabat, resistere non potuit.*

2. At Scipioni quidem maximus fortunæ fulgor, C. autem

[g] *Judicatum est rerum naturam non pati, ut filii occiso patre dormire potuerint post vulnera illi illata et effusum ejus sanguinem.*

Celii.' Torren. Mox *quiescens* deest in Par. 4.—47 Harl. *judex.*—48 Ita Pighius cum codd. et Mog. alii editores *ac si.*—49 ' Ita Aldus et hunc secuti alii edidere. Ego tamen non dubito quin pro *fuerat* legendum sit *fuerit*, ut est in uno Brand. et typis expresso Chalcocondylæ.' *Vorst.* ' Harl. *fuit.* Barb. et Leid. primi *fuerit.* Sed aliter omnes nostræ editiones, neque necesse puto quicquam mutari.' *Torren.*—50 Τὸ *et jam* aliquot Mss. omittunt, partim mutant in *etiam.* Ascensius *Et jam etiam Europæ;* et sic Ven. Sed ceteræ Edd. *et jam:* Mog. *etiam.* Deinde constanter scripti *alioquin* exhibent cum

NOTÆ

[y] *Inclytis cognominibus*] Quod Publius ob victum Hannibalem Africanus; Lucius ob superatum Antiochum, Asiaticus diceretur. Lege quæ superius de illorum damnatione scripsimus.

* An. M. 3867. Ol. 148. 2. Urb. C. 566. Ant. Ch. 186.

Deciano[z] spectatæ integritatis viro vox sua exitium attulit. Nam cum P. Furium inquinatissimæ vitæ pro Rostris accusaret, quia quadam in parte actionis de morte L. Saturnini[a] queri ausus fuerat, nec reum damnavit, et insuper ei pœnas addictas[51] pependit.†

3. Sex. quoque Titium[b] similis casus prostravit. Erat innocens; erat agraria lege lata gratiosus[52] apud populum. Tamen quia Saturnini imaginem domi habuerat, suffragiis eum tota cognitio[53] [c] oppressit.‡

4. Adjiciatur his Claudia,[d] quam insontem crimine[54] votum impium subvertit: quia, cum a ludis domum rediens turba elideretur, optaverat, ut frater suus, maritimarum virium nostrarum præcipua jactura,[h] revivisceret; sæpiusque consul factus, infelici ductu nimis magnam urbis frequentiam minueret.[e] *

[h] *Qui maritimas Romanorum vires amissa classe attriverat.*

Mog.—51 Ita Atreb. Winck. Colon. et Camp. Pighius interpretatur 'destinatas;' dicitque perperam pleraque vulgata exemplaria habere *additas;* quod est in Ven. Mediol. Ascens. tribus Leid. Bit. prim. et Ultraj. prim. alii *adjectas* habent, ut Harl. *addictus* duo Paris. *additus* Barb. prim. Sed Ultraj. sec. *debitas;* cum quo consentiunt Mog. et Chart. Duac. quod non

NOTÆ

[z] *Deciano*] Fit illius mentio apud Ciceronem pro Rabirio.

[a] *Saturnini*] Qui Tribunus plebis Metellum Numidicum urbe expulit, et aliquanto post a populo cæsus est.

† An. M. 3955. Ol. 170. 2. Urb. C. 654. Ant. Ch. 98.

[b] *Sex. quoque Titium*] Nepotem Tribunum plebis seditiosum, M. Antonio Oratore Consule: de quo multa Cicero tum de Oratore, lib. II. tum in Bruto: 'Sex. Titius homo loquax sane et satis acutus: sed tam solutus et mollis in gestu, ut saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset:' se Cassandram esse dicebat, qui vera non creditus prædiceret.

[c] *Cognitio*] Vulgo legitur, *concio:* a populo tamen non damnatus est, ut patet ex Ciceronis Rabiriana; sed ab equitibus, penes quos id temporis judicia erant: ab aliis legitur *cognatio,* a Pighio *cognitio.*

‡ An. M. 3956. Ol. 170. 3. Urb. C. 655. Ant. Ch. 97.

[d] *Claudia*] Appii Cæci filia, et P. Claudii Pulchri soror, qui classem ob neglecta auspicia amisit: de quo paulo ante.

[e] *Frequentiam minueret*] 'Utinam,' inquit, 'frater meus reviviscat, iterumque classem ducat, et istam multitudinem perditum eat.' Ita Gellius lib. X. c. 6. Ab Ædilibus accusata æris gravis 25. millibus multata est.

* An. M. 3808. Ol. 133. 3. Urb. C. 507. Ant. Ch. 245.

5. Possumus et ad illos[55] brevi diverticulo transgredi, quos leves ob causas damnationis incursus abripuit. M. Mulvius,[56] Cn. Lollius, L. Sextilius triumviri, quod ad incendium in Sacra via[f] ortum extinguendum tardius venerant, a tribunis plebis die dicta ad populum damnati sunt.†

6. Item P. Villius,[57] triumvir nocturnus, a P. Aquilio[g] tribuno plebis accusatus, populi judicio concidit, quia vigilias negligentius circumierat.‡

7. Admodum severæ notæ et illud populi judicium, cum M. Æmilium Porcinam,[h] a L. Cassio accusatum crimine nimis sublime exstructæ[i] villæ in Alsiensi[58] agro,[j] gravi mulcta affecit.*

8. Non supprimenda illius quoque damnatio, qui pue-

displicet Torrenio.—52 Bis positum *erat* habent Brand. 1. 2. Dan. et omnes codd. Torren. præter Harl. qui cum edd. Aldd. Colin. Gryph. et Pigh. exhibent: *Erat i. agr. l. lata, gr. &c.*—53 Ita Atreb. unus Brand. Leid. 6. et Par. 4. *cognatio* Pulm. Sus. et Copes. *concio* in ceteris Torren. cum edd. ante Pigh.—54 'Undecim Torrenii et editt, vett. adjiciunt *quo accusabatur.* perperam, nam damnata est ob petulantem linguam.' *Kapp.*—55 Ascens. *et ad alios.* Ultraj. 1. *ob has causas.* Deinde nonnulli codd. Torren. *incursus arripuit.*—56 Aldus edidit, *M. Militius.* Sed *Mulvius,* ut Pighius rescripsit, est et in uno cod. Brand. In altero est *Milnius.* Codd. Torren. exhibent: *Milvius, Mulius, Militius, Munius, Mundius, Milvus, et Mulinus: Mulvius* extat in Mediol. *Milvius* in Mog. *Militius* in Ven. Paulo post, *apud populum* in octo codd. Torren. et edd. ante Aldum.—57 Nonnulli codd. *P. Bellius;* edd. ante Pighium, *P. Bilius,* præter Mog. quæ habet *P. Villius:* Pricæus ad Apul. p. 138. legit, *P. Vilius.* Mox pro *quia* aliquot codd. Torren. *quod.* Harl. *negligenter custodierat.*—58 Ita Pighius cum codd. Torren. Vet. Venett.

NOTÆ

[f] *Sacra via*] Quæ ab Amphitheatro juxta templum Pacis et forum Cæsaris recta tendit in Capitolium. De Triumviris diximus antea.

† An. M. 3886. Ol. 153. 1. Urb. C. 585. Ant. Ch. 167.

[g] *A P. Aquilio*] Gallo, qui Catoni, saniorique civium parti adhæsit contra Pompeium et Crassum Consules.

‡ An. M. 3999. Ol. 181. 2. Urb. C. 698. Ant. Ch. 54.

[h] *M. Æmilium Porcinam*] Ex Lepidorum familia, qui Consul cum C. Hostilio Mancino a Vaccæis victus est: Orator fuit, ex Cicerone in Bruto, in quo Latinorum omnium primo et lenitas illa Græcorum apparuerit, et verborum comprehensio cum artifice stylo.

[i] *Nimis sublime exstructæ*] A Cassio et Cæpione Censoribus damnatus est, si Velleio credimus, quod ædes sex millibus conduxisset.

[j] *In Alsiensi agro*] Alsium maritimum Tusciæ oppidum. Hodie *Cere* vel *Palo.*

* An. M. 3924. Ol. 162. 3. Urb. C. 623. Ant. Ch. 129.

ruli sui nimio amore correptus,[59] rogatus ab eo ruri ut omasum[k] in cœnam fieri[60] juberet, cum bubulæ carnis in propinquo emendæ nulla facultas esset, domito bove occiso, desiderium ejus explevit. Eoque nomine publica quæstione afflictus est; innocens,[61] nisi tam prisco sæculo natus esset.

AMBUSTÆ.

1. Atque ut eos quoque referamus, qui in discrimen capitis adducti, neque damnati, neque absoluti sunt. Apud M. Popilium[l] Lænatem prætorem quædam, quod matrem fuste[62] percussam interemerat, causam dixit: de qua neutram in partem latæ sententiæ sunt. Quia abunde constabat, eandem veneno necatorum liberorum dolore commotam, quos avia filiæ infensa sustulerat, parricidium ultam esse parricidio. Quorum alterum ultione dignum,[63] alterum absolutione non dignum judicatum est.[†]

2. Eadem hæsitatione P. Dolabellæ,[64 m] proconsulari im-

Mog. Mediol. et Ascens. *Alliensi* Aldd. Colin. Gryph. et Steph.—59 Ita Torrenius ex utroque Par. Barb. Ultraj. 1. 2. Leid. 6. et Copes. *corruptus* in aliis cum edd. vett.—60 Ita Brand. 1. 2. duodecim codd. Torren. et edd. vett. *fieri in cœnam* Mog. Venett. Mediol. Ascens. Aldd. et Colin. *in cœnam ferri* Gryph. Steph. et Pigh. Cf. N. Heins. ad Petron. c. 47.—61 Copes. *innocens enim;* unde Perizon. conj. *innocens enimvero.* —62 'Ita veteres typis expressi, et Brand. Pighius tamen maluit *fustim interemerat;* et *percussam* expunxit: quomodo et supra VI. 3. 9. fecit. Verum expunctionem illam, uti supra cum Colero non probavi, ita neque hic probo. Deinde pro *fustim* mallem et supra positum, ut in antiquioribus typis expressis est, *fuste;* aut *fusti.* Nam quod in quibusdam codd. vestigia sunt τοῦ *fustim,* id credo inde factum, quod scriptum esset *fusti,* cumque talis sextus casus librariis non satis notus esset, hi literam *m* addendam putarent; ut formam adverbii vox haberet.' *Vorst.* N. Heins. ad Vell. II. 78. legit *fusti:* codd. Torren. fere *fuste,* vel *fusce;* nullus *fustim.*—63 Ita Pighius ex Sus. et Pulm. 'Τὸ *dignum* non invenitur in quatuordecim nostris, certe in nullo eorum, quos ipse inspexi, neque in Ultraj. aut Copes. ut nec in ulla editione antiqua. Video inter variantes Gudii lectiones ascriptum: Forte *non indignum,* quod ad utrumque referri posset, sed sic innucret filiam fuisse *absolutam,* quum agat de *non damnatis, nec absolutis,* neque hoc ullo nititur Mss. Quare, cum valde diluucida in lectione Pighii sit sententia, in fide ipsius acquiescendum puto.' *Torren.*—64 *C. Dolabellæ* codex Sarisberiensis; *P. quoque Dolabellæ* quatuor codd. Torren.—

NOTÆ

[k] *Omasum*] Ferculum ex intestinis bubulis. Gallicam vocem esse putat Colerus.

[l] *Apud M. Popilium*] Qui Consul a Numantinis fusus est.

[†] An. M. 3911. Ol. 159. 2. Urb. C. 610. Ant. Ch. 142.

[m] *P. Dolabellæ*] Asiæ etiam Procon-

perio Asiam obtinentis, animus fluctuatus est. Materfamilias Smyrnæa [65] virum et filium interemit, cum ab his optimæ indolis juvenem, quem ex priore viro enixa fuerat, occisum comperisset. Quam rem Dolabella ad se delatam, Athenas ad Areopagi cognitionem relegavit: quia ipse neque liberare cædibus duabus contaminatam, neque punire eam justo [66] dolore impulsam, sustinebat. Consideranter, et mansuete populi Romani magistratus: [67] sed Areopagitæ quoque non minus sapienter. Qui inspecta causa, et accusatorem et ream post centum annos ad se reverti [68] jusserunt: eodem affectu moti, quo Dolabella. Sed ille transferendo quæstionem, hi differendo, damnandi atque absolvendi inexplicabilem cunctationem mutabant.[i] [69]

[i] *Illius mulieris, vel damnationem, vel absolutionem tamdiu differebant, ut nemo finem illius causæ visurus esset.*

65 Dan. *Zmirnæa.* Paulo post Bitur. 1. Par. 3. et Copes. delent præpositionem *ex.*—66 Par. 4. et Barb. 1. *eam tam justo;* Ultraj. 1. delet *eam;* Torrenius legit, *tam justo.*—67 Pighius in marg. notavit: 'alii, *proconsul,*' quod Torren. nusquam invenit; at in Vet. *proconsul* extat.—68 Ita omnes codd. et edd. vett. præter Camp. qui exhibet, *adesse reverti;* hinc Pighius, *adesse jusserunt.*—69 Sic omnes codd. et edd. vett. 'Pighius vero dedit *invitabant,* ex V. C. quem callide non nominavit. Nam cum ipse lectionem aliquam excogitat, neque in libris invenit, simulat quidem in Mss. ita legi, neque tamen audet ad Mss. nominatim provocare.' *Kapp.* Ascens. *mutuabant;* Guyeto scribendum videbatur, *vitabant.*

NOTÆ

sulem appellat Gellius; sed Cneium Dolabellam vocat. De Areopago con-

sule lib. II. c. 6. n. 4.

CAP. II.

DE PRIVATIS JUDICIIS INSIGNIBUS.[1]

QUIBUS DAMNATI.

1 T. Claudius Centumalus.
2 Otacilia Laterensis.
3 C. Titinius Minturnensis.
4 Quidam ob equi vecturam longiorem.

PUBLICIS judiciis adjiciam privata,[2] quorum magis æquitas quæstionum delectare, quam immoderata turba offendere lectorem poterit.

1. Claudius Centumalus[3 a] ab auguribus jussus altitudinem domus suæ, quam in Cœlio monte[b] habebat, summittere, quia his ex arce augurium capientibus[c] officiebat, vendidit eam Calpurnio Lanario;[4] nec indicavit quod imperatum a collegio augurum erat. A quibus Calpurnius demoliri domum coactus, M. Porcium Catonem,[d] inclyti

1 Edd. vett. omittunt *insignibus;* Mog. tamen cum codd. Torren. id tuentur.—2 Ita codd. Torren. et Mog. ceteræ edd. *privata* omittunt. Mox pro *quæstionum*, quod exhibent Brand. 1. 2. omnes fere Torren. et edd. vett. Pighius legerat ex Sus. et aliis, *quærentium;* Barthius, *quærentem;* pauci codd. *quæstionem* habent. Deinde *lectorem offendere* Aldd. Colin. Gryph. Steph. et nonnulli codd.—3 'Sic potius scripti. Steph. *Centimalus.* cum Mediol. Gryphius, *Centummalus*, cum Ven. et Asc. Colin. Sed Aldus *Centumalus*, cum Mog. Ciceroni est *T. Claudius Centumalus.* ubi Car. Langius tamen *Tib.* malebat, et dubitabat an pro *Centumalus* rectius *Centho.*' Torren. —4 Harl. Leid. quint. Ultraj. prim. *Lavario;* Bit. prim. *Levario;* Palatini codd. apud Ciceronem etiam *Lanario* exhibent, sed Gruterus conjicit legen-

NOTÆ

[a] *Claudius Centumalus*] T. Claudius Ceuto ab aliis dicitur, ex patricia Claudiorum gente. Centumalus enim cognomen est gentis Fulviæ, non Claudiæ.

[b] *In Cœlio monte*] Cui nomen factum est a Cœlio Vibeno Tusco duce, qui Romulo contra Tatium auxilio venerat: a Tullo Hostilio urbi additus est.

[c] *Augurium capientibus*] Augur auguria capturus in saxo Tarpeio sedebat, et quatuor in aëre designabat spatia; in Oriente anticam, in Occidente posticam; dextram in meridie, in septemtrione sinistram: tum concipiebat animo, quæ signa mitti vellet, vultures, aut aquilas, aut columbas: si quid hujusmodi appareret, rem Diis acceptam esse prædicabat; sin minus, ingratam.

[d] *M. Porcium Catonem*] Saloniani Catonis filium, et Uticensis patrem, qui Tribunus plebis cum fuisset, dum Præturam petit, mortuus est.

Catonis patrem, arbitrum Claudio addixit,[5] et formulam, QUICQUID. SIBI. DARE. FACERE. OPORTERET. EX. FIDE. BONA.[6] Cato ut est edoctus,[7] de industria Claudium edictum sacerdotum suppressisse, continuo illum Calpurnio damnavit. Summa quidem cum æquitate: quia bonæ fidei venditorem, nec commodorum spem[8] augere, nec incommodorum cognitionem obscurare oportet.*

2. Notum suis temporibus judicium commemoravi:[9] sed nec, quod relaturus quidem sum, obliteratum est[10] silentio. C. Visellius Varro, gravi morbo correptus, trecenta millia nummum ab Otacilia Laterensi,[11] cum qua commercium libidinis habuerat, expensa ferri sibi passus est: eo consilio, ut, si decessisset, ab hæredibus eam summam peteret; quam legati genus esse voluit, libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando. Evasit deinde Visellius[12] ex illa tempestate adversus vota Otaciliæ. Quæ

dum *Lanato.*—5 ' Vulgo legebatur: *cum Claudio adduxit;* sed Pigh. ex Camp. Gembl. Atreb. et Cauch. edidit *Claudio adduxit;* unde Cujacius et Brissonius de Form. legunt *Claudio addixit,* quod Vorstius primus in textum recepit. Judices enim dicuntur ' addicti,' qui vel a Prætore dabantur, vel ex conventione litigatorum sumebantur.' *Kapp.*—6 ' Sic restituendum censuit Langius ad Ciceronem, cum Ascens. Aldus et ceteri dedissent: *Ut formulam daret, quid sibi de ea re facere oporteret ex fide bona;* Mog. et Ven. *quicquid sibi de ea re, &c.* Mediol. *Quicquid sibi dari facere, &c.* Harl. Leid. prim. quint. sext. sept. et Ultraj. sec. *ut formulam daret, quicquid sibi facere oporteret;* Leid. 2. *ut daret formulam, quicquid sibi de ea facere oporteret;* Ultraj. 1. *ut formulam quicquid sibi facere oporteret ex fide bona diceret;* Leid. 4. *ut formulam daret, quicquid sibi facere de ea re oporteret;* Paris. 1. 2. Barb. 1. *formulam recitant quicquid sibi dari facere oporteret ex fide bona;* Copes. *formulam recitans quicquid sibi dari facere, &c.* Dubito an satis prudenter, *ut formulam daret* mutatum sit, cum videam frequenter, Prætorem, et JCtos dici, ' formulam componere,' ' constituere,' ' scribere,' et similia. Quid si scripserit: *ut formulam daret, quid sibi dare facere oporteret ex fide bona?'* Torren.—7 Ita Pigh. cum Mog. et codd. vulgo *doctus.* Mox octo codd. Torren. cum Vet. et nonnullis Pighianis: *Claudium prædictum;* ex quibus alii *sacerdotem,* alii *sacerdotium,* quomodo in Mog.—8 Par. 1. 2. Barb. et Copes. *speciem,* probantibus Torren. et Kapp. Mox *cognitionem* delet Ultraj. 1.—9 *Notum quidem suis t. j. quod commemoravi* Bitur. 1. Deinde plurimi codd. Torren. *sed ne quod relaturus sum quidem.*—10 Codd. quinque Torren. delent *est;* Par. 1. 2. Barb. 1. et Copes. *subobliteratum est;* Leid. 6. et Vet. *obliterandum est.*—11 Perizon. conj. *Laterensis,* sc. uxor: aliquot codd. Torren. *Lateranensi.*—12 *Visellius* delent undecim codd. Torren. Vet.

NOTÆ

* An. M. 3962. Ol. 172. 1. Urb. C. 661. Ant. Ch. 91.

offensa, quod spem prædæ suæ morte non maturasset, ex amica obsequenti subito destrictam fœneratricem agere cœpit nummos petendo; quos ut fronte inverecunda, ita inani stipulatione[e] captaverat. De qua re C. Aquilius,[f] vir magnæ auctoritatis, et scientia juris civilis excellens, judex addictus,[13] adhibitis in consilium principibus civitatis, prudentia et religione sua mulierem repulit.† Quod si eadem formula et Varro damnari, et adversaria absolvi[14] potuisset, ejus quoque non dubito quin turpem et inconcessum errorem libenter castigaturus fuerit. Nunc privatæ actionis calumniam ipse compescuit: adulterii crimen publicæ quæstioni vindicandum[15] reliquit.

3. Multo animosius, et ut militari spiritu dignum erat, se in consimili genere judicii C. Marius gessit. Nam cum C. Titinius[16] Minturnensis Fanniam[g] uxorem, quam impudicam de industria duxerat, eo crimine repudiatam, dote spoliare conaretur: sumtus inter eos judex, in conspectu habita quæstione, seductum[17] Titinium monuit, 'ut incepto desisteret, ac mulieri dotem redderet.' Quod cum sæpius

et edd. Pighio antiquiores præter Mog.—13 Ita edidere Vorst. et Torren. alii *adductus;* Leid. 1. *aditus;* Leid. 2. *advocatus.* Paulo ante Copes. delet *scientia* et *civilis;* Par. 3. etiam *civilis.*—14 'An transponendum, *Et Varro absolvi, et adversaria damnari?*' Guyct. '*Absolvi:* credo hanc vocem delendam; nulla causa erat, cur mulierem absolvi vellet. Similis glossa in Aldd. IX. 11. Ext. 1. 'ut verbis contendere, quam ferro dimicare.'' *Perizon.* 'Retinent Mss. hanc vocem. *et adversaria absolvi potuisset,* desunt in Leid. primo; in quinto deest, *adversaria:* complures *Varro damnari,* deleto *et.* Quid si scripserit? *Quod si eadem formula Varro damnari et absolvi potuisset.* Certe *adversaria absolvi,* recte monuit Cl. Perizonius sententiæ esse contrarium.' *Torren.*—15 Ita plurimi codd. cum Vet. *judicandum* Par. 1. 2. Leid. 6. et Copes. cum edd. ante Pighium.—16 Sic plures codd. Torren. quidam cum vulgg. ante Pighium *Ticinius.*—17 Ita pars codd. Torren. unus Brand. Aldd. et Chalc. *subductum* alii codd. cum Mog. ut ediderat Pighius.—18 In edd.

NOTÆ

[e] *Inani stipulatione*] Hoc est, vana promissione. Stipulatio enim ex Pomponio est conceptio verborum; quibus is, qui interrogatur, daturum facturumve id quod interrogatum est, respondet.

[f] *C. Aquilius*] Juris peritissimus, discipulus Mutii, et Ciceronis in Prætura collega.

† An. M. 3989. Ol. 178. 4. Urb. C. 688. Ant. Ch. 64.

[g] *Fanniam*] De Fannia, Minturnis, et Marii fuga, lege lib. I. c. 5. n. 5.

frustra fecisset, coactus ab eo sententiam pronuntiare, mulierem impudicitiæ ream[18] sestertio nummo, Titinium summa totius dotis damnavit: præfatus, 'idcirco[19] se hunc judicandi modum secutum, quod liqueret sibi, Titinium patrimonio Fanniæ insidias struentem, impudicæ conjugium expetisse.' ‡ Fannia autem hæc est, quæ postea Marium hostem a senatu judicatum, cœnoque paludis, qua extractus erat, oblitum, etiam in domum suam custodiendum Minturnis deductum, ope quantacumque potuit, adjuvit: memor, quod impudica judicata esset, suis moribus; quod dotem servasset, illius religioni acceptum ferri[20] debere.

4. Multus sermo eo etiam judicio manavit, in quo quidam furti damnatus est, quod[21] equo, cujus usus illi usque Ariciam[h] commodatus fuerat, ulteriore ejus municipii clivo vectus esset. Quid aliud hoc loci quam verecundiam illius sæculi laudemus, in quo tam minuti[22] a pudore excessus puniebantur? *

ante Pighium et compluribus codd. deest *ream;* retinent tamen Ultraj. 1. 2. Leidd. 3. 4. et Mog. Mox pleræque edd. ante Pigh. *Ticinium.*—19 Ita Pighius cum codd. et Mog. pro vulgato *ideo.* Mox septem codd. Torren. et Vet. *cum liqueret.*—20 Nonnulli codd. Torren. *acceptum fieri.*—21 Sex codd. Torren. *qui;* unus *quia.* Sunt qui delent *usque.* Deinde Barthius legebat, *evectus esset.*—22 Vetus liber Lipsii et Vet. *tam minimo;* unde Lipsius legit, *tam minimi:* Harl. *tam muti;* unus Leid. *tam munii.*

NOTÆ

‡ An. M. 3955. Ol. 170. 2. Urb. C. 654. Ant. Ch. 98.

[h] *Ariciam*] Latii oppidum post montem Albanum in via Appia. Nunc *L'Ariccia.*

* An. M. 3966. Ol. 173. 1. Urb. C. 665. Ant. Ch. 87.

CAP. III.

DE MULIERIBUS QUÆ CAUSAS APUD MAGISTRATUS EGERUNT.[1]

1 Amæsia Sentia.
2 Afrania Licinii Buccionis.
3 Hortensia Q. F.

Ne de his quidem fœminis tacendum est,[2] quas conditio naturæ, et verecundiæ stola,[a] ut in foro et judiciis tacerent, cohibere non valuit.[3]

1. Amæsia Sentia[4] rea, causam suam, L. Titio prætore judicium cogente, maximo populi concursu egit: partesque omnes ac numeros defensionis[5] non solum diligenter, sed etiam fortiter executa, et prima actione, et pæne cunctis sententiis liberata est. Quam, quia sub specie fœminæ virilem animum gerebat, Androgynem appellabant.*

2. G.[6] vero Afrania Licinii Buccionis[b] senatoris uxor,

1 Multi Mss. *Quæ mulieres apud Magistratus pro se aut pro aliis causas egerunt;* ut legebatur ante Pighium; Leid. prim. *De caussis quas mulieres egerunt.*—2 Vox *est* abest Ultraj. sec. Mox *verecundia stolæ* conj. Perizon. deinde vulgo ante Pighium legebatur *in foro, in judiciis.* Sed ut ab ipso, et hic vides editum Mss. et Mog. Harl. *in foro et in judiciis.*—3 Sic Torrenius ex duodecim codd. et edd. vett. Pighius et eum secuti dederant *potuit.* —4 Edd. vett. *Am. prætoris sententia.* 'Locus mendosus, qui in plerisque scriptis libris, *Amesia sententia;* Winck. *Amesia Sentia:* ubique vox *prætoris,* omittitur.' *Pigh.* 'abest etiam a scriptis nostris, nec poterat ferri. Sed plerique *sententia* retinent, cum pro hoc alioquin sæpe *sentia* scribi soleat, unde ortum credo. Ultraj. sec. *M. Mesia* Perizonius conjecit, Forte *Amæsia Sentii,* scil. uxor.' *Torren.*—5 Ante Pighium legebatur: *motusque omnes ac nervos* (*numeros* Vet.) *defensionis.* Mox *et prima actione et pæne cunctis* Torrenius ex Mss. restituit.—6 Prænomen *C.* vel *G.* vel *Gaia* extat saltem in decem codd. Torren. et omnibus edd. vett. *Cafrania* Vet. uti ap. Ulpian. ubi Alciatus legit *C. Afrania;* nonnulli codd. *Calphurnia.* Deinde *Lucinii Bucconis* Par. 1. 2. Leidd. 1. 5. *Lucii Butonis* Leid. 6. *Lucinii Buctionis* Barb. 1. *Lucii Bucconis* Harl. *Lucinii Buconis* Bitur. 1. et Leid. 2. *Licinii Unxionis* Ultraj. 1. *Uncaonis* Ultraj. 2. *Lutinii Butionis* Copes. *Licinii Buccaonis* Mog. *Bructionis* Mediol. et reliquæ; *Lucinii Brutionis* Venett. *senatoris* quod omittebatur in edd.

NOTÆ

[a] *Verecundiæ stola*] Ne in Senatum quidem venire fœminis fas erat.

* An. M. 3977. Ol. 175. 4. Urb. C. 676. Ant. Ch. 76.

[b] *Licinii Buccionis*] Non fuit ex nobili Liciniorum stemmate. Buccio a bucca, sicut a labiis Labeo dictus est.

promta ad lites contrahendas, pro se semper apud prætorem verba fecit: non quod advocatis deficiebatur,[7] sed quod impudentia abundabat. Itaque inusitatis foro latratibus[8] assidue tribunalia exercendo, muliebris calumniæ notissimum evasit exemplum: adeo ut pro crimine improbis fœminarum moribus G. Afraniæ[9] nomen objiciatur. Prorogavit autem spiritum suum ad C. Cæsarem iterum,[c] et P. Servilium Coss.[10] Tale enim monstrum magis, quo tempore extinctum, quam quo sit ortum, memoriæ tradendum est.†

3. Hortensia vero, Q. Hortensii filia, cum ordo matronarum gravi tributo a triumviris[d] esset oneratus, nec quisquam virorum patrocinium eis accommodare auderet, causam fœminarum apud triumviros[11] et constanter et feliciter egit. Repræsentata enim patris facundia, impetravit ut major pars imperatæ pecuniæ his remitteretur. Revixit tum muliebri stirpe[12] Q. Hortensius, verbisque filiæ aspiravit: cujus si virilis sexus posteri vim sequi voluissent,

præter Mog. servant codd. Torren.—7 Ita ex libris Mss. rescripsit Pighius; vett. edd. *deficeret*, ut in Leidd. 1. 2. vel *deficiebat* ut in aliis codd. Torren. *deficiebatur* etiam in Leid. 5. Harl. et Bitur. 1.—8 Par. 1. 2. *boatibus*, sed reliqui *latratibus*.—9 Denuo Mss. *G. Afraniæ*, ut et Edd. Etiam vulgo ante Pighium legebatur *ad muliebris calumniæ exemplum;* quod in quinque Mss. extat.—10 Hæc lectio a Pighio est, quem secuti sunt Vorstius et Torren. Colerus ex libro Dan. legit: *ad C. Cæs. III. iterum ad P. S. coss.* 'Cum *III.* et *iterum* in quibusdam Mss. jungantur, apparet hoc inde ortum, quod in aliis *III.* corrupte pro *II.* in aliis *iterum* omnibus literis fuit scriptum; hinc sunt et Mss. qui *M. Servilium* exhibent, cum fuerit *P. Servilius Vatia P. Isaurici filius.* Pronomen *Servilii* multi omittunt. Cop. *Julium Cæsarem et iterum Servilium Cos.* Leid. sec. *ad Cæsarem* $\overline{it}$ *Servilium;* quidam ad *G. Cæsarem et Servilium;* sic Ultraj. prim. sed Ultraj. sec. *G. Cæsarem tercio iterum Servilium.*' Torren.—11 Harl. *ad triumviros.*—12 Sic fere omnes Mss. vulgo ante Pigh. *Revixit cum muliebri stirpe;* duo Leid. *Revixit enim cum.* Klokkius legebat: *Revixit in muliebri stirpe Hortensius, verbisque filiæ gratiam aspiravit,* addens respicere eum ad illud Virgilii: 'Et dictis divinum aspirat amorem.'

NOTÆ

[c] *Ad C. Cæsarem iterum*] Postquam fugit in Græciam Pompeius, Cæsar, abdicata post diem undecimum Dictatura, Consul iterum cum Servilio Isaurico creatus est: Servilius ille, non ipse Isauros domuit; at illius pater, Servilius Vacia Isauricus. Plura reperies in Serviliorum gente.

† An. M. 4001. Ol. 181. 4. Urb. C. 700. Ant. Ch. 52.

[d] *A triumviris*] Antonio, Lepido, et Octavio.

Hortensianæ eloquentiæ tanta hæreditas una fœminæ actione abscisa non esset.‡

NOTÆ

‡ An. M. 4012. Ol. 184. 3. Urb. C. 711. Ant. Ch. 41.

CAP. IV.

DE QUÆSTIONIBUS.

HABITIS A
1 M. Agrii servo.
2 Alexandro C Fannii.
3 Philippo Fulvii Flacci.

Atque ut omnes judiciorum numeros exequamur, quæstiones quibus aut creditum non est, aut temere habita fides est, referamus.

1. M. Agrii[1] argentarii servus Alexandrum C. Fannii servum occidisse insimulatus est; eoque nomine tortus a domino 'admisisse se[2] id facinus' constantissime asseveravit. Itaque Fannio deditus,[a] supplicio affectus est. Parvulo deinde tempore interjecto, ille cujus de nece creditum erat, domum rediit.

2. Contra Fannii[3] servus Alexander, cum in suspicionem C. Flavii equitis Romani occisi venisset, sexies[4] tortus

1 Harl. *Agrii;* Bit. prim. *Magarii;* idem *Alexandro Ferani servum;* Barb. prim. *Alexandri Favii;* uterque Paris. *Alexandri Fannii;* Harl. *Alexander Rufani;* Leid. prim. et Ultr. sec. *Alexandri Rafani;* Leid. quint. *Alexander Fauni;* Leid. sext. *Alexandrum Fanii;* Mog. *Agrii argentarii servus Alexandri Rafani servum;* Edd. reliquæ, *M. Agrii argentarii servus Alexandrum T. Fannii servum.*—2 Pighius addidit *se,* quod abest, ut ab edd. vett. ita etiam a quinque codd. Torren.—3 Dan. *Piccinii;* Leid. 1. *Pucinii;* Leid. 4. *Putenii;* Leid. 5. *Pinitanii;* Bitur. 1. *Pintanii;* Harl. *Rafini;* Ultraj. 2. *Rafani.* Mox in plerisque codd. et omnibus ante Pigh. edd. est: *cum in hanc suspicionem.* Deinde nonnulli Pighiani, *C. Fulvii;* Copes. *Gaii Fabii;* Ultraj. 2. et Mediol. 3. *L. Fulvii;* Ascens. *C. Flacci;* ceteri fere codd. *Flavii.*—4 Ita Pighius ex codd. suis, itaque est in Brand. 1. 2. cum Mog. et omnibus fere Torren.

NOTÆ

[a] *Fannio deditus*] Lege enim cautum erat, ne servi, si quid deliquisseut, supplicio negarentur: dominis enim satius visum est, puniri servos, quam eorum præstare crimina.

pernegavit 'ei se culpæ affinem fuisse.' Sed perinde atque confessus, et a judicibus damnatus, et a L. Calpurnio triumviro in crucem actus est.

3. Item Fulvio Flacco [b] causam dicente, Philippus servus ejus, in quo tota quæstio nitebatur, octies tortus, nullum omnino verbum, quo dominus perstringeretur,[5] emisit. Et tamen reus damnatus est: cum certius argumentum innocentiæ unus octies tortus exhiberet, quam octo semel torti præbuissent.

septies Copes. Harl. Par. 3. et Aldd.—5 Copes. *adstringeretur.*

NOTÆ

[b] *Fulvio Flacco*] Quem Cicero defendit. Præcipua accusationis capita fuerunt, quod classis nomine pecuniam civitatibus imperasset; quod Heracliensibus aurum abstulisset, &c.

CAP. V.

DE TESTIMONIIS IRRITIS VEL RATIS.[1]

1 Cæpionum ac Metellorum in Q. Pompeium.
2 M. Æmilii Scauri in diversos.
3 L. Crassi in M. Marcellum.
4 Q. Metelli, Lucullorum, Hortensii, et Lepidi in C. Cornelium.
5 M. Ciceronis in P. Clodium.
6 P. Servilii Isaurici in quendam reum.

1. Sequitur ut ad testes pertinentia exempla commemorem. Cn. et Q. Serviliis [2 a] Cæpionibus, iisdem parentibus natis, et per omnes honorum gradus ad summam amplitudinem provectis, item fratribus Q. et L. Metellis [b] consularibus et censoriis, altero etiam triumphali, in Q.

1 Vet. *De testibus.*—2 Eadem, *G. et C. Serviliis*, prorsus ut Colerus voluerat: *G.* ediderat Pighius, sed monuit in erratis scribendum *Gn.*—3 'Ita

NOTÆ

[a] *Cn. et Q. Serviliis*] Uterque Consul; ille anno Urbis 613. hic 614. Quintus Viriatum dolo necari jussit.

[b] *Q. et L. Metellis*] Macedonico et Calvo, qui Numidici pater extitit.

Pompeium[c] A. F.[3] repetundarum[d] reum acerrime dicentibus testimonium, non abrogata[4] fides absoluto Pompeio; sed ne potentia inimicum oppressisse viderentur, occursum est.*

2. M. etiam Æmilius Scaurus, princeps senatus, C. Memmium[e] repetundarum reum destricto testimonio insecutus est.† Item C. Flavium[f] eadem lege accusatum testis proscidit.‡ Jam C. Norbanum,[g] majestatis crimine publicæ quæstioni subjectum, ex professo opprimere conatus est: nec tamen aut auctoritate, qua plurimum pollebat, aut religione, de qua nemo dubitabat, quenquam illorum[5] affligere potuit.*

3. L. quoque Crassus tantus apud judices, quantus apud P. C. Æmilius[6] Scaurus, namque eorum suffragia robustissimis et felicissimis eloquentiæ stipendiis regebat, eratque sic fori, ut ille curiæ princeps. Cum vehementissimum

scriptum reperit Pighius in aliquot codd. Aldus ediderat *Q. Pomp. Aufidium;* quod nec Sigonio placuit: quippe qui in Commentario ad Fastos Rom. et quidem ad ann. DCXII. et ipse *Auli filium* legendum esse docet. Sed et Leopardus Emend. VI. 1. ea de re monuit.' *Vorst.* Ultraj. uterque *Auli filium;* Bit. et Barb. prim. *Aulifilum;* quidam totum delent: nonnulli *Aufidum. Auli filium* diserte Mog. in qua etiam est, *in Q. illum Pompeium.*—4 Ita omnes codd. Torren. *arrogata* unus Brand. et Mog. ut legit Leopardus l. c. Mox pro *viderentur* Barb. 1. Leidd. 1. 6. et Vet. habent *videretur,* sc. potentia; quod non probat Torren.—5 Omnes codd. et Mog. *eorum.*—6 In nonnullis edd. vett. *quantus apud Patres C. Æmylius;* Copes. et Par. 3. *M. Æmi-*

NOTÆ

[c] *Q. Pompeium*] Nepotem, qui filius tibicinis vulgo dicebatur, primusque ex gente Pompeia Consulatum adeptus est.

[d] *Repetundarum*] Bis accusatus est; semel ob fœdus initum cum Numantinis, a quibus victus fuerat; iterum repetundarum, bisque absolutus est: factus etiam postea Censor cum Q. Metello Macedonico. Dicitur a Cicerone in Bruto, homo per se genitus, nulla commendatione majorum summos honores adeptus; et tolerabilis Orator.

* An. M. 3916. Ol. 160. 3. Urb. C. 615. Ant. Ch. 137.

[e] *C. Memmium*] Qui Tribunus plebis nobilitati infestissimus fuit; cujus facundia tum clara Romæ pollensque fuit, ex Sallust.

† An. Urb. 650.

[f] *C. Flavium*] Pusionem, qui M. Druso Tribuno plebis restitit.

‡ An. Urb. 656.

[g] *C. Norbanum*] A P. Sulpitio majestatis accusatus, quod Tribunus plebis seditionem excitasset, in qua Scaurus lapide percussus est: a M. Antonio defensus, ab Equitibus absolutus. Multa de hoc judicio habet Cicero de Orat. lib. II.

* An. Urb. 659.

testimonii fulmen[h] in M. Marcellum[i] reum injecisset, impetu gravis, exitu vanus apparuit.†

4. Age Q. Metellus Pius, L. M. Luculli, Q. Hortensius, M. Lepidus, C. Cornelii[j] majestatis rei, quam non onerarunt tantummodo testes salutem, sed etiam[7] negantes, illo incolumi stare rempublicam posse, depoposcerunt? Quæ decora[8] civitatis (pudet referre) umbone judiciali repulsa sunt.[a] ‡

5. Quid, M. Cicero forensi militia summos honores amplissimumque dignitatis locum[9] adeptus, nonne in ipsis eloquentiæ suæ castris testis abjectus est,[b] dum P. Clodium[10] Romæ apud se[k] fuisse juravit, illo sacrilegum fla-

[a] *Qui homines licet ornamenta urbis essent, repulsi sunt integritate judicum.*
[b] *Nonne in ipso foro, ubi eloquentiam suam sæpe ostentabat, testis rejectus est?*

lius.—7 Ita ex codd. restituit Pighius; et legitur quoque ita in uno Brand. et omnibus fere codd. Torren. *Majestatis rei non modo oneraverunt testes salutem, sed etiam;* vulgg. *Cn. Cornelium m. reum;* aliæ: *majestatis rei non modo testes onerarunt, sed etiam salutem negantes, &c.*—8 In aliquot codd. Torren. *Quæ dedecora.*—9 Copes. *amplissimos dignitatis gradus;* Par. 3. *gradum.* Mox Vet. Mog. Venett. Mediol. reliquæ ante Pighium, *in ipsius, &c.* contra omnes codd.—10 *Claudium* hic et infra in multis codd.—11 Ita Pigh. ex Atreb. et

NOTÆ

[h] *Testimonii fulmen*] Quod inimico animo testimonium dixerit, ideo non probatus est. Ita Cicero pro Fonteio.

[i] *M. Marcellum*] Qui Prætor in Achaia et Græcia fuerat. De Metello, Lucullis, et Hortensio jam supra diximus sæpissime.

† An. M. 3961. Ol. 171. 4. Urb. C. 660. Ant. Ch. 92.

[j] *C. Cornelii*] Qui Tribunus plebis legem tulit, ne quis nisi a populo legibus solveretur: quare duobus annis post a Cominiis fratribus reus majestatis factus est apud Q. Gallum Prætorem.

‡ An. M. 3989. Ol. 178. 4. Urb. C. 688. Ant. Ch. 64.

[k] *P. Clodium Romæ apud se*] Cum multis variisque casibus nobilitata fuerit M. Ciceronis et P. Clodii inimicitia, operæ pretium facturum me putavi, si quænam fuerit illius causa, id enim non notum omnibus, breviter explicuerim. Erat Ciceroni maxima cum P. Clodio amicitia; tum quod egregiam contra Catilinæ conjurationem navasset operam, tum quod Cicero illius sororis Clodiæ ingenio et moribus multum delectaretur: haud multo post Ciceronis Consulatum in sacris Bonæ Deæ cum veste muliebri Clodius domi Cæsaris deprehenditur; illius nomen continuo a Cæsare defertur ad Judices. Respondet Clodius se ne Romæ quidem hoc die fuisse: tum Ciceronis uxor Terentia, cum timeret vehementer, ne se repudiata Clodiam Cicero duceret uxorem, maritum hortatur, ut rem,

gitium [11] uno absentiæ argumento tuente? Siquidem judices Clodium incesti crimine, quam Ciceronem infamia perjurii liberare maluerunt.*

6. Tot elevatis testibus, unum, cujus nova ratione judicium ingressa auctoritas confirmata est, referam.[c] P. Servilius [1] consularis, censorius, triumphalis, qui majorum suorum titulis Isaurici cognomen adjecit, cum forum præteriens testes in reum dari vidisset, loco testis constitit, ac summam inter patronorum pariter et accusatorum admirationem [12] sic orsus est: 'Hunc ego, judices, qui causam dicit, cujas sit, aut quam vitam egerit, quamque merito vel injuria accusetur, ignoro: illud tantum scio, cum occurrisset mihi Laurentina via iter facienti, admodum angusto loco,[m] equo descendere noluisse. Quod an aliquid ad re-

[c] *Tot testibus, quibus non est creditum, subjungam unum, cujus testimonium in consessu Judicum prolatum insolita forma probatum est.*

Colon. et sic Ultraj. 2. *sacrilegum et flagitium* complures codd. Torren. *sacrilegium flagitium* Harl. et Ultraj. 1. *sacrilegii flagitium* unus Brand. *sacrilegium et flagitium* Aldd. Chalc. Colin. Gryph. et Steph.—12 'Ita legendum videtur. Aldus ediderat, *per summam inter patronorum par. et acc. admirat.* Nec aliter Chalc. et Herbip. Sed vocula *per* manifeste otiosa est. Et reperit sane Pighius in aliquot codd. *inter summam patronorum pariter et accusatorum admirationem*, vocula *per* omissa.' *Vorst.* 'Ut Aldus ediderat, ita video in pluribus extare codd. ut Pighius, habent tres Leidd. et Ultraj. prim. Sed Copes. Paris. tert. *per summam patronorum;* Leid. sec. *per summas.* Certe alterutra præpositio est supervacua. An scripsit? *et per summam interim patronorum pariter et accusatorum admirationem:* ut dicat, dum illi pariter factum ejus mirantur, ipsum sic orsum fuisse.' *Torren.* Mox *est* post *orsus* addidit Pighius, quod a vulgatis Edd. exulabat; sed non a Mog. et Mss. tum quidam *quis sit;* item *cujus sit;* Bit. prim. *cujusmodi sit.* Multi, *quam viam egerit.*—

NOTÆ

sicut erat, aperiat Judicibus; ille paret uxori, officiorum Clodii immemor, testaturque Clodium eo ipso die ad se venisse domum: hinc capitale in ipsum odium Clodii, Ciceronis exilium, Clodii cædes, et ingentes sub hæc in urbe coorti tumultus.

* An. M. 3995. Ol. 180. 2. Urb. C. 690. Ant. Ch. 58.

[1] *P. Servilius*] Vacia, qui Consul anno Urbis 675. Piratas superavit, validissimasque eorum urbes Corycum, Olympum, et Phaselin evertit, Isaurumque ipsam arcem Ciliciæ munitissimam, unde Isaurici cognomen reportavit.

[m] *Angusto loco*] Id genus honoris civitatis principibus deferri moris erat. Unde Seneca Ep. 70. 'Si Consulem video, aut Prætorem, omnia quibus honor haberi solet, faciam; equo desiliam, caput adaperiam, semita cedam.'

ligionem vestram[13] pertineat, ipsi æstimabitis: ego id supprimendum non putavi.' Judices reum, vix auditis ceteris[14] testibus, damnaverunt. Valuit enim apud eos, cum amplitudo viri, tum gravis neglectæ dignitatis ejus indignatio: eumque qui venerari principes nesciret, in quodlibet facinus procursurum crediderunt.†

13 Bitur. 1. *nostram*, quod Sigonius malit: Gudius delet cum Harl. sed retinendum putant Torren. et Kapp.—14 Copes. et Par. 1. 2. delent τὸ *ceteris*, quod non improbat Perizon. *vix additis ceteris* Barb. 1. Bitur. et Leid. 5. Deinde pro *damnaverunt* plerique codd. Torren. *damnarunt*.

NOTÆ

† An. M. 3991. Ol. 179. 2. Urb. C. 694. Ant. Ch. 62.

CAP. VI.

QUI QUÆ IN ALIIS VINDICARANT IPSI COMMISERUNT.

1 C. Licinius Hoplomachus.
2 C. Marius Cos. 6.
3 C. Licinius Calvus Stolo.
4 Q. Varius Hybrida.

Ne illos quidem latere patiamur, qui, quæ in aliis vindicarant, ipsi commiserunt.

1. C. Licinius[1] cognomine Hoplomachus, a prætore postulavit, ut patri suo bonis, tanquam ea dissipanti, interdiceretur. Et quidem[2] quod petierat, impetravit: sed ipse parvo post tempore, mortuo sene, amplam ab eo relictam pecuniam, latifundiaque,[3] festinanter consumsit.

1 'Ultraj. 1. 2. *C. Lucinius*. Cognomen in codd. varie corruptum est; sed ita ut ab *Hoplomachus* librariorum manus levi deflexu aberrarint, aliorum aliter.' *Torren.*—2 Omnes codd. Torren. cum Vet. et Mog. *Equidem*. Mox edd. ante Pighium, *postea tempore*.—3 Ita Pighius ex Camp. et aliis. Aldus: *ampla ab eo relicta latifundia*; Codex Coloniensis, ut Pighius testatur: *amplam ab eo relictam pecuniam*; 'Bit. prim. *ampla ab eo relicta fundia*: Harl. Leid. et Paris. unus delent *latifundia*: Ultraj. prim. *amplam ab eo relictam latifundiam*; Leid. quint. *amplam ab eo relictam pecuniam*; Cop. et Paris. quart. *amplam ab eo relictam facultatem*; Ultraj. sec. *ampla ab eo relicta prædia*,

Dignus hac vicissitudine[4] pœnæ fuit: quoniam hæreditatem absumere, quam hæredem maluit tollere.[a]

2. C. autem Marius, cum magnum et salutarem reipublicæ civem in L. Saturnino opprimendo[a] egisset, a quo in modum vexilli pileum servituti ad arma capienda ostentatum erat; L. Sylla cum exercitu in Urbem irrumpente, ad auxilium servorum pileo sublato[5][b] confugit. Itaque dum facinus, quod punierat, imitatur, alterum Marium[c] a quo affligeretur, invenit.*

3. C. vero[6] Licinius Stolo,[d] cujus beneficio plebi petendi consulatum potestas facta est, cum lege sanxisset, 'ne quis amplius quam quingenta agri jugera possideret,' ipse mille comparavit: dissimulandique[7] criminis gratia dimidiam partem filio emancipavit. Quam ob causam a M. Popilio Lænate accusatus, primus sua lege cecidit:[e] ac docuit nihil aliud præcipi debere, nisi quod prius quisque sibi imperaverit.†

[a] *Quoniam maluit bona sua ipse devorare, quam illorum hæredes aliquos relinquere.*

ut est in Mog. ceteri: *ampla ab eo relicta latifundia;* quorum fere τὰ *prædia, facultatem,* et *pecuniam* putem esse glossemata.' *Torren.*—4 Ultraj. 2. et Mog. *hac a vicissitudine.* 'Mox pro *tollere* Pighius in margine notaverat, alios habere *colere,* ipse tamen conjicit *alere;* Colerus corrigit *tolerare,* quod Vorstio mirifice placet; Barthio in mentem venit *interire.* Sed recte Perizonius ait, nihil mutandum esse.' *Kapp.*—5 Ita codd. Torren. et Pigh. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. et Ascens. *superlato* Aldd. Colin. Gryph. &c. usque ad Pighium.—6 *M. vero* Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *C. vero* Vet. Mog. Venett. et Mediol. cum codd. omnibus. Mox *quam* delent novem codd. Torren. et Mog. quod Torrenius prætulerit.—7 Multi codd. Torren.

NOTÆ

[a] *In L. Saturnino opprimendo*] Qui oppressus sit Saturninus supra diximus.

[b] *Pileo sublato*] Quod libertatis signum erat. Tres tantum servos se junxisse Mario refert Plutarchus.

[c] *Alterum Marium*] Syllam, a quo urbe pulsus est.

* An. M. 3966. Ol. 173. 1. Urb. C. 665. Ant. Ch. 87.

[d] *Licinius Stolo*] Qui Tribunus plebis cum L. Sextio legem tulit, ut alter Consulum a plebe crearetur; cumque repugnarent Patres, ipse, ne quis Magistratus Curulis fieret, impediit, rerumque per quinquennium potitus est: bis etiam postea Consul factus.

[e] *Cecidit*] Damnatus decem millibus æris.

† An. M. 693. Ol. 104. 4. Urb. C 392. Ant. Ch. 360.

4. Q. autem Varius, propter obscurum jus civitatis Hybrida[8] [f] cognominatus, tribunus plebis legem adversus intercessionem collegarum perrogavit,[9] qua jubebat quæri, 'quorum dolo malo socii ad arma ire coacti essent;' magna cum clade reipublicæ: sociale enim prius,[g] deinde civile bellum excitavit. Sed dum ante pestiferum tribunum plebis quam certum civem agit, sua lex eum domesticis laqueis constrictum absumsit.[b] ‡ [h]

[b] *Sua lege, quasi laqueis domi suæ paratis constrictus, damnatus est.*

simulandique.—8 Ita Brand. 1. 2. et edd. vett. Colerus vero legi vult *Ibrida.* —9 Ita Pighius ex Atreb. et ita quoque Brand. 1. 2. *prorogabat* in tredecim codd. Torren. et edd. vett. *prorogavit* in aliis. Mox Copes. cum septem codd. Torren. et Mog. *quæ jubebat*, probante Perizonio.

NOTÆ

[f] *Hybrida*] Hoc est semicivis; Iber enim in vetere Glossario dicitur ἡμίονος; hinc Hybridæ quæcumque promiscui generis animalia dicta, ex Plinio lib. VIII. c. 53. Quæ vox ad homines ita translata est, ut qui vel ex servo et libertino, vel ex servo et ingenuo, vel ex patre et matre diversæ nationis natus esset, vel uteretur mixto sermonis genere, Hybrida vulgo appellaretur.

[g] *Sociale enim prius*] Sociale Latinorum contra Romanos; civile Marii contra Syllam.

[h] *Constrictum absumsit*] 'Varius homo importunissimus summo cruciatu supplicioque periit, qui Drusum ferro, Metellum veneno sustulerat.' Ita Cicero de Nat. Deor. lib. III. dicit tamen in Bruto, sua lege damnatum urbe excessisse.

‡ An. M. 3964. Ol. 172. 3. Urb. C. 663. Ant. Ch. 89.

CAP. VII.

DE STUDIO ET INDUSTRIA.

ROMANORUM.

1 M. Catonis majoris.
2 M. Catonis Uticensis.
3 M. Terentii Varronis.
4 C. Livii Drusi.
5 Pauli senatoris et Pontii Lupi.
6 Crassi Muciani.
7 Q. Roscii comœdi.

EXTERNORUM.

1 Demosthenis Atheniensis.
2 Pythagoræ Samii.
3 Platonis Atheniensis.
4 Democriti Abderitæ.
5 Carneadis Cyrenæi.
6 Anaxagoræ Clazomenii.
7 Archimedis Syracusii.
8 Socratis Atheniensis.
9 Isocratis Atheniensis.
10 Chrysippi Tarsensis.
11 Cleanthis Assii.
12 Sophoclis Atheniensis.
13 Simonidis Ceii.
14 Solonis Atheniensis.
15 Themistoclis Atheniensis.
16 Cyri et Mithridatis, regum.

QUID cesso vires industriæ commemorare? cujus alacri spiritu militiæ stipendia roborantur: forensis gloria accenditur: fido sinu cuncta studia recepta nutriuntur: quicquid animo, quicquid manu, quicquid lingua admirabile est, ad cumulum laudis perducitur. Quæ cum perfectissima sit virtus, duramento sui confirmatur.[a] [1]

1. Cato sextum et octogesimum [2] annum agens, dum in republica tuenda juvenili animo perstat, ab inimicis capitali crimine accusatus, suam causam egit.[a] Neque aut memo-

[a] *Eam tamen, dum ipsa perseverat longo tempore, diuturniorem reddit.*

1 Sic edidit Torren. ex edd. vett. cum Pigh. aliique dedissent: *eam tamen d. s. confirmat*, ut in Cauch. Camp. Winck. uno Brand. et Ultraj. 1. unus atque item alter Torren. *confirmat*. Gudius conj. *ea tamen d. s. confirmatur*; Torrenius: *tamen d. s. confirmatur*, omisso *eam*.—2 Multi codd. Torren. *octuagesimum*: multi etiam, *animo præstat*: Copes. *in Reip. libertate*

NOTÆ

[a] *Suam causam egit*] De Catone Plinius lib. VII. c. 27. 'Cato primus Porciæ gentis tres summas in homine res præstitisse existimatus est; optimus Orator, optimus Imperator, optimus Senator: quæ mihi omnia etiamsi non prius attamen clarius fuisse in Scipione Æmiliano videntur. Itaque sit proprium Catonis quater et quadragies causam dixisse; nec quenquam sæpius postulatum, et semper absolutum.'

riam ejus quisquam tardiorem, aut firmitatem lateris ulla ex parte quassatam, aut os hæsitatione impeditum animadvertit. Quia omnia ista in statu suo æquali ac perpetua industria continebat.[b] Quin etiam in ipso diutissime actæ vitæ fine disertissimi oratoris Galbæ accusationi defensionem suam pro Hispania opposuit.[3] *

Idem Græcis literis erudiri[c] concupivit: quam sero, inde æstimemus, quod etiam Latinas pæne jam senex didicit. Cumque eloquentia magnam jam gloriam partam haberet, id egit, ut juris civilis quoque esset peritissimus.

2. Cujus mirifica proles,[d] propior ætati nostræ Cato, ita doctrinæ cupiditate flagravit, ut ne in curia quidem, dum senatus cogitur, temperaret sibi, quo minus libros Græcos lectitaret. Qua quidem industria ostendit, aliis tempora deesse, alios temporibus superesse.†

3. Terentius autem Varro, humanæ vitæ exemplo et spatio nominandus,[4] non annis, quibus sæculi tempus æquavit,[e] quam stylo vivacior fuit.[f] In eodem enim lec-

[b] *Terentius autem Varro quantum humana vita in studiorum labore durare potest pro exemplo afferendus; non vixit diutius, quam scribendo stylum exercuit, licet spatium sæculi æquaverit.*

tuenda j. a. perstat, &c.—3 Glarean. legi vult, *apposuit.*—4 ' Ita recte antiquiores typis expressi, et Dan. ut Colerus testatur; estque ita et in Brand. nisi quod *nominandus* hic deest. Pighius ex uno Camp. scripsit: *humunæ vitæ exemplum, ætatisque spatium;* et *nominandus*, quod a cod. illo abest, tamen retinuit. Verum quam inconcinnum illud *ætatis spatium nominandus!* Non potest Varro ætatis spatium nominari; sed nominari idem potest propter ætatis spatium. Ac pro ipso illo *propter ætatis spatium* Valerius scripsit *ætatis spatio.* Ablativo causam denotari, nihil novi.' *Vorst.* ' *exemplo et spatio* est fere in omnibus nostris: Ultraj. prim. *exemplum spatio.* Ultraj.

NOTÆ

[b] *Industria continebat*] Dicebat scriptum sibi esse commentarium, cujus præceptis et suam et suorum valetudinem tueretur; e placitis præcipua hæc erant: cibo abstinere nunquam, vesci oleribus et carne anatis, aut palumbi, aut leporis.

* An. M. 3894. Ol. 155. 1. Urb. C. 593. Ant. Ch. 159.

[c] *Græcis literis erudiri*] Idem quidem tradit Cicero in Catone; scribit tamen Plutarchus eum a literis Græcis ita aversum fuisse, ut et filium ab hoc studio avocaret, et prædicaret interdum Romanos illis infectos disciplinis amissuros Imperium.

[d] *Mirifica proles*] Cato Uticensis, non illius filius, sed pronepos.

† An. M. 3995. Ol. 180. 2. Urb. C. 694. Ant. Ch. 58.

tulo et spiritus ejus, et egregiorum operum cursus[f] extinctus est.‡

4. Consimilis perseverantiæ Livius Drusus,[5 g] qui ætatis viribus, et acie oculorum defectus, jus civile populo benignissime interpretatus est: utilissimaque discere id cupientibus monumenta composuit. Nam ut senem illum natura, cæcum[6] fortuna facere potuit, ita neutra interpellare valuit, ne non animo et videret et vigeret.*

5. Publius[7] vero senator,[h] et Pontius Lupus eques Romanus, suis temporibus celebres causarum actores, luminibus capti, eadem industria forensia stipendia executi sunt.[c] Itaque frequentius etiam audiebantur, concurrentibus aliis, quia ingenio eorum delectabantur; aliis, quia constantiam admirabantur. Namque alii eo incommodo[8]

[c] *In foro causas egerunt.*

sec. *exemplo ætatis spatio;* uterque omittunt *nominandus* cum Barb. prim. et Paris. quart. quod omissum videtur propter sequens *non annis.*' Torren.—5 A Cicerone vocatur *C. Drusus.*—6 Edd. præter Mog. ad Pighium usque, *et cæcum;* sed copulam omittunt codd. Torren.—7 Ita Torren. ex edd. vett. et nonnullis codd. Pighius dederat *Paulus* ex codice Pulmanni, quod extat etiam in Leid. 6. *P.* in quibusdam; *C.* in Mog. *T.* in Ultraj. 2. Perizon. conj. *Publilius.* Deinde *Lupus Pontius* in plerisque codd. et Mog.—8 ' Hæc lectio, quæ ad Mss. proxime accedit, a Torrenio est. In Mss. et Vet. est: *Namque alii incommodo,* vel *Namque tali incommodo,* vel *Namque incommodo isto,* vel *Namque alii eo incommodo.* Pighius ex Camp. dederat *Namque tali incommodo.* Mox in plerisque cdit. et Mss. est *voluntaria,* male.' *Kapp.*—

NOTÆ

[e] *Sæculi tempus æquavit*] Annos natus 90. mortuus est, ex Eusebio, post Actiacam victoriam: a Triumviris primum proscriptus; sed deinde, tum Fusii Caleni, apud quem delituit, tum aliorum opera servatus est. Illius imago etiam tum vivi in Bibliotheca ab Asinio Pollione posita est.

[f] *Operum cursus*] Ante annum ætatis 84. ut ipse auctor est, librorum 70. hebdomadas scripserat; et alibi: ' Vereor,' inquit, 'ne plures sint, qui quod nimium multa scripserim, reprehendant; quam, quod reliquerim quædam, accusent.' S. Augustinus Varronem tam multa legisse testatur, ut mirum sit aliquid scribere potuisse; tamque multa scripsisse, ut vix quenquam, qui legere queat, reperire sit.

‡ An. M. 3998. Ol. 181. 1. Urb. C. 697. Ant. Ch. 55.

[g] *Livius Drusus*] Pater illius qui bellum sociale excitavit.

* An. M. 3951. Ol. 169. 2. Urb. C. 650. Ant. Ch. 102.

[h] *Publius*[*Paulus*] *vero senator*] Vulgo dicitur *Publius.* At qui solo cognomine dignosci Senator ille possit, cujus ne semel quidem antea meminerit?

perculsi secessum petunt, duplicantque tenebras, fortuitis voluntarias adjicientes.

6. Jam P. Crassus,[i] cum in Asiam ad Aristonicum regem debellandum consul venisset, tanta cura Græcæ linguæ notitiam animo comprehendit, ut eam in quinque divisam[j] genera per omnes partes ac numeros penitus cognosceret. Quæ res maximum ei sociorum amorem conciliavit, qua quis eorum lingua apud tribunal illius[9] postulaverat, eadem decreta reddenti.†

7. Ne Roscius[k] quidem subtrahatur scenicæ industriæ notissimum exemplum, qui nullum unquam spectanti populo gestum, nisi quem domi meditatus fuerat, ponere ausus est. Quapropter non ludicra ars Roscium, sed Roscius ludicram artem commendavit: nec vulgi tantum favorem, verum etiam principum familiaritates amplexus est.‡ Hæc sunt attenti, et anxii, et nunquam cessantis studii præmia: propter quæ tantorum virorum laudibus non impudenter se persona histrionis inseruit.[d]

EXTERNA.

1. Græca quoque industria, quoniam nostræ multum profuit, quem meretur fructum, Latina lingua[10] recipiat.

[d] *Propter quæ meritus est Roscius histrio cum tot summis viris a nobis laudari.*

9 Ita Pighius et codd. Torren. vulgo *ejus*. Tum Par. 1. 2. *reddendo*.— 10 ' Sic revocavit Torren. ex omnibus codd. et edd. vett. Pighius aliique

NOTÆ

[i] *P. Crassus*] Mutianus, cujus mortem narravimus lib. III. c. 2. n. 12.

[j] *In quinque divisam*] In Ionicam, Doricam, Atticam, Æolicam, et Communem.

† An. M. 3923. Ol. 162. 2. Urb. C. 622. Ant. Ch. 130.

[k] *Roscius*] Comœdus, eam gloriam consecutus, ut quicumque in histrionica excelleret, is Roscius diceretur, ex Cicerone de Orat. lib. I. de quo pro Archia sic loquitur: 'Quis nostrum tam animo agresti ac duro fuit, ut Roscii morte nuper non moveretur? qui cum esset senex, mortuus; tamen propter excellentem artem et venustatem, videbatur omnino mori non debuisse.'

‡ An. M. 3986. Ol. 178. 1. Urb. C. 685. Ant. Ch. 67.

Demosthenes,[1] cujus commemorato nomine, maximæ eloquentiæ consummatio audientis animo oboritur, cum inter initia juventæ, artis, quam affectabat, primam literam dicere non posset, oris sui vitium tanto studio expugnavit, ut ea a nullo expressius efferretur.[11] Deinde propter nimiam exilitatem acerbam auditu vocem suam exercitatione continua ad maturum et gratum auribus sonum perduxit. Lateris etiam firmitate[12] defectus, quas corporis habitus vires negaverat, a labore mutuatus est. Multos enim versus uno impetu spiritus complectebatur,[13] eosque adversa loca celeri gradu scandens pronuntiabat. Ac vadosis littoribus insistens declamationes fluctuum fragoribus obluctantibus edebat, ut ad fremitus concitatarum concionum patientia duratis auribus in actionibus[14] uteretur.[e] Fertur quoque ore[15] insertis calculis multum ac diu loqui solitus, quo vacuum promtius esset et solutius. Præliatus est cum rerum natura:[16] et quidem victor abiit, malignitatem ejus pertinacissimo animi robore superando. Itaque alterum Demosthenem mater, alterum industria enixa est.*

2. Atque ut ad vetustiorem industriæ actum transgrediar, Pythagoras perfectissimum opus sapientiæ[m] a juven-

[e] *Ut hac exercitatione aures suas assuefaceret ad clamores plebis concitatæ in concionibus.*

Latinæ linguæ.—11 Multi codd. *referretur,* ut vulgo ante Pighium; panculi, *proferretur.*—12 Aliquot Torren. codd. *Lateris infirmitate.*—13 Complures codd. Torren. Brand. 1. 2. et Herbip. *complebat.*—14 Ita Aldd. Chalc. et Brand. 1. 2. at Pighius τὸ *in actionibus* expunxit auctoritate cod. Winck. quocum facit Vet. *duratis actionibus uteretur* Ultraj. 2. Barb. 1. et Mog. *d. auribus uteretur in actionibus* reliqui codd. Torren. præter Leid. 6. qui habet, *durantibus:* Par. 3. *auribus actionibus.*—15 Perizon. conj. *ori.* Mox pro *solutias* Pighius legit *resolutias,* contra codd.—16 Sic emendavit Torren. secundum codd. et edd. omnes: Pighius vero dederat: *contra rerum naturam.*—

NOTÆ

[1] *Demosthenes*] Cellam ædificavit subterraneam, quo se quotidie conferret ad efformandam, tum vocem, tum actionem; ac ne hinc, etiamsi cuperet maxime, egredi posset, capitis partem alteram rasisse, et duos tresve continuos ibi mansisse menses dicitur.

* An. M. 3964. Ol. 105. 1. Urb. C. 393. Ant. Ch. 359.

[m] *Opus sapientiæ*] Sicut Thales Philosophiæ illius, quæ Ionica dicta est; ita Pythagoras Italicæ princeps et auctor extitit. De illo antea.

ta pariter[17] et omnis honestatis percipiendæ cupiditatem ingressus (nihil enim quod ad ultimum sui finem perventurum est, non et mature[18] et celeriter incipit[f]) Ægyptum petiit: ubi literis gentis ejus assuefactus, præteriti ævi sacerdotum commentarios scrutatus, innumerabilium sæculorum[n] observationes cognovit. Inde ad Persas profectus, magorum[o] exactissimæ prudentiæ se formandum tradidit;[19] a quibus siderum motus cursusque stellarum, et uniuscujusque[20] vim, proprietatem, et effectum benignissime demonstratum docili animo hausit. Cretam deinde, et Lacedæmona[21] navigavit: quarum legibus ac moribus inspectis, ad Olympicum certamen[p] descendit. Cumque

f Omne enim, quod ad summam perfectionem pervenire debet, et mature, et celeriter fieri incipit.

17 Harl. *acumenta pariter;* Leid. 6. *argumenta pariter.* Pighius eumque secuti *et* contra omnes libros tacite omiserunt. Mox Harl. *cupiditate.*—18 Mog. *enim ad u. s. perventurum est finem, quod non et mature;* cum quo consentit Ultraj. sec. nisi quod ille habet *incepit* cum Harl. et tribus Leidd. Ascensio, Aldo, ceterisque secutis usque ad Pighium. Deinde duo Paris. *ibi literis:* unus, *et ibi.*—19 Leid. quint. *se ita formandum tradidit;* quod videtur corruptum ex eo, quod est in Bit. prim. *se informandum tradidit.*—20 Ita omnes codd. Torren. et Pigh. *uniuscujusque rei* edd. vett. Mox pro *hausit,* quod et Pighius ex Cauch. et Colon. restituit, habentque codd. Gudiani, *sumpsit* Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *scripsit* unus Brand. Ultraj. 2. Leidd. 1. 2. 6. Chalc. Herbip. Mog. et Mediol. *sorpsit* Ultraj. 1. Leid. 5. et alter Brand. *serpsit* in quibusdam aliis.—21 Complures codd. Torren. et Mog.

NOTÆ

[n] *Innumerabilium sæculorum*] A primo Rege ad Sethon progenies 341. totidemque Pontifices ac Reges numerabant, quod decem annorum millia conficit, et ab Hercule Ægyptio ad Regem Amasim annorum 17. millia. Ita quidem Herodotus, qui testatur alibi eos decem annorum myriadas numerasse. Ex Cicerone de Divinat. lib. I. 'Quadringinta septuaginta millia annorum, ut ipsi dicunt, monumentis comprehensa continent.'

[o] *Magorum*] Qui Astrologiæ his temporibus habebantur peritissimi: Babylonem ad Chaldæos venisse tradit Justinus; inde profectus in Cretam, ut Minois, tum Lacedæmona, ut Lycurgi leges cognosceret.

[p] *Ad Olympicum certamen*] Cum frequens sit apud auctores Olympiadum mentio, et nos earum numerum ad marginem ascribamus, operæ pretium est, a quo, quando, ubi institutæ sint, quæque ad earum cognitionem pertineant, explicare paucis; totum vero hunc locum ex nostris ad Justinum notis ad verbum describimus. 1. Ludi Olympici, teste Pausania, ab Hercule uno ex Idæis Dactylis instituti: tum a Pelope; deinde ab Hercule posteriore: demum ab Iphito Eliensi, uno ex posteris Herculis, si Eusebio credimus, restaurati

multiplicis scientiæ maxima totius Græciæ admiratione specimen[22] exhibuisset, 'quo cognomine censeretur,' interrogatus, 'non se σοφὸν (jam enim illud septem excellentes viri[q] occupaverant) sed φιλόσοφον esse' respondit.[23] In

Lacedæmoniam.—22 Ita Pighius ex codd. et habet quoque ita unus Brand. nisi quod post *maxima* adjectum est *inter omnes.* Alter habet, ut Aldus edidit, *maximam totius G. admirationem et specimen.* Bit. prim. Leid. prim. et quint. *maximam inter omnes totius G. admirationem ac specimen;* Par. 3. 4. et Barb. 1. *maximam G. admirationem ac specimen;* Ultraj. 1. *cum maxima inter omnes G. a. specimen, &c.* Ultraj. 2. *cum m. t. G. a. se specimen, &c.* Mog. *cumque multiplicis scientiæ cum m. Græciæ admiratione se specimen, &c.* quod valde placet Torrenio.—23 Ita Pighius e duobus codd. Aldus vero ediderat: *non se sapientem, (jam ...) sed amatorem sapientiæ, id est Græce φιλόσοφον edidit;* Colerus malit ut in Dan. *non se sapientem, sed amatorem sapientiæ dixit;* Copes. *non se σοφὸν, sed φιλόσοφον esse respondit,* probante Perizon. Ut Aldus ediderat, exhibuerunt etiam Mog. et Mediol. nisi quod *excellentes viri* præferunt, non *sapientes;* quod est ex Venetis et duobus Mss. Paris. cum reliqui fere *excellentes* retineant, quemadmodum etiam annotatiuncnlas illas, quas Pighius vocavit et expunxit, septem ex iis conservant. Ultraj. prim. addit etiam *nomen,* hoc modo. *Non se sapientem, jam enim illud septem excellentes viri nomen occupaverant, sed amatorem sapientiæ, id est, Græce Philosophon dixit. edidit,* quod Perizonio placebat, est in Ultraj. sec. Barb. primo. Ledd. sec. sext. et Edd. ante Pighium. Leid.

NOTÆ

sunt. 2. Iphitus eos ludos restituit post annos a prima institutione 424. ut ait Clemens Alex. vel, ut Beda, 430. vel, ut Eusebius, 340. anno mundi 3170. 3. Non tamen ab Iphito apud Græcos per Olympiadas anni numerari cœperunt, sed a decima tertia Olympiade, ut vult Callimachus apud Eusebium; vel a vigesima septima, ut testantur Aristodemus et Polybius, quod verius putem: qua Olympiade vicit in agone gymnico Chorœbus Eliensis, anno mundi 3278. a Mose 815. ex S. Cyrillo; excisæ Trojæ 408. ex Dionysio; ante Christum 774. ante Romam conditam 27. quo anno cœperunt et præmia proponi, et nomina victorum inscribi in tabulis et columnis, quales erant eæ, quibus Athenis et leges, et Deorum festa proponebantur. 4. A Luna, quæ Olympias a Græcis dicebatur, Olympiadis nomen ductum esse tradit Africanus apud Georgium Monachum; sed a loco ipso nomen ludicris illis inditum probabilius dixerim: videlicet ab Olympia urbe, propter quam in agro Pisano, non procul ab Elide, ad Alpheum fluvium, propter lucum oleastro vestitum, quinto quoque anno ineunte sub æstivum solstitium illi ludi celebrari solebant, in honorem Jovis Olympici. 5. Præcipuum et antiquissimum certamen cursus fuit: post cestus, saltus, discus, et palæstra addita sunt; ita ut hi ludi pentathlo constarent. 6. Moris erat victores oleagina corona donari, et quasi triumphantes quadrigis per urbes invehi, constitutisque in perpetuum frui vectigalibus. Sed hæc hactenus.

q *Septem excellentes viri*] Thales, Solon, Chilon, Pittacus, Bias, Cleobulus, et Periander. De quibus supra.

Italiæ etiam partem,[r] quæ tunc major Græcia appellabatur, perrexit; in qua plurimis et opulentissimis urbibus effectus suorum studiorum approbavit. Cujus ardentem rogum[s] plenis venerationis oculis[24] Metapontus[t] aspexit: oppidum Pythagoræ, quam suorum cinerum, nobilius clariusve monumento.[g] †

3. Plato autem patriam Athenas, præceptorem Socratem[25] [u] sortitus, et locum et hominem doctrinæ fertilissimum; ingenii quoque divina instructus abundantia; cum omnium jam mortalium sapientissimus haberetur, eo quidem usque, ut si ipse Jupiter cœlo descendisset, nec elegantiore, nec beatiore facundia usurus videretur: Ægyptum peragravit, dum[26] a sacerdotibus ejus gentis Geometriæ[v] multiplices numeros, atque cœlestium observationum

[g] *Oppidum illustrius sepulcro Pythagoræ, quam ex eo quod in cineres redactum sit.*

quint. *dixit* cum Ultraj. primo.—24 Ita Pighius ex Sus. et sic legit etiam Ascensius. Reliqui *plenum* retinent cum undecim Mss. Pro *operum* Mog. et Med. cum Ven. et codd. plerisque *opidum:* codd. etiam, *monumentum:* pro *cinerum*, uterque Paris. Barb. prim. et Copes. *civium;* quomodo legendum videbatur Guyeto; Barb. sec. *cinerum*, et pro v. l. *civium.* —25 Pauculi codd. Torren. *et p. Socratem:* Leid. 2. *A. præceptore Socratem.* Idem delet *quoque*, et pro *abundantia* legit *sapientia.*—26 Plerique ante Pigh. edd. *ubi* pro *dum;* Lips. Thanneri *dum autem;* unde Kapp. legit: *Dum*

NOTÆ

[r] *In Italiæ etiam partem*] Crotona venit, ex Justino, ubi scripsit leges, civesque ad modestiam et justitiam revocavit; et post annos viginti secessit Metapontum.

[s] *Ardentem rogum*] Multas de illius morte opiniones refert Laërtius; quarum quæ verior sit, obscurum est: vel in delubro Musarum, cum 40. dies inimicorum metu ibi perstitisset, ut auctor est Dicæarchus; vel Metaponti, cum vivere diutius nollet, ut placet Heraclidi, inedia periit: vel a Syracusanis, contra quos Agrigentis auxilio venerat, ex Hermippo; vel, ex aliis, ab inimicis, dum Crotoniatas fugit, occisus est.

[t] *Metapontus*] Urbs Lucaniæ in ora sinus Tarentini. Hodie *Torre di mare.*

† An. M. 3514. Ol. 60. 1. Urb. C. 213. Ant. Ch. 539.

[u] *Præceptorem Socratem*] Annum agens vigesimum audivit Socratem, illoque mortuo Cratylum et Hermogenem: tum ad Euclidem Megaram se contulit; hinc Cyrenen ad Theodorum Mathematicum; post in Ægyptum ad Sacerdotes; inde in Italiam ad Pythagoræos: Athenas denique reversus docuit in Academia.

[v] *Geometriæ*] Quæ in Ægypto floruit; quod, cum tota hæc regio singulis annis a Nilo mergeretur, ad dignoscendos agrorum fines maxime necessaria visa est.

rationem[27] percipit. Quoque tempore a studiosis juvenibus[28] certatim Athenæ Platonem doctorem quærentibus petebantur, ipse Nili fluminis[w] inexplicabiles ripas, vastissimosque campos, effusam barbariem,[29] et flexuosos fossarum[x] ambitus, Ægyptiorum senum discipulus lustrabat. Quo minus miror eum[30] in Italiam transgressum, ut ab Archyta[y] Tarenti, a Timæo[z] et Arione et Echecrate[31] Locris,[a] Pythagoræ præcepta et instituta acciperet. Tanta enim vis, tanta copia literarum undique colligenda erat, ut invicem per[32] totum terrarum orbem dispergi et dilatari posset. Altero etiam et octogesimo anno decedens, sub capite Sophronis mimos[33] [b] habuisse fertur:[h] sic ne extrema quidem ejus hora agitatione studii vacua fuit.‡

[h] *Ipse enim moriens anno octogesimo secundo ætatis dicitur habuisse sub capite versus a Sophrone compositos.*

autem ... percipit; quoque tempore ... petebantur: ipse, &c.—27 Ita rectius editum a Colero, quam Aldus et hunc secutus Pighius edidere, *observationem rationum.* Herbip. edidit *observationum rationes.* Brand. unus Aldinæ, alter Herbip. consonat. Copes. *Geometriæ multiplices numeros cœlestium observatione rationum percipit;* et sic Harl. uterque Paris. Bit. et Barb. primi. *observationum rationes* Ultraj. 2. et Mog. sed Ultraj. 1. *observationem rationum* cum vulgatis: reliqui videntur confirmare *observationum rationem.*—28 Leid. 5. omittit *juvenibus.*—29 'Gronovius annotat: 'locus vitiatus;' et ipse conj. forte, *effusorum marium,* vel *effusam arenam.*' Perizon.—30 Pronomen *eum* abest a novem codd. et edd. vett. præter Mog.—31 Ita multi codd. Torren. itaque legendum putant Canterus, Lipsius, et Perizon. Aldus, Pighius, et eos secuti, *Cæto:* unus Brand. et Bitur. 1. *Ethecrate;* Ultraj. 1. *Etheocrate;* Ultraj. 2. *et ceteris;* Copes. *eteris;* alii *et cete.*—32 Copes. *ut in lucem per, &c.* —33 'Antiquiores typis expressi, *Sophronis numeros;* sed Pighius ex Mss.

NOTÆ

[w] *Nili fluminis*] Nilus Africæ fluvius maximus, cujus fontes veteribus ignoti, superiori demum sæculo reperti sunt; oritur ex montibus Lunæ, unde in lacum Zambre illapsus Æthiopiam et Ægyptum duas in partes dividit, et propter Memphim multos in alveos diffluens, septem maxime ostiis mari Mediterraneo miscetur: ostiorum extrema sunt Canopicum ad Occidentem, et Pelusiacum ad Orientem. De Nili miraculis Cicero poëma fecerat, quem Nilum inscripsit, teste Capitolino, in Gordianis.

[x] *Flexuosos fossarum*] Constat enim Ægyptum fossarum plenam, quæ aquas exciperent: quod ex Justino intelligere licet.

[y] *Ab Archyta*] Tarentino: et suæ civitatis et Pythagoræorum tum facile princeps erat.

[z] *A Timæo*] Qui, teste Suida, Pythagoræ vitam jam scripserat, et cujus nomine ipse postea Plato librum inscripsit.

[a] *Echecrate* [*Cæto*] *Locris*] Cæti Pythagoræi nusquam fit mentio; sed Echecratis, cujus etiam meminit Ci-

4. At Democritus,[c] cum divitiis censeri posset,[i] quæ tantæ fuerunt, ut pater ejus Xerxis exercitui epulum dare ex facili[34] potuerit, quo magis vacuo animo studiis literarum esset operatus,[35] parva admodum summa retenta, patrimonium suum patriæ donavit. Athenis autem compluribus[36] annis moratus, omnia temporum momenta ad percipiendam et exercendam doctrinam conferens, ignotus illi urbi vixit: quod ipse in quodam volumine testatur.* Stupet mens admiratione tantæ industriæ, et jam transit alio.

5. Carneades[d] laboriosus et diuturnus sapientiæ miles: siquidem[37] nonaginta expletis annis, idem illi vivendi ac philosophandi finis fuit. Ita se mirificum[38] doctrinæ operibus addixerat, ut, cum cibi capiendi causa recubuisset, cogitationibus inhærens, manum ad mensam porrigere ob-

[i] *At Democritus, qui ob ingentes divitias plurimi fieri poterat.*

scripsit *mimos;* præsertim quod et ex Laërtii vita Platonis constet, Sophronem fuisse mimographum. Unus quoque Brand. manifeste *mimos* habet.' *Vorst.* 'Mimos diserte Ultraj. sec. Barb. prim. Paris. quart. et duo Leid. sed Ultraj. prim. *minos;* nonnulli *nuos;* Paris. tert. *numeros.* In ipso nomine *Sophronis* nonnihil variant Mss. Recte vero omnino *Sophronis mimos.*' Torren. —34 Ita codd. vulgo, *dare facile.* Cf. Wass. ad Sall. B. C. 27.—35 Perizon. conj. *operaturus,* probante Torrenio; sed codd. non variant. Mox Mog. cum quibusdam codd. Torren. *retenta summa.*—36 Aliquot codd. ejusdem, *quampluribus;* et paulo post: *quod ipse quodam, &c.*—37 Par. 4. delet *siquidem.*—38 Harl. Leidd. 1. 5. Ultraj. 1. et Vet. *mirifice.*—39 Codd. retinent *eum;*

NOTÆ

cero de Finibus lib. v. quare in libro veteri non *Cæti* sed *Ethecrati* legatur; hic *Echecratis* legendum puto.

[b] *Sophronis mimos*] Non *numeros.* Sophron enim Mimographus fuit, ex Laërtio.

‡ An. M. 3686. Ol. 103. 1. Urb. C. 385. Ant. Ch. 367.

[c] *Democritus*] Abderites. Postquam Athenis multos annos studuit, reversus in patriam, ex hortulo sibi selegit cellulam; cumque si quid audiret accidisse novi, in risum solveretur, illum insanire Abderitæ crediderunt: at vocatus ad eum curandum Hippocrates, Abderitas magis quam Democritum insanire judicavit. Atomis omnia constare docuit. Tradunt Cicero et Gellius Democritum se obcæcasse ad rimanda secreta naturæ.

* An. M. 3590. Ol. 79. 1. Urb. C. 289. Ant. Ch. 463.

[d] *Carneades*] Cyrenæus, novæ Academiæ princeps, Chrysippi maxime studiosus. Legatus Romam missus est cum Diogene Stoico. In Senatu M. Cato dixisse fertur, ab eo cavendum esse, qui eloquentia quæcumque vellet impetrare posset.

livisceretur. Sed eum[39] Melissa, quam uxoris loco habebat, temperato inter studia non interpellandi, sed inediæ succurrendi, officio, dexteram suam necessariis usibus aptabat. Ergo animo tantummodo vita fruebatur; corpore vero quasi alieno et supervacuo circumdatus erat. Idem cum Chrysippo[e] disputaturus, helleboro[f] se ante purgabat, ad exprimendum ingenium suum attentius, et illius refellendum acrius:[j] quas potiones industria solidæ laudis cupidis efficit[40] appetendas.†

6. Quali porro studio Anaxagoram[g] flagrasse credimus? qui cum e diutina peregrinatione[41] patriam repetisset, possessionesque desertas vidisset, 'Non essem,' inquit, 'ego[42] salvus, nisi istæ periissent.' Vocem[43] petitæ sapientiæ compotem.[k] Nam, si prædiorum potius, quam ingenii culturæ vacasset, dominus rei familiaris intra penates mansisset, non tantus[44] Anaxagoras ad eos rediisset.‡

[j] *Ut mentem suam attentiorem redderet, et rationes Chrysippi facilius refutaret.*
[k] *Vocem sapientiæ ab eo acquisitæ plenam.*

Bitur. Barb. et Leidd. 1. 6. paulo post, *dextera sua;* unde Torren. conj. *eam*, sc. manum Carneadis: Kappius vero, *Sed enim.* Deinde edd. ante Pigh. *inter studia animo;* Perizon. malit *officia*, ut *temperato* absolute sit dictum. Mog. *suis necessariis usibus.*—40 Ante Pigh. legebatur *effecit*, quod est in quinque codd. Torren. in nonnullis *laudis efficit.*—41 Quidam codd. *post divinam peregrinationem*, ex interpretamento; reliqui cum Mog. delent præpositionem *e.*—42 Par. 3. et Copes. delent *ego;* et sic Ultraj. 1. qui pro *istæ* habet *ista.* Omnes fere *perissent*, ut nonnulli in fine *redissent.*—43 *O vocem* quatuor codd. Torren.—44 Vulgo, *nec tantus;* sed Perizon. lect. nostram dedit e Copes. 'Rescripsi quod probabat Cl. Perizonius, et clanculum contra Mss. nostrorum et olim typis expressorum auctoritatem mutarat Pighius. Ultraj. prim. *ad nos redisset.* Ceterum Barnesius, citans hunc locum, exhibet, *Nam si prædiorum potius, &c.* et in margine notat, se ita legere, non *præsidiorum*, quod male hactenus obtinuit. Ut Britannicas quasdam edi-

NOTÆ

[e] *Chrysippo*] Non cum Chrysippo, sed cum Zenone disputasse Carneadem perhibet Plinius et Laërtius. Chrysippus Asianus Philosophus fuit, patria Tarsensis, Cleanthi in Schola Stoicorum successor.

[f] *Helleboro*] Non helleborum, sed acetum adhibuisse docet Varro: id tamen ab aliis Pythagoræ, ab aliis Chrysippo tribuitur. Hellebori duæ sunt species, candidi et nigri, ex Plinio lib. xxv. c. 13. candidum præstantissimum, quod in Anticyra nascitur.

† An. M. 3870. Ol. 149. 1. Urb. C. 569. Ant. Ch. 183.

[g] *Anaxagoram*] Clazomenium Philosophum, cujus jam meminimus.

7. Archimedis[h] quoque fructuosam industriam fuisse dicerem, nisi eadem illi et dedisset vitam, et abstulisset. Captis enim Syracusis, Marcellus machinationibus ejus multum ac diu victoriam suam inhibitam senserat. Eximia tamen hominis prudentia delectatus, ut capiti illius parceretur, edixit; pæne tantum gloriæ in Archimede servato, quantum[45] in oppressis Syracusis, reponens. At is, dum animo et oculis in terram[46] defixis formas describit, militi, qui prædandi gratia domum irruperat, strictoque super caput gladio, 'quisnam esset,' interrogabat, propter nimiam cupiditatem investigandi quod requirebat, nomen suum indicare non potuit; sed protracto manibus pulvere, Noli,' inquit, 'obsecro,[i] istum disturbare:'[47] ac perinde quasi

tiones hoc videatur invasisse; nam quas ego vidi *prædiorum* exhibent. Vide eum in vita Euripidis p. XI. n. 13.' *Torren.*—45 Pro *quantum* Copes. scribit *quam.* Forte librarius scripserat *quātū.* Mox quatuor codd. Torren. *S. hostis reponens;* Vet. *S. his reponens.*—46 Octo codd. cum Mog. *in terra.*—47 'Aldus ediderat: *istum circulum disturbare.* Sed Pighius *circulum* expunxit, quod in codd. id non apparet. Abest quoque ab uno Brand. Referendum autem *istum* ad pulverem de quo prædixit: in quo, ut Livius et Plutarchus scribunt, formas metricas, non speciatim circulos, traxit.' *Vorst.* 'Ms. habet *prostracto* id est *prostrato,* pro simplici enim *t* sæpissime scriptum erat *ct.* Sed vulgatam prætero, nisi malis, *monstrato manibus pulvere,* et sic melius intelligitur, quod absolute sequitur *istum,* nempe, *pulverem.* Ex. 8. 'Et quantula Socrati accessio ista futura scientiæ erat?' Malim ut in Ms. *Socratis, et quantula accessio scientiæ Socratis erat futura ista ars?* paulo post Ms. habet *ad addiscendum.*' Perizon. '*Protracto* tuentur Mss. e quibus septem servant *istum circulum:* Harl. *istud;* ut paulo ante *ista perissent,* non habita ratione nominis præcedentis. Klokkius legebat: *sed protractis a pulvere*

NOTÆ

‡ An. M. 3587. Ol. 78. 2. Urb. C. 286. Ant. Ch. 466.

[h] *Archimedis*] Civis Syracusanus, qui lapidibus, telis, missilibus Romanos sæpe ab urbe repulit; ita ut Marcellus interdum diceret: 'Næ ille fabulosos centimanos superat, qui tantam vim uno tempore telorum ingessit.' Tantusque timor Romanos incesserat, ut si vel funiculum, vel exiguum lignum ex muro conspexissent, continuo Archimedem inclamantes aufugerent.

[i] *Noli, inquit, obsecro*] Duplex potissimum apud Plutarchum de Archimedis cæde sententia; quarum altera vult ipsum a milite domi confossum, dum ducit lineas, illumque orat obnixe, ut sustineat paulisper, ne quod quærebat relinqueret imperfectum; altera vero, illum quidem militi, ut quamprimum ad Marcellum pergeret, imperanti paruisse: sed cum horologia, sphæras, aliaque id genus sub veste deferret, a militibus qui aurum ab eo occultari putabant, trucidatum esse.

negligens imperii victoris, obtruncatus, sanguine suo artis suæ lineamenta confudit. Quo accidit, ut propter idem studium modo donaretur vita, modo spoliaretur.*

8. Socratem etiam constat ætate provectum fidibus tractandis[j] operam dare cœpisse: satius judicantem ejus artis usum sero, quam nunquam percipere. Et quantula Socrati[48] accessio ista futura scientiæ erat? sed pertinax hominis industria tantis doctrinæ suæ divitiis etiam Musicæ rationis vilissimum[49] elementum accedere voluit. Ergo dum ad discendum semper se[50] pauperem credidit, ad docendum fecit se locupletissimum.†

9. Atque ut longæ et felicis industriæ quasi in unum acervum exempla redigamus, Isocrates nobilissimum librum, qui inscribitur *Παναθηναϊκὸς*,[51 k] quartum et nonagesimum annum agens, ita ut ipse significat, composuit, opus ardentis spiritus plenum. Ex quo apparet, senescentibus membris eruditorum, intus animos industriæ beneficio florem juventæ retinere. Neque hoc stylo terminos vitæ suæ clausit: namque admirationis ejus fructum quinquennio percepit.‡

10. Citerioris[52] ætatis metas, sed non parvi tamen

manibus. Deinde Bit. prim. *negligens imperium.* Quatuor delent *suæ.*' Torren. Vet. *gladio obtruncatus.*—48 ' Perizonius nota proxima e Copes. emendabat *Socratis,* quod invenio in octo aliis. Sed nihilo deterius est, quod extat in Ultraj. sec. et Mog. *Sed quantula Socrati accessio illa futura scientia erat?* nonnulli, *cum illa futura scientia erat:* an pro *tum?* nempe *sera jam ætate.*' Idem.—49 Ita Vet. Mog. Venett. Mediol. Oliver. Coler. et Aldd. ut et in Dan. Brand. 1. 2. et multis codd. Torren. *utilissimum* Pighius et alii.—50 Codd. quinque Torren. delent *se;* quinque alii omittunt ante *locupletissimum.*—51 Græcum Παναθηναϊκὸς in codd. partim deerat, loco vacuo relicto, ut in Mog. partim in marg. scriptum erat. Mox *ita* expunxerat Pighius, reposuit Torrenius.—52 Ita Brand. 1. 2. et codd. Torren. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. Ascens. Aldd. &c. et revocavit Vorstius: *Citeriores* Pigh. Coler. et Thys.—

NOTÆ

* An. M. 3840. Ol. 141. 3. Urb. C. 539. Ant. Ch. 213.

j *Fidibus tractandis*] Ut sciret canere fidibus. In convivio invitatus, ut caneret, fidibus se nescire respondit: quod a nonnullis risu exceptum, ad Musicam perdiscendam illum impulit.

† An. M. 3650. Ol. 94. 1. Urb. C. 349. Ant. Ch. 403.

k Παναθηναϊκὸς] Græciæ totius, et præcipue Atheniensium res præclare gestas continet. De Isocrate supra.

‡ An. M. 3711. Ol. 109. 2. Urb. C. 410. Ant. Ch. 342.

spatii, Chrysippi vivacitas flexit:[l] nam octogesimo anno cœptum, undequadragesimum λογικῶν exactissimæ subtilitatis volumen reliquit.[53] Cujus studium in tradendis ingenii sui monumentis tantum operæ laborisque sustinuit,[m] ut ad ea, quæ scripsit,[1] penitus cognoscenda longa vita sit opus.*

11. Te quoque, Cleanthe,[m] tam laboriose haurientem, et tam pertinaciter tradentem sapientiam, numen ipsius industriæ suspexit, cum adolescentem quæstu extrahendæ aquæ[n] nocturno tempore inopiam tuam sustentantem, diurno Chrysippi præceptis percipiendis vacantem, eundemque ad undecentesimum[54] annum attenta cura erudientem auditores tuos, videret. Duplici enim labore unius sæculi spatium occupasti, incertum reddendo, discipulusne an præceptor esses laudabilior.†

[l] *Licet vita Chrysippi brevior fuerit, quam Isocratis, diuturno tamen tempore vixit.*

[m] *Qui tanto studio, tantoque labore incubuit libris scribendis, quæ ipsius ingenii monumenta futura erant.*

53 'Quod Aldus edidit sic: *cœptum ante quadragesimum* λογικῶν *volumen reliquit*, τὸ *quadragesimum* non ad numerum libri, sed ad annum ætatis Chrysippi pertinet. Quod quidem et concinnius videtur. Sed pro *ante quadragesimum* tamen legendum puto non *undequadragesimum*, ut Pighius volebat, sed *undequadragesimo*. Et ad hunc modum in uno Brand. manifeste scriptum: *cœptum quadragesimo*, λογικῶν *volumen reliquit*.' Vorst. *cœptum unde quadragesimum* λογικῶν *exactissimæ subtilitatis reliquit* in Copes. et Par. 3. *ante quadragesimo* Harl. Bitur. 1. et Leid. 2. *antequadragesimum* Leidd. 5. 6. *unde quadragesimo* Leidd. 3. 7. Ultraj. 1. 2. et Mog.—54 Harl. *abunde centesimum;* Barb. 1. *ad*

NOTÆ

[1] *Ad ea, quæ scripsit*] Septingenta volumina edidit; magna testimoniorum copia uti solebat, ita ut in opusculis Medeam Euripidis integram insereret: unde non illepide de illo Apollodorus: 'Si quis tollat de Chrysippi libris quæ aliena sunt, charta illi vacua relinquetur.' In Dialectica tamen præcelluit.

* An. M. 3841. Ol. 141. 4. Urb. C. 540. Ant. Ch. 212.

[m] *Cleanthe*] Primum pugil, tum Zenonis discipulus, et Chrysippi præceptor, non auditor, ut vult Valerius.

[n] *Extrahendæ aquæ*] Accusatus, quod nimio plus robustus esset, hortulano, apud quem id muneris præstabat, teste usus est, vitæque illius rationem admirati Areopagitæ, decem minas illi dari jusserunt: ne vero eas acciperet, vetuit Zeno. Quæ a Præceptore audierat, ossibus boum et testis fictilibus perscripsisse dicitur, cum pecunia unde emeret chartas, non suppeteret.

† An. M. 3780. Ol. 126. 3. Urb. C. 47. Ant. Ch. 273.

12. Sophocles quoque gloriosum cum rerum natura certamen habuit; tam benigne mirifica illi opera[55] sua exhibendo, quam illa operibus ejus tempora liberaliter subministrando.[n] Prope enim centesimum annum attigit, sub ipsum transitum ad mortem Œdipode Coloneo[56] [o] scripto. Qua sola fabula omnium ejusdem studii poëtarum præripere gloriam potuit. Idque ignotum[57] esse posteris filius Sophoclis Iophon noluit, sepulcro patris, quæ retuli, insculpendo.‡

13. Simonides[p] vero poëta 'octogesimo anno et docuisse se[58] carmina, et in eorum certamen descendisse' ipse gloriatur; nec fuit iniquum, illum voluptatem ex ingenio suo diu percipere, cum eam omni ævo fruendam traditurus esset.*

14. Jam Solon[59] quanta industria flagraverit, et versibus complexus est,[q] quibus significat se quotidie aliquid addiscentem senescere, et supremo vitæ die[60] confirmavit: qui

[n] *Sophocles videtur illustre certamen habuisse cum ipsa rerum natura; quod et ille admirabilia opera sua magna cum facilitate protulerit, et ipsa natura ad illa opera scribenda longæ vitæ tempus ei liberaliter concesserit.*

unum centesimum; Leid. 6. *ad quartum et centesimum.*—55 Ita restituit Vorstius ex edd. vett. probante Perizonio: et sic Leid. 4. Aldus ediderat *opera illa,* eumque Pigh. aliique secuti; *illa opera* Mog. *ille mirifica opera* Venett. *illa mirifica opera* quatuor codd. Torren.—56 *Coloneo* in quibusdam codd. deest; in aliis videtur Græce scriptum fuisse.—57 *Id quod ignotum* conj. Perizon. Mox pro *S. Jophon noluit,* ut ex Suida restituit Pighius, *S. noluit Sophon* habent codd. et edd. vett.—58 Copes. Ultraj. 2. Par. 3. et Mog. delent *se.*—59 Ita Pigh. itaque nonnulli codd. Torren. *Nam Solon* ceteri codd. cum edd. vett.—60 Barb. 1. *summo die vitæ.*—61 Edd. vett. præferunt,

NOTÆ

[o] *Œdipode Coloneo*] Cum propter studium rem familiarem negligere videretur, a filiis in judicium vocatus, ut illum, quasi desipientem, a re familiari removerent Judices: tunc senex dicitur eam fabulam, quam habebat in manibus, et proxime scripserat, recitasse Judicibus, quæsiisseque, num carmen illud desipientis esse videretur? quo recitato, sententiis Judicum est liberatus. Ita Cicero in Catone.

‡ An. M. 3647. Ol. 93. 2. Urb. C. 346. Ant. Ch. 406.

[p] *Simonides*] Poëta Lyricus, de quo lib. I. c. 8. n. 7.

* An. M. 3502. Ol. 57. 1. Urb. C. 201. Ant. Ch. 551.

[q] *Versibus complexus est*] Poëma etiam de rebus Atheniensium inceperat: quod si absolvisset, non minor Homero, aut Hesiodo futurus, inquit Plato.

assidentibus[61] amicis et quadam de re sermonem inter se conferentibus, fatis jam pressum caput erexit;[62] interrogatusque 'quapropter id fecisset,' respondit: 'Ut cum istud, quicquid est, de quo[63] disputatis, percepero, moriar.'[r] Migrasset profecto ex hominibus inertia,[o] si eo animo vitam ingrederentur,[64] quo eam Solon egressus est.†

15. Quam porro industrius[65] Themistocles, qui maximarum rerum cura districtus, omnium tamen civium suorum nomina[s] memoria comprehendit, per summamque[66] iniquitatem patria pulsus, et ad Xerxem, quem paulo ante devicerat, confugere coactus, prius quam in conspectum[67] ejus veniret, Persico sermone se assuefecit: ut labore[68] parta commendatione regiis auribus familiarem et assuetum sonum vocis adhiberet.

[o] *Nulla profecto inter homines jamdiu esset ignavia.*

quod assidentibus; et sic uterque Ultraj. et Leid. quint. et sext. sed Harl. et Paris. tert. *qui assistentibus;* Paris. quart. Bit. Barb. prim. *qui assidentibus;* Leid. prim. *quia assidentibus;* reliqui *quum assidentibus,* ut ediderat Pighius. Deinde *sermonem* omittit Leid. 6.—62 'Pighius *erigeret* edidit pro *erexit,* ut ipse editum invenerat, et nostri certe Mss. confirmant. Sed hoc faciendum ei videbatur, ut melius responderet τῷ *quum,* sive *cum,* pro quo, ut plerique habent Mss. *qui* malui et reposui.' *Torren.*—63 Pigh. *de quo jam.* 'Vocem *jam* præter omnem necessitatem, et contra Mss. et vetustiorum Editionum auctoritatem atque exemplum, a Pighio inferctam expellendam putavi.' *Idem.*—64 Pigh. *ingrederemur;* undecim codd. et edd. vett. *ingrederentur.* Copes. omittit *eam,* probante Perizonio.—65 Par. 3. *industriosus;* Barb. 2. *industriosius.*—66 Edd. vett. *per summam namque,* et sic Harl. Pauculi *per summam iniquitatem;* Harl. et Leid. 4. *qui per summam;* reliqui cum Mog. *per summamque.*—67 Tredecim codd. Torren. cum Brand. 1. 2. Vet. Mog. Chalc. et Herbip. *in conspectu,* i. e. *in conspectũ.* Deinde tredecim codd. ejusdem *sermone;* in aliis *sermoni.*—68 Sic codd. et Mog. Mediol. et Aldina 1534. sed duæ priores 1512. et 1514. cum utraque Ven. et Colinæo, *ut laborem;* unde Ascens. *per laborem;* quod secuti sunt Gryph. et Steph. Pighius *labore* restituit. Paulo post, *sonum vocis exhiberet* Leidd. 2. 6. et Par. 3.—

NOTÆ

[r] *Moriar*] Cum inaudisset assidentes amicos de re quapiam summisse, ne ipsi molestiam parerent, disputantes; erecto, ut potuit, semimortuo capite, rogavit eos, ut aliquanto loquerentur elatius; sibi, si etiam moriens aliquid discere potuisset, discessum e vita jucundiorem fore.

† An. M. 3489. Ol. 53. 4. Urb. C. 188. Ant. Ch. 564.

[s] *Omnium civium suorum nomina*] Tanta memoria Themistoclem fuisse scribit Cicero, ut essent plura, quæ dediscere, quam quæ discere cuperet. De Themistoclis exilio consule lib. v. c. 3. n. 3.

‡ An. M. 3590. Ol. 79. 1. Urb. C. 289. Ant. Ch. 463.

16. Cujus utriusque industriæ laudem duo reges partiti sunt; Cyrus[t] omnium militum suorum nomina;* Mithridates duarum et viginti gentium, quæ sub regno ejus erant, linguas ediscendo.[69] † Ille, ut sine monitore[70] exercitum salutaret: hic, ut eos quibus imperabat sine interprete alloqui posset.

69 Codd. tres Torren. *addiscendo.*—70 Klokkius pro *monitore* legit *nomenclatore:* Perizon. notabat, *sine interprete.*

NOTÆ

[t] *Cyrus*] Senior; de quo lib. I. c. 7. n. 5. diximus. De Mithridate vero lib. I. cap. 8. num. 13.

* An. M. 3517. Ol. 60. 4. Urb. C. 216. Ant. Ch. 536.

† An. M. 3980. Ol. 176. 3. Urb. C. 679. Ant. Ch. 73.

CAP. VIII.

DE OTIO LAUDATO.[1]

IN ROMANIS.

1 P. Æmiliano et C. Lælio.
2 Q. Mucio Scævola Augure.

IN EXTERNIS.

1 Socrate Atheniensi.
2 Achille Homerico.

Otium, quod industriæ et studio maxime contrarium videtur, præcipue subnecti debet:[2] non quo evanescit virtus; sed quo recreatur.[3] Alterum enim etiam[4] inertibus vitandum: alterum strenuis quoque interdum appetendum est. Illis, ne proprie vitam inertem exigant:[5] his ut tem-

1 Vet. *De Otio,* omisso *laudato.*—2 Ita Brand. 1. 2. omnes fere codd. Torren. et edd. vett. Pighius vero ex Canch. Colon. aliisque dederat: *subnecti breviter debet.* Unus atque item alter Torren. *quod præcipue industriæ et studio m. c. v. subnecti debet.*—3 Guyetus conj. *evanescat v. s. q. recreetur* —4 *Alterum etiam, &c.* in quibusdam codd. Torren.—5 'Ita Aldus ediderat. Nec multum discrepant Herbip. et Chalc. tantum enim pro *proprie* habent *propriam.* At Pighius *proprie* plane expunxit; proque *inertem* scripsit *enervem:* quod in tribus codd. ita reperisset. Verum sive *proprie,* sive *propriam* scribatur, satis commoda vox est. Notum enim *proprium* et pro *perpetuo* poni: qua de re et supra alicubi monuimus. Brand. uterque habet *proprie;* et pro *inertem* unus *enervam.*' Vorst. 'Leid. prim. sext. sept. *propriæ vitæ inertiam*

pestiva laboris intermissione ad laborandum fiant vegetiores.

1. Par veræ amicitiæ clarissimum Scipio et Lælius,[a] cum amoris vinculo, tum etiam omnium virtutum inter se juncti societate, ut actuosæ vitæ iter æquali gradu exequebantur, ita animi quoque remissioni[6] communiter acquiescebant. Constat namque eos Cajetæ et Laurenti[b] vagos[7] littoribus conchulas et calculos[c] lectitasse: idque se L. Crassus[d] ex socero suo Q. Scævola, qui gener Lælii fuit, audisse sæpenumero prædicavit.*

2. Scævola autem, quietæ remissionis eorum certissimus testis, optime pila lusisse traditur: quia videlicet ad hoc diverticulum animum suum forensibus ministeriis fatigatum, transferre solebat. Alveo[8] quoque et calculis[e] vacasse interdum dicitur; cum bene ac diu jura civium, et cærimo-

exigant; Leid. sec. *proprie vita inhertia transigant;* Harl. et uterque Paris. *prope vitam inertem exigant;* Cop. et Ultraj. prim. *proprie vitam inertem transigant;* sed Ultraj. *inervem* habet pro *inertem:* Ultraj. sec. Barb. prim. et Mog. *propriam vitam inertem exigant;* Bit. prim. *prope vitam enervem erigant;* Leid. quint. *propriam vitam enervem exigant;* Mediol. et Ascens. *propriam vitam inertem exigant;* Ven. Ald. et Colin. *proprie vitam inertem exigant;* Gryph. et Steph. *prope vitam inertem exigant.* Equidem fateor me non intelligere totum hoc, *Alterum vitandum est inertibus, ne proprie vitam inertem transigant.* Et *proprie* ita positum pro *perpetuo* accipi posse, nemini, credo, Vorstius persuaserit. Placet magis, *ne proprie vitam enervem exigant.*' Torren.—6 Copes. *remissione.*—7 Copes. septem codd. Torren. et edd. ante Pigh. *vagos;* Pighius vero cum Colero et Vorst. *vagas,* quod mutavit Torrenius. *conchulas et umbilicos* Pigh. ex Winck. et sic Dan. et Leid. 5. *et obeliscos* Atreb. *et obilicos* Venett. Lect. nostram testantur omnes fere codd. Torren. et edd. vett. Mox pro *L. Crassus,* est in edd. vett. et multis codd. *P. Crassus.*—8 Ita Pigh. ex Atreb. Camp. Gembl. et Winck. et sic Brand. 1. 2. et Leid. 5. *Aleis* septem codd. Torren. *Aleæ* Ultraj. 2. Leid. 3. 4. et Mog. *Balneo* Leid. 6. *Alea* Leid. 2. *Aleæ* damnare vix ausit Torre-

NOTÆ

[a] *Scipio et Lælius*] Cave ne credas hic agi de Africano majore et Lælio illius Legato; quod jam semel monuimus: agitur enim de Scipione Æmiliano et Lælio Sapiente, qui alterius Lælii vel filius vel nepos fuit.

[b] *Laurenti*] Latii oppidum fuit ad maris littus. Nunc *S. Lorenzo.*

[c] *Conchulas et calculos* [*umbilicos*] Alii *obeliscos,* alii *calculos* legunt; melius legeris, *umbilicos:* parvi sunt, rotundi, nitidioresque calculi, quibus etiam libros olim decorare mos erat: unde Martialis lib. I. 'Nec umbilicis cultus, atque membrana.'

[d] *Lucius Crassus*] Orator. *Scævola*] Augur: Crassus enim Scævolæ, et Scævola Lælii gener erat.

* An. M. 3860. Ol. 146. 3. Urb. C. 559. Ant. Ch. 193.

[e] *Alveo quoque et calculis*] Hoc est, tesseris, vel taxillis.

nias Deorum ordinasset: ut enim in rebus seriis Scævolam, ita et in scenicis[9] lusibus hominem agebat: quem rerum natura continui laboris patientem esse non sinit.†

EXTERNA.

1. Idque vidit, cui nulla pars sapientiæ obscura fuit, Socrates: ideoque non erubuit tunc, cum interposita arundine cruribus suis, cum parvulis filiolis ludens ab Alcibiade risus est.[10] ‡

2. Homerus quoque, ingenii cœlestis vates, non aliud sensit, vehementissimis Achillis[f] manibus canoras fides

nius.—9 'Ita plane habet Vet. Vestigia hujus lectionis sunt in multis Mss. quorum alii, *in scenis*, al. *insenis*, al. *in scæis*, *in scurrilibus* habent, unde viri docti conj. *in seriis*, *in senilibus*, *in cœnis*, *in turrilibus*, *in serotinis*, *in heroicis*, *in sanis*, *in sterilibus*, *in futilibus;* quæ conj. omnes futiles mihi videntur. Vulgo editum est *in scurrilibus*, pro quo ego lectionem Vet. *in scenicis* reposui. An recte fecerim, viderint periti. 'Scurrilis lusus' est supra VII. 8. in fine.' *Kapp.* '*In scurrilibus* veteres typis expressi, et unus item Brand. Alter pro *in scurrilibus* habet *in scenis;* sed ita ut initio videatur scriptum fuisse *in scenibus.* Sed et Pighius in aliquot codd. invenit *in scenis;* et in uno *insenis.* Unde ille conjicit legendum esse *inseriis lusibus;* ut *inseriis* sit pro *non seriis.* Dan. habet *in scæis.* Satis apparet, *scurrilibus* minime genuinum, proque eo aliud legendum esse. Janus Rutgersius legendum putat *in senilibus*, vel *in scnis*, aut *in scenii;* quia, ut Sidonius dicat, alea senum oblectamentum, ut pila juvenum. Et sane conjectura illa prior juvatur eo, quod in uno Brand. initio ut dixi, scriptum fuit: *in scenibus.*' Vorst. 'Klokkius proxime ad Pighianos libros legit *in sanis.* Van Bynkershoek varie quoque h. l. fluctuavit, modo dubitans an *scurriles* omnes lusus dici possent respectu Scævolæ, et vel Auguris, vel Pontificis: tum an *scurriles* possent accipi pro *jocularibus:* etiam an emendari posset, *sterilibus*, vel *futilibus.* Sed nihil horum cum satis placeret, propius accedere existimat, si legatur, *turrilibus:* ut 'lusus turrilis,' sit lusus alvei, ita dictus a 'turri' sive 'Pyrgo,' quomodo promiscue veteres vocabant vasculum illud, e quo tali et tesseræ ejiciebantur in alveum. Souterius de Aleatoribus cap. 17. dicit Pontanum legisse, *in Serotinis:* ideo quod in libris Anglicanis invenerat *Serois.* Scriverius emendabat, *in Heroicis*, vel *in Herois:* ipse Souterius videtur potius τὸ *scurrilibus* pro Glossemate expunxisse, nec necessarium judicare, ut τὸ *lusibus* additum sit epitheton. E quibus quisque probet, quod voluerit. Mihi nec *Heroici*, nec *Serotini lusus* hic placent. *Turriles lusus*, vereor etiam ut ullo alio loco probari possint, ut et ipsum epitheton *turrilis.* Codd. nostri habent Paris. tert. Barb. et Bit. primi, Leid. prim. sec. tert. et Ultraj. sec. *ita in scurrilibus lusibus;* quint. et sext. *in scurrilibus luxibus.* Ult. prim. *in scenibus.* Harl. et Leid. quart. *in scenis.* Mihi maxime arridet Rutgersii conjectura, *In senilibus.*' Torren.—10 Quatuor codd. Torreniani et Vet. *derisus est;* Perizon. legi jussit *visus est*, improbante Kappio.

NOTÆ

† An. M. 3894. Ol. 155. 1. Urb. C. 339. Ant. Ch. 413. 593. Ant. Ch. 159.

‡ An. M. 3640. Ol. 91. 3. Urb. C.

[f] *Achillis*] Pelidis et Thetidis filius a Poëtis fingitur; et Græcorum, ut

aptando; ut earum militare robur leni pacis studio relaxaret.*

NOTÆ

Trojanorum Hector, fortissimus: cum Homeri, tum poëtarum omnium carminibus celebratissimus.

* An. M. 3132. Ant. Ch. 931.

CAP. IX.

DE VI ELOQUENTIÆ.

IN ROMANIS.

1 M. Valerio Max. dict.
2 M. Antonio oratore.
3 C. Aurelio Cotta.

IN EXTERNIS.

1 Pisistrato Atheniensi.
2 Pericle Atheniensi.
3 Hegesia Cyrenaico.

POTENTIAM vero eloquentiæ etsi plurimum valere animadvertimus, tamen sub propriis exemplis, quo scilicet vires ejus testatiores fiant,[a] recognosci convenit.

1. Regibus exactis, plebs dissidens a patribus, juxta ripam fluminis Anienis[a] in colle, qui Sacer appellatur, armata consedit. Eratque non solum deformis, sed etiam miserrimus reipublicæ status; a capite ejus cetera parte corporis pestifera seditione divisa. Ac ni Valerii[b] subvenisset eloquentia, spes tanti imperii in ipso pæne ortu suo corruisset. Is namque populum nova et insolita libertate temere gaudentem, oratione ad meliora et saniora consilia revocatum, senatui subjecit, id est,[2] urbem urbi junxit. Verbis ergo facundis ira, consternatio, arma[3] cesserunt.*

[a] *Ut illius vis magis perspiciatur.*

1 *Quanta vis sit eloquentiæ* Vet.—2 In quatuor Leidd. et Barb. 1. omittitur, *id est;* pro quo Ultraj. 2. et Mog. habet *idem.*—3 Pighius *et arma;* sed copulam delevit Torren. jubentibus tredecim codd. et edd. vett. omnibus.—

NOTÆ

[a] *Anienis*] Nobilis est Italiæ fluvius, qui non procul ab urbe in Tiberim influit. Hodie *Teverone.*

[b] *Valerii*] Non Valerius, sed Menenius Agrippa, ut supra diximus, populum in urbem reduxit.

* An. M. 3562. Ol. 72. 2. Urb. C. 261. Ant. Ch. 491.

2. Quæ etiam Marianos Cinnanosque mucrones, civilis profundendi sanguinis cupiditate furentes, inhibuerunt. Missi enim a sævissimis ducibus milites ad M. Antonium[c] obtruncandum, sermone ejus obstupefacti,[d] destrictos[4] jam et vibrantes gladios cruore vacuos vaginis reddiderunt. Quibus digressis, P. Antronius,[5][e] (is enim solus in ambitu expers Antonianæ facundiæ steterat[b]) crudele imperium truculento ministerio peregit.† Quam disertum igitur eum fuisse putemus, quem ne hostium quidem quisquam occidere sustinuit, qui modo vocem ejus ad aures suas voluit admittere?

3. Divus quoque Julius, quam cœlestis numinis, tam etiam humani ingenii perfectissimum columen, vim facundiæ proprie[6] expressit, dicendo in accusatione Cn. Dolabellæ,[f] quem reum egit, 'extorqueri sibi causam optimam

[b] *Is enim solus loquentem Antonium non audierat, quod extra domum foris mansisset.*

4 Aldus et alii ediderunt *districtos;* sed Pighius ait in codd. Mss. esse *destrictos:* quod idem et de uno Brandeb. testari licet. *Vibrantes gladios* est pro *vibratos:* quod et in uno cod. Brand. ut diversa lectio notatum, et retinent Leid. quint. sext. et Copes. Reliqui *vibrantes* cum Mog.—5 Plerique Mss. habent cum vulgatis *P. Antonius,* vel *Anthonius.* Sed Leid. quart. et Ultraj. primus, *P. Annius.* Quod pro varia lectione in margine exprimi curavit Pighius. Cf. Plut. Mario p. 431. ed. Franc. Mox *Antonianæ vocis steterat* Pighius et eum secuti, atque habent ita Leid. quint. et Ultraj. prim. Contra vero decem alii veterum Edd. lectionem, *Antonianæ facundiæ,* confirmant; quod revocavit Torren.—6 Vulgo *propriæ;* emendavit Perizon. *pro-*

NOTÆ

[c] *Milites ad M. Antonium*] Ubi Marius et Cinna urbe potiti sunt. Orator Antonius apud plebeium aliquamdiu delituit: at missus ab eo haud multo post servus, ut a caupone vicino vinum emeret; cum degustaret quam solebat curiosius, vinumque paulo generosius posceret: rogat caupo, quid hoc rei sit? servus illi, ut amico rem omnem, sicut erat, aperit: ille continuo Marium admonet, qui præ lætitia et exclamasse, et manibus plausisse dicitur.

[d] *Obstupefacti*] Ut Antonius orsus est dicere, et mortem deprecari; eum milites nec aspicere nec attingere ausi, defixo in terram obtutu, illacrymari omnes cœperunt.

[e] *P. Antronius*] Annius a Plutarcho vocatur: ad fores substiterat; postquam vero suos vidit re infecta ad se redire, stricto gladio in domum irruit, Antonium obtruncat, illiusque caput defert ad Marium.

† An. M. 3968. Ol. 173. 3. Urb. C. 667. Ant. Ch. 85.

[f] *Cn. Dolabellæ*] Ex gente Cornelia; vir erat Consularis et triumpha-

C. Cottæ[7] patrocinio.'[g] ‡ Siquidem maxima tunc eloquentia questa est.[8] [h] Cujus facta mentione, quoniam domesticum nullum majus adjecerim exemplum, peregrinandum est.[c]

EXTERNA.

1. Pisistratus dicendo tantum valuisse traditus est,[9] ut ei Athenienses regium imperium oratione capti[i] permitterent; cum præsertim ex contraria parte amantissimus patriæ Solon niteretur. Sed alterius salubriores erant conciones, alterius disertiores: quo evenit, ut alioqui prudentissima civitas libertati servitutem præferret.*

[r] [c] *Siquidem tunc Cæsar, cujus eloquentia maxima erat, questus est: cum vero illius mentionem fecerim, nullumque exemplum domesticum majus possim addere; jam de externorum eloquentia dicendum est.*

prie, eamque emend. amplexus est Torren.—7 Ita quoque emendavit Perizon. codd. et edd. vett. *L. Cottæ*.—8 Sic maxima pars codd. et edd. vett. in quibus etiam Vet. et Lips. Thanneri: '*tunc vis eloquentiæ questa est* maluit Pighius ex Atreb. et Cauch. Ab Aldo et Chalcoc. editum fuerat: *tunc eloquentiæ ei laus questa est*. Quæ lectio si amplectenda sit, pro *questa* legendum fuerit *quæsita*. In quam sententiam manifeste Herbip. habet: *Tunc ei maxima eloquentiæ laus quæsita est*.' Vorst. Copes. *tunc max. el. ei laus quæsita est;* unde Perizon. *tum max. el. laus quæsita est*. novem codd. Torren. *max. tunc el. questa est;* tres ejusdem: *m. tunc eloquentiæ laus quæsita est;* duo: *m. tunc el. ei laus quæsita est*: porro *ei* in uno est pro v. l. Torren. conj. *Sic quidem m. t. el. questa est*, i. e. eo quidem modo. 'Mire hic glossematis auctus est Ultraj. sec. unus etiam Donac. et Mog. exhibentes: *siquidem tunc ei maxima eloquentiæ laus quæsita est, quando Julius ejus institit studio et actioni;* quod aliquando mihi suspicionem præbuit, ac si et prius membrum a glossatore esset: nunc malim legere ut proposui; vel, *siquidem tunc maxima eloquentia ejus questa est, cujus, &c.*' Torren.—9 Sic Torren. ex codd. et edd. vett. omnibus: Pighius aliique *traditur*.—10 Copes.

NOTÆ

lis, qui e Macedonia Proconsul nuper redierat.

[g] *C. Cottæ patrocinio*] Fuit ille Orator Hortensii æmulus; de quo Cicero: 'Quorum alter remissus et lenis, et propriis verbis comprehendens facile et solute sententiam.'

[h] *Eloquentia questa est*] Favore enim totius civitatis Dolabella absolutus est: quo vero invidiam fugeret, Cæsar Rhodum secedere statuit.

‡ An. M. 3977. Ol. 175. 4. Urb. C. 676. Ant. Ch. 76.

[i] *Oratione capti*] Cum tres in urbe factiones essent, quarum uni ipse præerat, sibi ipse plagas imponit, mulisque curulibus provectus in forum, plebis opem implorat; ab adversariis ita se deformatum queritur Reipublicæ causa, cujus in rem Megarense bellum nuper confecerat: nec ipsum sua fefellit opinio; satellites enim obtinuit a populo, et paulo post arcem occupavit et tyrannidem. Primum Homeri libros, confusos antea, sic disposuisse ut nunc habemus,

2. Pericles autem felicissimis[10] naturæ incrementis, sub Anaxagora[j] præceptore summo studio perpolitus et instructus, liberis Athenarum cervicibus jugum servitutis imposuit: egit enim ille urbem, et versavit arbitrio suo. Cumque adversus voluntatem populi loqueretur; jucunda nihilominus, et popularis ejus vox erat. Itaque veteris comœdiæ[k] maledica lingua, quamvis potentiam viri perstringere cupiebat, tamen 'in labris ejus hominis melle dulciorem leporem' fatebatur 'habitare: inque animis eorum, qui illum audierant, quasi aculeos quosdam relinqui' prædicabat. Fertur quidam, cum admodum senex primæ concioni Periclis adolescentuli interesset, idemque juvenis Pisistratum jam decrepitum concionantem audisset, non temperasse sibi quo minus exclamaret, 'Caveri illum civem oportere, quod Pisistrati orationi simillima ejus esset oratio.'[11] Nec hominem aut æstimatio eloquii, aut morum augurium fefellit. Quid enim inter Pisistratum et Periclem interfuit, nisi quod ille armatus, hic sine armis tyrannidem gessit?[l] †

3. Quantum eloquentia valuisse Hegesiam, Cyrenaicum[m] philosophum, arbitramur, qui sic mala vitæ[12] re-

felicissimus. Idem paulo post: *illam urbem et vexavit:* Par. 1. 2. Barb. 1. et Vet. etiam *illam.*—11 Vulgo ante Pighium legebatur, *foret oratio;* sed *esset* habent Mss. et Mog. et Mediol. In fine pro *interfuit,* nonnulli *interest* præferunt.—12 Copes. *hujus vitæ.* Postea plerique Mss. *mortis appetendæ,* non *oppetendæ,* quod est in Ultraj. 2. sed Ultraj. 1. habet: *voluntariam mortis appetendæ;* et sic Vet.

NOTÆ

auctor est Cicero de Orat. lib. III.

* An. M. 3488. Ol. 53. 3. Urb. C. 187. Ant. Ch. 565.

[j] *Anaxagora*] Vide lib. V. c. 10. n. 3. et de Pericle lib. II. c. 6.

[k] *Veteris comœdiæ*] Quod his versibus lusit Horatius Sat. lib. I. 'Si quis erat dignus describi, qui malus, aut fur, Aut mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui Famosus, multa cum libertate notabant.'

[l] *Tyrannidem gessit*] Doctrina, consilio et eloquentia excellens quadraginta annis præfuit Athenis; et urbanis eodem tempore et bellicis rebus. Ita Cicero de Orat. lib. III. qui eadem omnino, quæ Valerius, habet.

† An. M. 3622. Ol. 87. 1. Urb. C. 321. Ant. Ch. 431.

[m] *Cyrenaicum*] Cyrenaici omnes Philosophi ab Aristippo, qui Cyrene oriundus erat, profluxerant.

præsentabat, ut eorum miseranda imagine audientium pectoribus inserta, multis voluntariæ mortis oppetendæ cupiditatem ingeneraret? Ideoque a rege Ptolemæo ulterius hac de re disserere prohibitus est.

CAP. X.

DE PRONUNTIATIONE ET APTO MOTU CORPORIS.[1]

IN ROMANIS.	EXTERNO UNO.
1 C. Graccho.	Demosthene Atheniensi.
2 Q. Hortensio.	
3 M. Tullio.	

ELOQUENTIÆ autem ornamenta in pronuntiatione apta, et convenienti motu[2] corporis consistunt: quibus cum se instruxit, tribus modis homines aggreditur, animos eorum ipsa invadendo, horum alteri aures, alteri oculos permulcendos tradendo.[a]

1. Sed ut propositi[3] fides in personis illustribus exhibeatur, C. Gracchus eloquentiæ, quam propositi, felicioris adolescens, quoniam flagrantissimo ingenio, cum optime rempublicam tueri posset, perturbare impie maluit; quoties apud populum concionatus est, servum post se musicæ artis peritum habuit, qui occulte[a] eburnea fistula pronun-

[a] *Animos eorum ipsa elocutione invadendo, horum altero sono vocis aures, altero gestu corporis oculos demulcendo.*

1 Vet. *Quantum momentum sit in pronuntiatione et apto motu corporis.*—2 Par. 4. *in motu.* Mox Ultraj. 1. 2. Copes. Bitur. et Mog. *quibus qui se, &c.* reliqui cum edd. ante Pigh. *quibus cum se instruxerit.*—3 *Sed propositi* vulgo ante

NOTÆ

[a] *Qui occulte*] Aliter Ciceroni, aliter Gellio placet. Cicero enim Valerio consentit; Gellius non item: vult enim illum hominem 'stetisse in circumstantibus occultius, qui fistula brevi sensim graviusculum sonum inspiraret, ad deprimendum sedandumque impetum illius vocis.' Ciceroni et Valerio subscribit Quintilianus de Inst. Orat. lib. I.

tiationis ejus modos formabat; aut nimis remissos excitando, aut plus justo concitatos revocando: quia ipsum calor atque impetus actionis attentum[4] hujusce temperamenti æstimatorem esse non patiebatur.[b] *

2. Q. autem Hortensius[b] plurimum in corporis decoro motu repositum credens, pæne plus studii in eodem elaborando,[5] quam in ipsa eloquentia affectanda impendit. Itaque nescires, utrum cupidius ad audiendum eum, an ad spectandum concurreretur: sic verbis oratoriis[6] aspectus, et rursus aspectui verba serviebant. Itaque constat Æsopum Rosciumque,[7][c] ludicræ artis peritissimos viros, illo causas agente, in corona frequenter astitisse; ut foro petitos gestus in scenam referrent.†

3. Jam[8] M. Cicero quantum in utraque re,[d] de qua loquimur, momenti sit, oratione quam pro Gallio[e] habuit, significavit, M. Calidio[f] accusatori exprobrando, quod

[b] *Quia propter nimium vehementioris actionis impetum non poterat attendere an recte vocis sonum temperaret.*

Pighium. Paulo post, Bitur. 1. *felicior.*—4 *Gracchum attentum* Ultraj. 2. *hujuscemodi temperamenti* complures codd. Torren.—5 Sic Ultraj. 2. Mog. Mediol. et Ascens. sed Venett. Aldd. &c. usque ad Pigh. *laborando*, quod reliquos etiam codd. occupavit.—6 Aliquot codd. Torren. *verbis oratoris.*—7 Pighius, *Æsopum et Roscium* edidit, idemque recepit *viros*, quod a plerisque codd. et edd. vett. abest. Paulo post Leid. 1. *positos gestus.*—8 *Nam* in plerisque codd. Torren. Mox codd. fere: *quam pro Gallo habuit;* et sic Edd. Pighio antiquiores. Sed Cicero etiam in Bruto c. 79. pro *Q. Gallio.* In *se*

NOTÆ

* An. M. 3929. Ol. 163. 4. Urb. C. 628. Ant. Ch. 124.

[b] *Hortensius*] Vir eloquentiæ laude clarissimus, et Ciceronis æmulus.

[c] *Æsopum et Roscium*] Ille Tragœdus fuit, hic Comœdus: ambo arte sua insignes. De Roscio supra.

† An. M. 3970. Ol. 174. 1. Urb. C. 669. Ant. Ch. 83.

[d] *In utraque re*] Et Roscium et Æsopum hoc tempore hujus artis peritissimos Cicero Magistros adhibuit, ut tum vocem, tum motum corporis emendaret. Tullium his verbis alloquitur Plinius lib. VII. c. 30. 'Salve primus omnium parens patriæ appellate, primus in toga triumphum, linguaque lauream merite, et facundia literarum Latinarum parens: atque ut Dictator Cæsar, hostis quondam tuus, de te scripsit, omnium triumphorum lauream adepte majorem; quanto plus est ingenii Romani terminos in tantum promovisse, quam Imperii.'

[e] *Pro Gallio*] Ille forte qui Proconsul Ciliciæ memoratur Ciceroni Epist. 13. vel ambitus vel veneficii reus a Cicerone defensus.

[f] *M. Calidio*] Qui Orator 'non

'præparatum sibi a reo venenum, testibus, chirographis, quæstionibus se probaturum' affirmans, remisso vultu, et languida voce, et soluto genere orationis usus esset: pariterque et oratoris vitium detexit, et causæ periclitantis argumentum [9] adjecit, totum hunc locum ita claudendo: 'Tu istud,[10] M. Calidi, nisi fingeres, sic ageres?'[g] ‡

EXTERNA.

1. Consentaneum huic Demosthenis judicium,[11] qui cum interrogaretur, 'quidnam esset in dicendo efficacissimum,' respondit, ἡ ὑπόκρισις.[12] [h] Iterum deinde et tertio interpellatus idem dixit,[13] pæne totum se illi debere confitendo. Recte itaque Æschines,[i] cum propter judicialem ignominiam, relictis Athenis, Rhodum petisset, atque ibi rogatu civitatis suam prius in Ctesiphontem,[j] deinde Demosthenis

probaturum, plurimi Mss. omittunt pronomen.—9 Edd. ante Pigh. *argumenta*; et sic fere codd. Torren. sed Bitur. 1. et Leid. 2. *argumentis*: Perizon. malit, *periclitanti argumentum*.—10 Brand. 1. 2. cum aliquot codd. Torren. *Tune istud*; et sic Mog. quæ habet etiam cum nonnullis codd. *sic non ageres*.—11 Copes. *consilium*.—12 'Refert Pighius, in Camp. rem circumlocutione Latina expressam esse hoc modo: *Si nihil dixeris non optime scitum*: indeque conjicit legendum forte sic esse: *Respondit ἡ ὑπόκρισις, hoc est, si nihil dixeris non optime scitum*. Sic et in uno Brand. supra vocem Græcam, quæ tamen inepte scripta est, additum apparet: *Id est, si nihil dixeris nisi optime scitum*.' Vorst. Verba illa, *si nihil dixeris nisi optime scitum* extant etiam in Leid. quart. sed Harl. et Leid. quint. habent *ypocrisis*; Leid. sec. *verba Græca*; Ultraj. sec. cum Mog. omittit.—13 Paris. tert. quart. Barb. prim. et Cop. *Interrogatus deinde et tertio idem dixit*; Ultraj. prim. *Iterum deinde et tertio interrogatus*.

NOTÆ

unus e multis, sed inter multos singularis,' inquit Cicero in Bruto.

[g] *Sic ageres*] 'Tu ista eloquentia aliena hominum pericula defendere acerrime solitus, tuam negligeres? ubi dolor, ubi ardor animi? nulla animi perturbatio, nulla corporis; frons non percussa, non femur; non pedis, quod minimum est, ulla supplosio.'

‡ An. M. 3980. Ol. 176. 3. Urb. C. 679. Ant. Ch. 73.

[h] Ἡ ὑπόκρισις] Simulatio vocis et gestus; hoc est, apta pronuntiatio et decens motus.

[i] *Æschines*] Orator Græciæ totius, si Demosthenem exceperis, clarissimus. Postquam absolutus est Ctesiphon, pudore victus cessit Athenis, habuitque ludum tum Rhodi, tum in Ionia, ubi reliquam exegit ætatem.

[j] *In Ctesiphontem*] Non pigebit hoc in loco studiosorum gratia ipsis prope Ciceronis verbis apponere pauca, quæ et ad illustrandum hunc Valerii locum proderunt multum, et argumenti loco poterunt esse Demosthenis orationi de Corona, quæ in orationibus, ut in tragœdiis Œdipus Sopho-

pro eodem orationem clarissima et suavissima voce recitasset, admirantibus cunctis utriusque voluminis[14] eloquentiam, sed aliquanto magis Demosthenis:[c] 'Quid si,' inquit, 'ipsum audissetis!' Tantus orator, et modo tam infestus adversarius, sic inimici vim, ardoremque dicendi suspexit, ut 'se scriptorum ejus parum idoneum lectorem esse' prædicaret:[15] expertus acerrimum oculorum vigorem, terribile vultus pondus, accommodatum singulis verbis sonum vocis,[16] efficacissimos corporis motus.* Ergo etsi operi illius adjici nihil potest, tamen in Demosthene magna pars Demosthenis abest; quod legitur potius, quam auditur.

[c] *Dum omnes mirarentur eloquentiam amborum illorum Oratorum, sed paulo magis Demosthenis.*

—14 'Id est, orationis, hancque lectionem, quam nonnulli Mss. et Mog. habent, in textum recepit Torrenius, cum Pighius, Colerus, Vorstius aliique dedissent *columinis*, i. e. Demosthenis et Æschinis.' *Kapp. voliminis* Leid. 2. *culminis* Leid. 1. Barb. 1. et Par. 4. *columinis* est conjectura Barth. Advers. VII. 1.—15 Sic Torren. ex codd. et edd. vett. revocavit; Pighius legerat cum aliis, *diceret;* unus atque item alter *prædiceret.*—16 Copes. *terribilem vultum ..... verbis, vocis sonum.*

NOTÆ

clis, ipso Cicerone teste, tenet principatum. Erant duæ leges Athenis, quarum altera cautum erat, ne quis populi scitum faceret, ut quisquam corona donaretur in Magistratu priusquam rationes retulisset. Altera, ne quis a populo extra concionem corona donaretur. Cum muris reficiendis curator fuisset Demosthenes, eosque refecisset pecunia sua, Ctesiphon scitum fecit, nullis ab eo rationibus relatis, ut corona aurea in theatro donaretur, atque ita prædicaretur eum donari virtutis ergo, benevolentiæque, quam erga populum Atheniensem haberet. Hunc igitur Ctesiphontem in judicium adduxit Æschines, quod contra leges scripsisset, ut et rationibus non relatis corona donaretur; et ut in theatro: quodque de virtute ejus et benevolentia falsa scripsisset, quoniam Demosthenes nec vir bonus esset, nec bene meritus de civitate. Ita Cicero de Opt. Gen. Dicendi.

* An. M. 3724. Ol. 112. 3. Urb. C. 423. Ant. Ch. 329.

CAP. XI.

DE EFFECTIBUS ARTIUM RARIS.[1]

APUD ROMANOS, UT IN

1 Astrologia C. Sulpicii Galli.
2 Haruspicina Spurinæ.

APUD EXTERNOS, UT IN

1 Astrologia Periclis.
2 Pictura Apellis et Plastice Lysippi.
3 Vulcano Alcamenis.
4 Venere Praxitelis.
5 Neptuno Euphranoris.
6 Agamemnone Timantis.
7 Equo Nealcis.

EFFECTUS etiam artium recogniti possunt aliquid[2] afferre voluptatis: protinusque et quam utiliter excogitatæ sint,[3] patebit, et memoratu dignæ res lucido in loco reponentur, et labor in iis edendis suo fructu non carebit.

1. Sulpicii Galli[4][a] maximum in omni genere literarum recipiendo studium plurimum reipublicæ profuit. Nam cum L. Pauli, bellum adversum regem Persen gerentis, legatus esset, ac serena nocte subito luna defecisset;[b] eoque veluti diro quodam monstro perterritus exercitus noster, manus cum hoste conserendi fiduciam amisisset, de cœli ratione, et siderum natura peritissime disputando, alacrem eum in aciem misit. Itaque illi inclytæ Paulianæ victoriæ liberales artes Galli aditum dederunt: quia nisi ille metum

1 Plerique Mss. *Quam magni sint effectus artium;* et sic vulgatæ Edd. Paris. quart. *De magnitudine effectus artium.*—2 'Copes. *recognosci posse aliquid:* Forte leg. *Ef. et. art. recognosci, potest aliquid afferre voluptatis.*' Perizon. 'Quod est in Copesiano, illud invenio etiam in octo aliis Mss. et Mog. quæ insuper habet *adfert* cum Leid. sec. et Ultraj. sec. Perizonii emendatio magis placet.' *Torren.*—3 '*Excogitatæ sint* legendum; non, ut Aldus, Pighius, et alii edidere, *excog. sunt.* Habent ita Brand. et leges Grammaticæ id requirunt.' *Vorst.* '*Sint* firmant Mss. nostri, sed quorum undecim habent, *patebunt,* cum Edd. usque ad Pighium præter Mog. quæ cum Ultraj. sec. *patebit* exhibet, ut et Ascensius.' *Torren.*—4 Ul-

NOTÆ

[a] *Sulpicii Galli*] Qui Consul Ligures domuit. De illo supra.

[b] *Luna defecisset*] Assentitur Valerio Quintilianus; at Livius et Frontinus Lunæ defectum aliquanto ante, ne terrerentur milites, additis etiam illius causis, a Gallo prædictum referunt. Plutarchus vero Sulpicii non meminit, sed narrat tantum Paulum Æmilium Astrologiæ peritum undecim juvencas immolasse. De Cæsare et Spurina lib. I. c. 6. n. 13.

nostrorum militum vicisset, imperator [Romanus[5]] vincere hostes non potuisset.*

2. Spurinæ[6] quoque in consectandis Deorum monitis efficacior scientia apparuit, quam urbs Romana voluit: prædixerat enim C. Cæsari, 'ut proximos dies xxx. quasi fatales caveret,' quorum ultimus erat Idus Martiæ. Eo cum[7] forte mane uterque in domum Calvini Domitii ad officium convenisset, Cæsar Spurinæ, 'Ecquid scis,' inquit, 'Idus Martias[8] jam venisse?' et is; 'Ecquid scis illas nondum præteriisse?' Abjecerat alter timorem, tanquam exacto tempore suspecto: alter ne extremam quidem ejus partem periculo vacuam esse arbitratus est.† Utinam haruspicem potius augurium, quam patriæ parentem securitas fefellisset.

EXTERNA.

1. Sed ut alienigena[9] scrutemur, cum obscurato repente sole[c] inusitatis perfusæ tenebris Athenæ solicitudine age-

traj. 1. *Sulpicii Galbæ.*—5 'Uncis inclusi *Romanus*, quod a novem Mss. Mog. et Vet. abest, et commode abesse potest, ut jam Torrenius vidit.' *Kapp.* —6 Ultraj. 1. 2. *Spurinna*, ita ut Ultraj. deleat etiam *scientia*. Mox pro *voluit*, quod exhibent plerique codd. et edd. vett. Pighius dederat *voluisset*, ut in Ultraj. 2. et Mog. Deinde *τὸ enim* addidit Pighius, et reperitur illud in quibusdam scriptis; ideo deleverit Kappius; sed abest a multo pluribus et Mog. ac ceteris: *quasi* omittitur in duobus Paris.—7 *Et cum* nonnulli codd. cum vett. edd. *Ergo cum* Leid. 4. et Ultraj. 2. *Eo cum* reliqui codd. Torren. Paulo post, vox *inquit* in sex edd. Pighio prioribus non extat. Torrenius nihil annotavit.—8 *Martii* in quibusdam codd. *Martiæ* edd. vett. Deinde codd. Torren. varie exhibent *Ecquid scis*, vel *Et quid scis*, vel *Quid scis*.— 9 Sc. exempla. Duo codd. cum Mog. et Vet. *alienigenas*, sc. gentes, ut conj. Guy. Harl. *aliena*. Mox Lips. et Perizon. malint, *solicitudine angerentur*.—

NOTÆ

* An. M. 3886. Ol. 153. 1. Urb. C. 585. Ant. Ch. 167.

† An. M. 4010. Ol. 184. 1. Urb. C. 709. Ant. Ch. 43.

[c] *Obscurato repente Sole*] Non Athenis tum fuisse Periclem, sed in castris Frontinus, in classe Plutarchus memorat; alteramque alter affert rationem, qua ad sedandum timorem usus sit: nam ex Frontino lapidibus in omnium conspectu collisis excussit ignem; tum omnes docuit haud aliter nubium attritu fulmen excuti. Ex Plutarcho, oculis gubernatoris objecit chlamydem, et ex eo quæsivit, num quid illud portenderet? eo negante quicquam portendi; 'Quid autem,' inquit Pericles, 'chlamydem inter et illud quod caliginem invexit, interest, nisi quod illud multo chlamyde majus sit.'

rentur, interitum sibi cœlesti denuntiatione portendi credentes, Pericles processit in medium, et quæ a præceptore suo Anaxagora pertinentia ad solis et lunæ cursum acceperat, disseruit: nec ulterius trepidare cives suos vano metu[10] passus est.‡

2. Quantum porro dignitatis a rege Alexandro tributum arti existimamus, qui se et pingi[d] ab uno Apelle, et fingi a Lysippo tantummodo voluit?*

3. Tenet visentes Athenas[11] Vulcanus Alcamenis[e] manibus fabricatus. Præter cetera enim perfectissimæ artis in eo præcurrentia indicia, etiam illud mirantur,[a] quod stat dissimulatæ claudicationis sub veste leviter vestigium repræsentans,[12] ut non tanquam exprobratum vitium, ita tanquam[13] certam propriamque Dei notam decore significans.

4. Cujus conjugem Praxiteles[f] in marmore quasi spirantem in templo Gnidiorum[g] collocavit, propter pulchri-

[a] *Statuam Vulcani ab Alcamene sculptam admirantur omnes qui Athenas invisunt; nam præter cetera perfectissimæ artis indicia, quæ statim ab aspicientibus videntur, etiam illud admiratione dignum cernitur.*

10 Ita Pighius ex codd. itaque omnes Torreniani cum Vet. Mog. et Mediol. *vacuo metu* Aldd. Colin. Gryph. et Steph.—11 Copes. Leidd. 2. 5. Vet. et Ascens. *Athenis.* 'Mox codd. *Achimenis, Alchimenis, Archimenis,* et *Alcamenis:* Mog. *Alchimenis;* Venett. *Acimenis.* Rectum tamen *Alcamenis.* Meminit et Cic. de Nat. Deor. I. 30. hujus claudicantis Vulcani ab Alcamene fabricati.' *Torren.*—12 Copes. Bit. sec. Ultr. prim. Leid. sec. et Vet. *stans.... repræsentat,* quod Perizonius malit, ne duo participia tam propinquis in locis concurrant uni verbo annectenda. Lips. *statim.* Tres Mss. *exprobrans.*—13 Pighius et Colerus *tamen,* sed plerique libri *tanquam,* et amat Valerius sæpe

NOTÆ

‡ An. M. 3623. Ol. 87. 2. Urb. C. 322. Ant. Ch. 430.

[d] *Qui se et pingi*] Idem habent et Cicero Epist. lib. v. ad Lucceium, et Horatius Epist. lib. ultimo. Apelles Cous fuit, Lysippus Sicyonius: ille pingendi, hic fingendi arte præstantissimus. Lysippus ad sexcenta decem signa fecisse traditur.

* An. M. 3720. Ol. 111. 3. Urb. C. 419. Ant. Ch. 333.

[e] *Alcamenis*] Qui Statuarius Phidiæ æmulus, ex Plinio lib. XXXIV.

[f] *Praxiteles*] Marmoris sculpendi insignis artifex, cum multis aliis signis, tum duplici potissimum Venere nobilitatus: altera Gnidia, Coa altera.

[g] *In templo Gnidiorum*] Gnidus una ex quinque urbibus Græciæ Doricæ, in extrema peninsulæ parte Cariæ adhærentis.

tudinem operis a libidinoso cujusdam complexu parum tutam. Quo excusabilior est error[14] equi, qui visa pictura equæ, hinnitum edere coactus est: et canum latratus aspectu pictæ[15] canis incitatus: taurusque ad amorem et concubitum æneæ vaccæ Syracusis nimiæ similitudinis irritamento compulsus. Quid enim vacua rationis animalia[16] arte decepta miremur, cum hominis sacrilegam cupiditatem muti lapidis lineamentis excitatam videamus?

5. Ceterum[17] natura quemadmodum sæpenumero æmulam virium suarum artem esse patitur, ita aliquando irritam fesso labore dimittit: quod summi artificis Euphranoris[h] manus senserunt. Nam, cum Athenis XII. Deos pingeret, Neptuni imaginem quam poterat excellentissimis majestatis coloribus complexus est, perinde ac[18] Jovis, aliquanto augustiorem repræsentaturus. Sed omni impetu cogitationis in superiori opere absumto, posteriores ejus conatus assurgere, quo tendebant, nequiverunt.

6. Quid ille[i] alter æque nobilis pictor, luctuosum immolatæ Iphigeniæ[j] sacrificium referens, cum Calchanta[k] tris-

tales repetitiones ejusdem verbi, ut Torrenius observavit.—14 Par. 3. Barb. 1. et Leid. 5. *esset error;* Ultraj. 1. *sit error.*—15 'Leid. sec. *picte* pro *pictæ*, ut solet ille pro *æ* habere *e* simplex. Itaque cum hic agatur de animalibus, quæ aspectu pictarum sui generis fœminarum in venerem sunt accensa, hoc adeo verum arbitror, ut restituere non dubitem.' *Torren.* Mog. cum Ultraj. 2. *pictæ* omittit, ob similitudinem scilicet literarum *pectu* in *aspectu*, ut sæpius fit in codd. Ceteri omnes habent *picti.*—16 Ita Pighius; plures codd. cum edd. vett. *animantia.*—17 Hic ante Pighium incipiebat cap. XII. cum hoc titulo: *Quædam nulla arte effici posse;* et sic in codd. sed Par. 4. habet: *De quibusdam, quæ n. a. e. possunt.*—18 Torren. censet *perinde ac* mutandum in *deinde et:* Guyetus delere vult *aliquanto augustiorem.* Utrumque improbat

NOTÆ

[h] *Euphranoris*] Isthmii, pingendi et fingendi arte ætate sua laudatissimi, teste Quintiliano lib. XII. Id tamen Praxiteli tribuit Pausanias in Atticis.

[i] *Quid ille*] Timanthes fuit.

[j] *Immolatæ Iphigeniæ*] Nota vel pueris fabula. Cum Græci ad Aulidem venissent, cervam Dianæ sacram imprudens occidit Agamemnon; tanta subito malacia oritur, ut naves se movere loco non possent: consulitur oraculum; Dianam Agamemnonio sanguine placandam respondet. Iphigenia illius filia adducitur, jamjamque ad aram mactanda erat, cum in Tauricam regionem translata est, cervaque supposita.

[k] *Calchanta*] Augurem Græcorum clarissimum; Agamemnon, Menela-

tem, mœstum Ulyssem, clamantem Ajacem,[19] lamentantem Menelaum circa aram statuisset, caput Agamemnonis involvendo, nonne summi mœroris acerbitatem arte exprimi non posse confessus est? Itaque pictura ejus, haruspicis, amicorum,[20] et fratris lacrymis madet: patris fletum spectantis affectui æstimandum reliquit.[b]

7. Atque ut ejusdem studii adjiciam exemplum, præcipuæ artis pictor[1] equum ab exercitatione venientem, modo non vivum, labore industriæ suæ comprehenderat:[c] cujus naribus spumas adjicere cupiens, tantus artifex in tam parvula materia multum ac diu frustra terebatur.[21] Indignatione deinde accensus, spongiam omnibus imbutam coloribus forte juxta se positam apprehendit, et veluti[22] corrupturus opus suum, tabulæ illisit. Quam fortuna ad ipsas equi nares directam desiderium pictoris coëgit explere.[23] Itaque quod ars adumbrare[24] non valuit, casus imitatus est.

[b] *Ituque in illa tabella, in qua haruspex, amici, et frater lacrymas effundere videntur, pictor reliquit affectui spectantis judicandum, quantus esset patris luctus.*

[c] *Eximius pictor equum ab exercitatione redeuntem pinxerat tanta industria, ut vivus videretur.*

Kappius.—19 Badius legit *Orestem*, quod probat Glareanus.—20 Ita Pigh. ex Cauch. cum ante editum esset *amici;* unus Brand. et Ultraj. 1. habent etiam *amicorum;* ceteri omnes *amici.* Deinde inter *æstimandum* et *existimandum* fluctuant codd.—21 'Quod Pighius ut diversam lectionem in marg. posuerat, id Colerus recepit in textum; scripsitque *terebatur;* id quod idem et in Dan. observavit: ipse quoque in utroque Brand. id observo; habetque non aliter Herbip. Pighius ediderat *tenebatur.*' Vorst. '*terebatur* habent Leid. quint. Ultraj. sec. Donac. et pro v. l. Bit. prim. et Mog.' *Torren.*—22 Panci codd. et edd. ante Pigh. *et eam veluti.* Mox unus cod. Torren. omittit *tabulæ.* —23 Margo Pighii, Lipsii liber, Vet. Ultraj. 2. Donac. et Mog. *exemplare;* unde Lipsius *eximplere;* nonnulli *explanare;* multi codd. *explere.*—24 '*Itaque quod adumbrare* Pighius et eum secuti, ubi vitio typographi *ars* omissum notabat Gudius, habent enim hoc Edd. et Mss. præter Mog. et Ultraj. sec. omisit primus Colerus. Itaque revocavi.' *Torren.*

NOTÆ

us, Ulysses Græcorum duces, cum Homeri et Iliade et Odyssea, tum Æneide Virgilii notissimi. Idem quod Valerius, in Oratore narrat Cicero.

[1] *Præcipuæ artis pictor*] Sunt qui Apellem fuisse velint; Plinius tamen lib. xxxv. c. 10. id Nealci in equo, et Protogeni in cane contigisse testatur.

CAP. XII.

OPTIMIS ARTIUM MAGISTRIS CONCEDENDUM ESSE.

UT FACTUM APUD ROMANOS.

1 Furio et Cascellio in jure Prædiatorio.

APUD EXTERNOS.

1 Euclidi in geometria.
2 Philoni in architectura.
3 Apelli in pictura.

SUÆ autem artis unumquemque et auctorem,[1] et disputatorem optimum esse, ne dubitemus, paucis exemplis admoneamus.

1. Q. Scævola[a] legum clarissimus et certissimus vates, quotiescumque de jure prædiatorio[2] consulebatur, ad Furium, et Cascellium, quia huic scientiæ dediti erant, consultores rejiciebat. Quo quidem facto moderationem magis suam commendabat, quam auctoritatem minuebat,[3] ab his id negotium aptius explicari posse confitendo, qui quotidiano ejus usu callebant. Sapientissimi igitur artis suæ professores sunt, a quibus et propria studia verecunde, et aliena callide æstimantur.

EXTERNA.

1. Platonis quoque eruditissimum pectus hæc cogitatio attigit: qui conductores[b] sacræ aræ[4] de modo et forma

1 Hoc revocavit Vorstius; nam Pighius et Colerus unius Winck. lect. ediderunt, *actorem*. Mox Perizon. maluit *admoneamur*, quod habent Ultraj. 1. et Vet. *admonemur* Leid. 4. alter Torren. *admonemur*, et pro v. l. *admoneamus*. —2 Ita Pigh. ex codd. ut emend. Beroaldus, cum antea editum esset *prætorio*, ut in Brand. 1. 2. et multis codd. Torren. *prædiatorio* Leid. 5. Mox *qui huic* conj. Perizon. et sic Harl.—3 Dan. et Vet. *muniebat*, probante Colero. Deinde pro *callebat* Gudius conj. *pollebat*.—4 ' Ita veteres codices, tam Mss. quam typis expressi; nisi quod in uno cod. Pighius scriptum reperit *viæ sanctæ*. Sed putat tamen Pighius legendum esse *sacræ arcis;* quod et in

NOTÆ

[a] *Q. Scævola*] Auguris filius; et ipse dictus Augur. Cæsellii supra meminimus.

[b] *Conductores sacræ aræ* [*arcis*] Sic quidem emendavit Pighius, arcemque Minervæ intelligit; at quis nescit

ejus secum sermonem[5] conferre conatos, ad Euclidem[6 c] Geometram ire jussit, scientiæ ejus cedens, immo professioni.[d] *

2. Gloriantur Athenæ armamentario suo: nec sine causa; est enim illud opus et impensa et elegantia visendum. Cujus architectum Philonem ita facunde rationem institutionis suæ in theatro reddidisse constat, ut disertissimus populus non minorem laudem eloquentiæ ejus, quam arti tribueret.[7]

3. Mirifice et ille artifex,[e] qui in opere suo moneri se a sutore[8] de crepida, et ansulis[f] passus, de crure etiam disputare incipientem, supra plantam ascendere vetuit.†

ipsum textum intulit: ut intelligatur, Valerium agere de arce Minervæ, celeberrimo et magnificentissimo Athenarum ædificio. Verum quis dubitet arcem Minervæ jam ante Platonem extitisse?' *Vorst.* 'Codd. retinent *aræ*, nisi quod unus aut alter habet pro v. l. *viæ*. Nec dubitari potest, quin loquatur de ara Apollinis in Delo, ut Mitallerius explicuit, si inspiciatur Plutarch. Genio Socratis p. 529. Ed. Franc.' *Torren.*—5 'Sic uterque Ultraj. Leidd. quint. sept. Mog. Mediol. et Ascens. Sed scripti reliqui cum Ven. Ald. et ceteris: *modum et formam ejus secum sermone.* Non dubium est, quin Pighius recte alterum prætulerit.' *Idem.*—6 Ita omnes codd. et edd. vett. Mitallerius vero emend. *Eudoxum*, ex Plutarcho.—7 Ita Torren. ex codd. et edd. vett. vulgo *tribuerit.*—8 Novem codd. Torren. *est in opere sui muneris a sutore suo;* Ultraj. et Mog. *in opere sui moneri;* unde Torren. conj. *in opere sui muneris moneri se;* Harl. *in opere sui numinis eas sutorem suum.* Mox Dan. *et quidem sutorem de sura disputare incipientem.*

NOTÆ

arcem illam multo ante Platonem exstructam esse? quare scriptura vulgata mihi verior videtur, ita ut legendum sit: *conductores sacræ aræ.* Eamque aram Apollinis fuisse in Delo suspicatur Mitallerius.

c *Ad Euclidem*] Vereor, ut hæc tota historia sibi constare possit, cum Euclidis ætati ætas Platonis minime congruat: multo enim Euclide superior Plato fuit. Erat quidem Euclides Platonis tempore, qui Megara singulis noctibus Athenas ad Socratem muliebri veste discendi causa venire solebat: at ille Philosophus fuit, et Megaricorum Philosophorum princeps. Euclides vero Mathematicus, sive Megarensis, sive Gelous fuerit, floruit certe Ptolemæi Lagi temporibus. Quid Valerio in mentem venerit hoc scribere non video; viderint alii.

d *Immo professioni*] Quod ipse Philosophiam, Euclides vero Geometriam profiteretur.

* An. M. 3696. Ol. 105. 3. Urb. C. 395. Ant. Ch. 357.

e *Et ille artifex*] Apelles, qui, teste Plinio, pro foribus suis opera sua proponere consueverat, ut ipse, pone tabulam latitans, vitia quæ a quoque notarentur, corrigeret: feruntque a sutore reprehensum, quod in crepidis una intus pauciores fecisset ansulas;

NOTÆ

id quidem emendavit Apelles; at cum postero die sutor idem cruri nonnihil inesse vitii argueret, eum monuit Apelles ne supra crepidam sutor judicaret. Quod in proverbium abiit.

f *Ansulis*] Quibus calceamenta et vestimenta neetebantur.

† An. M. 3711. Ol. 109. 2. Urb. C. 410. Ant. Ch. 342.

CAP. XIII.

DE SENECTUTE MEMORABILI.[1]

IN ROMANIS.

1 M. Valerio Corvo sexies Cos.
2 L. Metello pont. max.
3 Q. Fabio Max. Verrucosso.
4 M. Perperna censorio.
5 App. Claudio Cæco.
6 Mulieribus, Livia, Terentia, et Clodia.

IN EXTERNIS.

1 Hierone Siciliæ, et Masinissa Numidiæ regibus.
2 Gorgia Leontino.
3 Xenophilo Chalcidensi.
4 Argantonio Gaditanorum rege.
5 Æthiopibus, Indis, et Epimenide Cnosio.
6 Gente Epiorum Ætola.
7 Danthone quodam, et Latmiorum regibus duobus.

SENECTUS quoque ad ultimum sui finem provecta, in hoc eodem opere, inter exempla industriæ, in aliquot claris viris conspecta est:[2] separatum tamen et proprium titulum habeat; ne, cui Deorum immortalium præcipua indulgentia affuit, nostra ornata[3] mentio defuisse existimetur: et simul spe[4] diuturnioris vitæ, quasi adminicula quædam dentur,

1 *Memorabili* in plerisque codd. et Vet. omittitur.—2 Lipsius legi jussit *esto*, improbante Perizonio.—3 ‘*Ornata* minus commodum visum est Lipsio: quod nimis superbe de se scripsisset Valerius. Commodum igitur ei subvenit codex Sambuci, in quo scriptum reperit: *ei nostra oratione mentio def. vid.* Et sane pro *ornata* rescribendum esse *oratione* et nobis videtur.’ *Vorst.* ‘*Ornata* tuentur Mss. omnes, nec aliud intelligit, quam mentionem quæ ornet, laudet senectutem, ut recte Perizonius monuit. Sed omnes etiam omittunt pronomen *ei* cum Mog. et Mediol. pro quo Ven. Ald. et ceteræ habent *et*. Ascens. tamen *ei*, quod millies omittitur: itaque Mss. secutus sum.’ *Torren.*—4 ‘Ita sane magno consensu codices. Non dubito tamen quin recte se habeat conjectura Lipsii putantis pro *spe* legendum esse *spei*.’ Vorst. Kappius explicat: Senectuti proprium titulum in opere meo assignavi eam quoque ob causam, quod ipse spem habeo diuturnioris vitæ, &c. Patet, inquit, ex hac explicatione nihil opus esse conjectura Lipsii, Vorstii, et Perizonii. Mox *quis* inter *fucere* et *posset* a Pighio intrusum iterum ex-

quibus insistens, alacriorem se respectu vetustæ felicitatis facere possit:[a] tranquillitatemque sæculi nostri, qua nulla unquam beatior fuit, subinde fiducia confirmet, salutaris principis incolumitatem ad longissimos humanæ conditionis terminos prorogando.[b]

1. M. Valerius Corvus[5 a] centesimum annum complevit: cujus inter primum et sextum consulatum quadraginta septem[6] anni intercesserunt: suffecitque integris viribus corporis non solum speciosissimis reipublicæ ministeriis, sed etiam exactissimæ agrorum suorum culturæ, et civis, et patrisfamilias optabile exemplum.*

2. Cujus vitæ spatium æquavit Metellus:[b] quartoque[7] anno post consularia imperia, senex admodum pont. max. creatus, tutelam cærimoniarum per duos et viginti annos, neque ore in votis nuncupandis hæsitante, neque in sacrificiis faciendis tremula manu, gessit.†

3. Q. autem Fabius Max.[c] duobus et sexaginta[8] annis auguratus sacerdotium sustinuit, robusta jam ætate id adeptus: quæ utraque tempora si inunum conferantur, facile sæculi modum expleverint.‡

[a] *Quibus quivis insistens possit se reddere alacriorem, considerando felicitatem qua multi etiam senes usi sunt.*

[b] *Extendendo vitam omnibus salutarem Principis nostri Tiberii ad terminos quos hominum vita habere potest longissimos.*

punxit Torrenius.—5 *Corvinus* Brand. 1. 2. codd. Torren. et edd. vett. *Corvus* est a Pighio. Cf. III. 2. 6.—6 Sic Camp. Cauch. Ultraj. prim. atque Fasti Capitolini. Ceteri cum omnibus editt. *et sex.* Scilicet duplex est numerandi ratio. Paulo post nonnulli codd. Torren. *non solus publicis ministeriis.*—7 Perizon. malit, *quarto qui.* In fine quinque codd. Torren. *se gessit.* Cf. III. 3. Ext. 1.—8 Plinius *sexaginta tribus;* Leid. 1. *duobus et qua-*

NOTÆ

[a] *M. Valerius Corvus*] Corvinus, de quo idem plane narrant Cicero in Catone, et Plinius lib. VII. c. 48. at eorum uterque inter primum et sextum Consulatum 46. annos numerat; ex fastis Capitolinis 47. annos intercessisse collegit Pighius.

* An. M. 3751. Ol. 119. 2. Urb. C. 450. Ant. Ch. 302.

[b] *Metellus*] Pius Numidici filius, et Syllæ socer. Id fere ad verbum exscripsisse videtur Valerius ex Ciceronis Catone.

† An. M. 4000. Ol. 181. 3. Urb. C. 699. Ant. Ch. 53.

[c] *Fabius Max.*] Cunctator. Valerio consentit Livius; Plinius vero annos auguratus 63. habet.

4. Jam de M. Perperna[d] quid loquar? qui omnibus, quos in senatum consul vocaverat, superstes fuit: septem quoque tantummodo, quos censor collega L. Philippi legerat, e patribus conscriptis reliquos vidit; toto ordine amplissimo diuturnior.*

5. Appii vero ævum[e] clade metirer, quia infinitum numerum annorum orbatus luminibus exegit, nisi quatuor filios, et quinque filias, plurimas clientelas,[f] rem denique publicam, hoc casu gravatus, fortissime rexisset. Quinetiam fessus jam vivendo, lectica se in Curiam deferri jussit, ut cum Pyrrho deformem pacem fieri prohiberet. Hunc

draginta; et sic Mog.—9 Ita edd. vett. et sic codd. fere omnes Torren. et Vet. quod probavit Gronovius, recepit Kappius. Aldus ediderat: *quos in senatu consul rogaverat;* neque sustinuit mutare Pighius, quamvis in codd. reperiret: *quos in senatum consul rogaverat;* quod habent etiam nonnulli codd. Torren. Alii codd. *quos in senatum consul convocaverat.* Mox Vet. et com-

NOTÆ

‡ An. M. 3850. Ol. 144. 1. Urb. C. 549. Ant. Ch. 203.

[d] *M. Perperna*] Lectorem hic admonere libitum est, Oliverium virum alioquin eruditum, ut in aliis, ita etiam in hoc nomine turpiter lapsum esse: cum enim Romæ quinque, sexve Perpernæ fuerint, quorum duo Consulares, Prætorii alii; tres eorum inter se plane diversos nominum deceptus similitudine confudit. Quem in errorem ne tute ipse incidas, hæc accipe. Tres præcipue homines ab Historicis memorantur, quibus omnibus idem Perpernæ nomen fuit: unus is, qui contra Aristonicum bellum in Asia Consul gessit, et paulo post obiit Pergami; alter Prætorius, qui et Sertorium in Hispania occidit, et jussu Pompeii cæsus est: neuter autem horum ad summam pervenit senectutem; sed tertius Perperna, qui cum Claudio Pulchro Consul, et cum L. Marcio Philippo Censor fuit, mortuusque Romæ est sub initium belli civilis Cæsariani, Lentulo et Marcello Consulibus, annos natus 98. Id ita esse didici, cum ex multis auctoribus, tum maxime ex Plinio lib. VII. c. 48. et Dione lib. XLI.

* An. M. 3968. Ol. 173. 3. Urb. C. 667. Ant. Ch. 85.

[e] *Appii vero ævum*] Hunc etiam locum, ut alia multa, Valerius repetiit a Cicerone, qui Appium Pyrrhi bello grandem admodum fuisse ex eo probat; quod 'decimo septimo anno post alterum Consulatum, fœderis cum Pyrrho disturbandi gratia,' in Curiam venerit; et inter duos Consulatus anni decem interfuissent, Censorque ante Consulatum superiorem fuisset.

[f] *Plurimas clientelas*] Tenebat enim non modo auctoritatem, sed etiam imperium in suos; metuebant servi, verebantur liberi, carum omnes habebant; vigebat in illa domo et mos patrius et disciplina. Ita Cicero in Catone. De illius cæcitate et fœdere cum Pyrrho diximus lib. I. c. 1. n. 17.

cæcum aliquis nominet,[10] a quo patria quod honestum erat, per se parum cernens, coacta est pervidere?[†]

6. Muliebris etiam vitæ spatium non minus longum in compluribus apparuit; quarum aliquas strictim retulisse me satis erit. Nam et Livia Rutilii[g] septimum et nonagesimum, et Terentia Ciceronis[h] tertium et centesimum,[11] et Clodia Aufilii,[12] quindecim filiis ante amissis,[13] quintum decimum et centesimum explevit annum.

EXTERNA.

1. Jungam his duos reges, quorum diuturnitas populo Romano[14] fuit utilissima. Siciliæ rector Hiero[i] ad nonagesimum annum pervenit.* Masinissa, Numidiæ rex, hunc modum excessit, regni spatium sexaginta annis[15] emensus, vel ante omnes homines robore senectæ admirabilis. Constat eum, quemadmodum Cicero refert libro quem De Senectute scripsit, nullo unquam imbre, nullo frigore, ut caput

plures codd. *septemque tantummodo.*—10 Tres codd. Torren. *quis nominet.* Duo codd. delent *per se.* Deinde sex, *coacta est providere* ut in vulgg.—11 Plinius scribit, *CXVII.*—12 Ita Pighius, cum antea editum esset *Auli filia*, quia in tribus codd. *Aulifi* reperit, et sic unus Brand. Par. 4. et Barb. 1. alter Brand. *Aulifili*, ut in Ultraj. 1. *Alisi* Leid. 1. *Aulifi* Leid. 5. *Auli filia* in ceteris codd. Torren. et Mog. *Olifilii* Plinius.—13 'Hoc recte Pighius prætulit vulgato *enixis.* Nam non de multiplici partu, sed de iis, qui aliis supervixerunt, agitur. *amissis* cum sat multis Mss. habet quoque Vet.' *Kapp.* Habent etiam Brand. 1. 2. codd. Torren. Herbip. Aldd. et Chalc.—14 *Reip. nostræ* Par. 3. et Mog. cum vulgg.—15 Leid. 1. *quadraginta annis.* Mox vulgo ante Pigh. *et* pro *vel*, ut in quinque codd. Torren. sed *vel* omittunt Ultraj. 1. et

NOTÆ

† An. M. 3775. Ol. 125. 2. Urb. C. 474. Ant. Ch. 278.

g *Livia Rutilii*] Uxor. Ut enim apud Græcos liberi a parentibus, sic apud Romanos uxores a maritis appellabantur: sic Julia Pompeii, Cæcilia Crassi, Calphurnia Cæsaris.

h *Terentia Ciceronis*] A Cicerone eo nomine repudiata, quod ejus domum ære alieno oppressam reliquisset, nupsit Sallustio: puellam locupletem postea duxit Cicero, quam etiam haud multo post dimisit, quod nullum ex Tulliolæ interitu dolorem præ se tulisset.

i *Hiero*] Non est hic operæ pretium multa de Hierone et Masinissa addere, cum eorum sæpe antea mentionem fecerimus: quæ de Masinissa memorat Valerius, ex Ciceronis Catone, ut ipse indicat, mutuatus est; sicut ea quæ sequuntur de Gorgia Leontino.

* An. M. 3838. Ol. 141. 1. Urb. C. 537. Ant. Ch. 215.

suum veste tegeret, adduci potuisse. Eundem ferunt aliquot horis in eodem vestigio perstare solitum, non ante moto pede, quam consimili labore juvenes fatigasset: at si quid agi a sedente [16] oporteret, toto die sæpenumero nullam in partem converso corpore in solio durasse. Ille vero etiam exercitus equo insidens noctem diei plerumque jungendo duxit: nihilque omnino ex iis operibus, quæ adolescens sustinere assueverat, quo minus senectute [17] ageret, omisit. Veneris etiam usu ita semper viguit, ut post sextum et octogesimum annum filium generarit,[18] cui Methymnato nomen fuit. Terram quoque, quam vastam et desertam acceperat, perpetuo culturæ studio frugiferam reliquit.

2. Gorgias etiam Leontinus,[j] Isocratis, et complurium magni ingenii virorum præceptor, sua sententia felicissimus. Nam cum centesimum et septimum ageret annum, interrogatus 'quapropter tamdiu vellet in vita remanere:' 'Quia nihil,' inquit, 'habeo, quod [19] Senectutem meam accusem.' Quid isto tractu ætatis aut longius, aut beatius? Jam alterum sæculum ingressus, neque in hoc querelam ullam invenit, neque in illo reliquit.‡

3. Biennio minor Xenophilus [20] Chalcidensis Pythagoricus, sed felicitate non inferior. Siquidem, ut ait Aristoxe-

Barb. *veste* est inter lineas Barb. primi.—16 Ita Brand. 1. 2. novem Torren. et edd. vett. *agere assidentem* Pigh. aliique cum Vet. *agi a sed* Barb. 1. *si quid agi assidentem* Ultraj. 1. *oportuisset* Leid. 5.—17 Ita edd. vett. cum codd. fere omnibus; Pigh. vero ex Atreb. *quum illam senectutem;* et sic Ultraj. 1. *cum senectutem* Sus. et Pulm. Lect. nostram restituit Vorst.—18 Complures codd. Torren. *generaret.* Mox Brand. 1. *Methymno;* Brand. 2. *Mechimnio;* codd. Torren. sic variant, *Mechinio, Methymno, Mechinno, Methynio, Methenno, Methinio,* quod ultimum est in Mog. *Mechino* Venett. *Methymato* Mediol. 3. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. Paulo post Barb. 1. Leid. 6. et Ultraj. 1. *perpetuæ;* Ultraj. 2. *perpetue.*—19 Harl. Barb. prim. Leidd. prim. quint. et Ultraj. prim. *quo;* Harl. omittit *meam.* Idem *seculum aggresso.* Ultraj. prim. *Quid isto gradu ætatis.*—20 Duo codd. Torren. *Zeno philosophus.*—21 Ultraj.

NOTÆ

† An. M. 3904. Ol. 157. 3. Urb. C. 603. Ant. Ch. 149.

j *Gorgias etiam Leontinus*] Empedoclis discipulus, et Isocratis præceptor; cui annos 107. tribuit Cicero, 108. Plinius, 109. Quintilianus.

‡ An. M. 3627. Ol. 88. 2. Urb. C. 326. Ant. Ch. 426.

nus[k] musicus,[21] omnis humani incommodi expers, in summo perfectissimæ splendore doctrinæ extinctus est.

4. Arganthonius[22] autem Gaditanus tamdiu regnavit, quamdiu etiam ad satietatem vixisse abunde foret. Octoginta enim annis patriam suam rexit, cum ad imperium quadraginta[23] annos natus accessisset: cujus rei certi sunt auctores.[l] Asinius etiam Pollio,[m] non minima pars Rom. styli, in tertio Historiarum suarum libro, 'centum illum et triginta[24] annos explesse' commemorat: et ipse nervosæ vivacitatis haud parvum exemplum.[c]

5. Hujus Regis consummationem annorum minus admirabilem faciunt Æthiopes:[n] quos Herodotus[o] scribit

[c] *Et ipse magnum exemplum vitæ diuturnæ.*

1. delet *musicus:* duo codd. *in perfectissimo doctrinæ splendore.*—22 Codd. Torren. fere *Archatonius,* vel *Archatonus: Arganthonius* tamen Ultraj. sec. et Mog. Ven. *Archatonius;* Mediol. *Argathonius.*—23 Ita Brand. 1. 2. et multi codd. Torren. cum Mog. Mediol. et Ascens. *sexaginta* Aldd. &c. ut in Ultraj. 1. qui etiam exhibet *natu;* Bitur. 1. *nactus quadragenarios.*—24 Quatuor codd. *viginti,* ut edidit Pighius; *triginta* in aliis et edd. vett. Perizon. delet *illum.* Mox edd. ante Pigh. *numerosæ,* quod soli habent Ultraj. 1. 2. et Copes.—25

NOTÆ

[k] *Aristoxenus*] Aristotelis discipulus; vir, teste S. Hieronymo, longe doctissimus, qui præter Musica, et Historica et Philosophica scripsit, ex Suida.

[l] *Certi sunt auctores*] Herodotus lib. I. Cicero in Catone, Plinius lib. VII. Lucianus ex Anacreonte illum 150. annos vixisse tradit.

[m] *Asinius etiam Pollio*] Hujus nominis princeps, vir summos honores assecutus; quippe qui duos gesserit Consulatus, et de Dalmatis triumpharit: Antonio ad pugnam Actiacam fidus, Cæsareque ut secum ad bellum veniret hortante: 'Mea,' inquit, 'in Antonium merita majora sunt, illius in me beneficia notiora: itaque discrimini vestro me subtraham, et ero præda victoris.' Primus Romæ Bibliothecam aperuit, et res Græcorum Latine scripsit, ut auctor est Suidas. Præter orationes et tragœdiam historiarum libros 17. reliquit. Eum a bello civili scribendo deterret Horatius II. Od. 1. 'Periculosæ plenum opus aleæ tractas,' &c.

[n] *Æthiopes*] Æthiopia duplex, superior et inferior; prima sub Ægypto inter Nilum et sinum Arabicum, nunc *les Abyssins:* altera extra Aquatorem extenditur, et antiquis ignota fuit, hodie *Monomotapa, Congo, &c.*

[o] *Herodotus*] Halicarnasseus; Artaxerxis Longimani temporibus floruit: temporum omnium memoriam usque ad navalem apud Mycalem pugnam novem libris complexus est, quibus ex singularum Musarum nomine an ipse, an alius quispiam nomen fecerit, obscurum est.

'centesimum et vigesimum [25] annum transgredi.' Et Indi,[p] de quibus Ctesias[q] idem [26] tradit. Et Epimenides Cnosius: [27] [r] quem Theopompus[s] dicit 'septem et quinquaginta et centum annos vixisse.'

6. Hellanicus[28] [t] vero ait, 'quosdam ex gente Epiorum,'[u] quæ pars est Ætoliæ, 'ducentos explere annos:'[v] eique

Vulgo, *tricesimum*, ut in Par. 3. Barb. 1. Bitur. 1. et Ultraj. 1. reliqui *vigesimum* cum Mog. quod reposuit Pighius.—26 Ita Coler. ex Venett. probante Perizonio; *quidem* septem codd. et edd. vett. e quibus aliquot *Esevas*, item *Eseias*, et *Oseias* habent: *Eseias* Mog. Barthius legebat, *quasi idem*.—27 Pro *Cnosius* aliquot codd. Torren. præferunt *Gnosius*.—28 Ita Copes. duo Torreniani *Tellanecus;* sex cum Mog. *Tellanicus;* unus *Telanicus;* unus *Thalinicus;* unus item *Tollanicus*. Mox codd. Torren. *Epiporum*, ut in Dan. et Mog. vel *Epypporum*, vel *Epirorum;* Winck. *Eliorum*, probante Pighio; *Epiriorum*

NOTÆ

[p] *Indi*] Quorum regio inter flumen Indum ad occasum, et Serum fluvium ad ortum extensa: duas in partes a Gange divisa est. Hodie *Indostan*.

[q] *Ctesias*] Cnidius Xenophonti æqualis: in eo quidem prælio, quo Cyrus junior occubuit, a Persis captus est; artis Medicæ peritia Regi commendatus, eum ex vulnere sanavit; tum apud ipsum gratiosus substitit annis septemdecim: quibus Assyria et Persica libris 23. et etiam Indica ex membranis, ut ipse affirmat, regiis conscripsit. In multis ab Herodoto dissidet, veritatisne amore, an secus, incertum: magnum enim est eruditis, uter eorum veriora scripserit, disceptandi argumentum. Ctesiam secuti sunt Diodorus Siculus, et Trogus Pompeius: Herodotum plerique alii.

[r] *Epimenides Cnossius*] Cretensis: Pythagoræ ætati suppar, ex Apuleio missus a patre, ut ovem rure deduceret, fessus æstu meridiano divertit in specum, ubi somno captus 77. annos ex Laërtio, 40. ex Pausania, 47. ex Eudemo, 46. ex aliis dormiisse fertur: experrectus vero, ratus se dormiisse paululum, ovem quærebat; qua non inventa, reversus domum a fratre juniore jam sene vix agnitus est: multa versuum millia scripsit. Annos 153. Plinius, 290. Laërtius eum vixisse memorat: eum a Lacedæmoniis interfectum refert Pausanias.

[s] *Theopompus*] Chius, Isocratis discipulus: Philippicam Historiam libris 48. summa diligentia composuit. Historiæ suæ cum vellet ex sacris literis nonnihil inserere, mentis impos per triginta dies fuisse perhibetur a Josepho et Agathia.

[t] *Hellanicus*] Ex Hellanico diversa citat Athenæus; quæ an sint Hellanici Mitylenæi, an Milesii, dubium est. Hic Milesius intelligitur.

[u] *Ex gente Epiorum*] Alii *Epipiorum* legunt; Colerus *Epiriorum*, qui iidem ac Acarnanes; Pighius, *Eliorum:* qui et Epii ab Epeo Rege dicti sunt.

[v] *Ducentos explere annos*] Hæc omnia fabulosa non immerito scribit Plinius; idque ex varietate provenisse annorum, quos alii sex mensium, alii trium constituissent.

subscribit Damastes[w] hoc amplius affirmans, 'Lictorium quendam ex his maximarum virium, staturæque præcipuæ, trecentesimum annum cumulasse.'

7. Alexander[x] vero in eo volumine, quod de Illyrico tractu composuit, affirmat 'Danthona[29] quendam ad quingentesimum usque annum nulla ex parte senescentem processisse.' Sed multo liberalius Xenophon,[y] cujus περίπλους[30 z] legitur: is enim Latmiorum[31 a] regem octingentis vitæ annis donavit. Ac ne pater ejus parum benigne acceptus videretur, ei quoque sexcentos assignavit annos.

conj. Coler. Pro *ducentos*, alii *ducenos*; et *Litorium*, pro *Lictorium*.—29 Variant scripti hoc modo, *Dandonem*, *Dandona*, *Dadonam*, *Donidonem*, *Dedonam*, *Clancelonam*, *Clavonam*, et *Latunonam*. *Dandonem* legitur apud Plinium. Sed Harduinus putat rectius legi posse utrobique, *Datona*.—30 Pigh. ex Camp. et Winck. περὶ πλοῦς· alii, περὶ γήρως legunt ut in edd. vett.—31 'Sic recte restituit Vorst. pro Pighiano: *insulæ enim Lachmiorum*. Paulo ante Vet. *Xenophontinus ttepittaoc*, i. e. ΠΕΡΙΠΛΟC, et sic fere semper Græea expressit, ut iutelligi possit, Codicem, ex quo Vet. fluxit, ad antiquissimum exemplar descriptum fuisse.' *Kapp*.

NOTÆ

[w] *Damastes*] Hellanico Milesio æqualis, Hellespontius; Scriptor Straboni minus probatus: illius meminerunt et Dionysius et Stephanus.

[x] *Alexander*] Cornelius Alexander vocatur a Plinio: illius, ni fallor, est mentio apud Strabonem lib. XIII. Illius verba nihil opus est ascribere.

[y] *Xenophon*] De quo lib. VI. c. 10. jam diximus. Thucydidis Ἑλληνικὰ persecutus est; scripsit etiam et Κύρου junioris Ἀνάβασιν, et senioris Παιδείαν: at non ad historiæ fidem, sed ad effigiem justi imperii.

[z] Περίπλους] Citatur quidem a Plinio Xenophon in periplo; vulgo tamen legitur, περὶ γήρως.

[a] *Latmiorum* [*Lachmiorum*] Hæc scriptura vera est et germana, licet alii, *Lamorum*, alii, *Maritimorum* legant.

CAP. XIV.

DE CUPIDITATE GLORIÆ.

IN ROMANIS.

1 P. Africano Majore.
2 De Bruto Gallaico.
3 Cn. Pompeio Magno.
4 Sylla Felice.
5 Equite quodam.
6 C. Fabio Pictore.

IN EXTERNIS.

1 Themistocle Atheniensi.
2 Alexandro Magno.
3 Aristotele Stagirite.
4 Pausania Macedone.
5 Herostrato.

Gloria vero, aut unde[1] oriatur, aut cujus sit habitus, aut qua ratione debeat comparari, et an melius a virtute, veluti non necessaria, negligatur,[a] viderint ii, quorum in contemplandis hujusmodi rebus cura teritur; quibusque illa, quæ[2] prudenter animadverterunt, facunde contigit eloqui. Ego in hoc opere factis auctores, et auctoribus facta sua reddere contentus, quanta cupiditas ejus esse soleat, propriis exemplis demonstrare conabor.

1. Superior Africanus Ennii poëtæ[a] effigiem in monumentis Corneliæ[b] gentis collocari voluit, quod ingenio ejus opera sua illustrata judicaret: non quidem ignarus, quamdiu Romanum imperium floreret, et Africa Italiæ pedibus esset subjecta, totiusque terrarum orbis summum columen[3] arx Capitolina possideret; eorum extingui me-

[a] *An quasi non necessaria sapientius negligatur ab homine virtutis studioso.*

1 Sic Torrenius ex codd. cum Pighius dedisset: *Gloria autem unde;* cdd. vett. ante Pigh. *Gloria vero unde.*—2 Aliquot codd. Torren. *ejusmodi.* Mox vulgg. ante Pighium: *quibusque etiam quæ;* complures Mss. *quibusque quæ;* aliquot tamen: *quibus illa quæ;* et sic Mog. sed Leid. sext. *quibuscumque etiam quæ.* Deinde Ultraj. 2. Copes. et Mog. *animadverterint;* Leid. 4. *animudvertunt.* Mox *contingit.*—3 Ven. Mediol. Aldus et ceteri, *culmen;* Mog. et Mss. *columen,* quod Pighius restituit. Paulo post Cauch. et Winck. *Sed tamen l. q.*

NOTÆ

[a] *Ennii Poëtæ*] Rudiæ, quod Calabriæ oppidum est, natus Ennius; unde 'Rudinus' ab Ausonio, 'Rudius' a Tullio dicitur: Tarenti tamen natum volunt Eutropius, Euseb. et Hieronymus. A Catone Majore Romam deductum tradit Æmilius Probus.

moriam non posse: si tamen literarum quoque lumen illis accessisset, magni æstimans. Vir Homerico, quam rudi atque impolito[4] præconio dignior.*

2. Similiter honoratus[5] animus erga poëtam Accium D. Bruti,[c] suis temporibus clari ducis, extitit: cujus familiari cultu, et promta laudatione delectatus, ejus versibus templorum aditus, quæ ex manubiis consecraverat, adornavit.

3. Ne Pompeius quidem Magnus ab hoc affectu[6] gloriæ aversus: qui Theophanem[d] Mitylenæum, scriptorem rerum suarum, in concione militum civitate donavit: beneficium per se amplum accurata etiam et testata[7] oratione prosecutus. Quo effectum est, ut ne quis dubitaret, quin referret potius gratiam, quam inchoaret.

l. i. accessisse. Edidit Pighius *si ... accessisse,* et margine habet, *sed.* Sed reposuit vulgatam lectionem Vorstius, convenienter ceteris Mss. Cum Pighio facit Vet.—4 Ita omnes codd. et edd. vett. 'Barth. Adv. XIX. 15. scribit, in vetere cod. se reperisse *rudi eoque impolito:* suspicaturque a Valerio scriptum fuisse *Rudio eoque impolito:* ut ad Ennii patriam, quæ Rudia, alludatur. Mihi lectio vulgaris magis placet.' Frustra Barthium sic emendasse, monuit etiam Heins. ad Vell. II. 9. 3.—5 *Similiter gratus* conj. Guy. Mox P. Scriverius in testimoniis de Accio ante Collectanea veterum Tragicorum citat *Decii Bruti,* ut est in vulgatis Edd. etiam apud Ciceronem, legit *Decius quidem Brutus,* cum fuerit *Decimus.* Deinde Leid. quart. *ex suis manubiis.*—6 Harl. *effectu,* ut est in vulgg. sed *affectu* codd. fere cum Mog. et Mediol. retinent.—7 Codd. tres Torren. *et attestata;* Leid. 5. *etiam testata.* Perizon.

NOTÆ

[b] *In monumentis Corneliæ*] Ita etiam Cicero pro Archia: 'Carus fuit Africano superiori noster Ennius; itaque in sepulcro Scipionum putatur is esse constitutus ex marmore.' Illius etiam epitaphium celebrat: 'Aspicite, o cives, senis Ennii imaginis urnam; Hic vestrum pinxit maxima facta patrum. Nemo me lacrymis decoret; nec funera fletu Faxit: quor? volito docta per ora virum.'

* An. M. 3864. Ol. 147. 3. Urb. C. 163. Ant. Ch. 189.

[c] *Accium D. Bruti*] De Accio et D. Bruto egimus supra. Fuit ille Poëta Tragicus, qui sene Pacuvio tragœdiam edere cœpit: hic Brutus Callaicus vir literis tum Latinis tum Græcis, ut temporibus illis, eruditus.

[d] *Theophanem*] Poëtam Græcum, cujus meminit Cicero ad Atticum, his verbis: 'Velim te ex Theophane respicere, quonam in me animo sit Arabarches:' quo nomine nec Cæsarem, nec Antonium, sed Pompeium intelligit. Apud Pompeium potuisse plurimum testantur, et Cæsar in hello civili, et Cornelius Tacitus, qui divinos honores post mortem illi a Græcis tributos prodidit.

4. L. autem Sylla, etsi ad neminem scriptorem[8] animum direxit, tamen Jugurthæ a Boccho[e] rege ad Marium perducti totam sibi laudem tam[9] cupide asseruit, ut annulo, quo signatorio utebatur, insculptam illam traditionem[f] haberet. Et quantus[10] postea! ne minimum quidem gloriæ vestigium contemsit.

5. Atque ut imperatoribus gloriosum militis spiritum subnectam, Scipionem[g] dona militaria iis, qui strenuam operam ediderant, dividentem, T. Labienus,[h] 'ut forti equiti aureas armillas tribueret,' admonuit: eoque negante 'se id facturum, ne castrensis honos in eo, qui paulo ante servisset, violaretur,' ipse ex præda Gallica aurum equiti largitus est. Nec tacite id Scipio tulit: nam equiti,[11] 'Habebis,' inquit, 'donum viri divitis.' Quod ubi ille accepit, projecto ante pedes Labieni auro, vultum demisit. Idem ut audiit Scipionem dicentem, 'Imperator te argenteis armillis donat:' alacer gaudio[12] abiit.† Nulla est ergo tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.

conj. *etiam recitata.*—8 Sic Pighius; in multis Edd. ante ipsum erat, *ad neminem scriptorum.* Mox Harl. et Leidd. duo, *direxerit:* nonnulli *Occho*, vel *Occo rege.* Duodecim codd. Torren. *ad Marium perducto*, vel *producto;* ut in quibusdam edd. sed Ultraj. 2. Leid. 6. et Mog. *perducti.*—9 Sic Pigh. cum codd. et Mog. *tam* omittunt vulgg. Deinde *insculptam* refinxit Pighius e suis codd. quod firmant plerique Torreniani et Mog. *scalptam* Aldd. Colin. et Gryph. *sculptam* Venett. Mediol. Ascens. et Steph.—10 *Et quantus quantus* conj. Perizon.—11 Codd. Torren. longe plurimi, *namque equiti*, ut extat quoque in Mog.—12 Harl. Bitur. 1. et Leid. 6. *alacri gaudio.* Sed cf. Burm.

NOTÆ

[e] *A Boccho*] Mauritaniæ Rege, a quo Jugurtha Syllæ traditus est, uti narrat pluribus Sallustius.

[f] *Insculptam illam traditionem*] Hinc prima Marium inter et Syllam dissidii causa; quod capti Jugurthæ gloriam uterque sibi vindicaret.

[g] *Scipionem*] Metellum, Pompeii socerum, qui a Cæsare in Africa victus est.

[h] *T. Labienus*] Duo Labieni, pater et filius, ab Historicis memorantur; quorum alter pro Romanis, primum contra Gallos, deinde contra Cæsarem; alter pro Parthis contra Romanos bellum fecit: pater vir bello fortissimus sub Cæsare legatus in Gallia res magnas gessit; ubi vero ad Pompeium defecit, tribus in præliis, ad Pharsalum, ad Uticam in Africa, ad Mundam victus est: quorum in extremo fortiter dimicans cecidit. Filius vero a Pompeio missus ad Parthos in Syria Romanos fudit sæpius; sed tandem cum Pacoro victus a Ventidio cæsus est.

† An. M. 4008. Ol. 183. 3. Urb. C. 707. Ant. Ch. 45.

6. Illa vero etiam a claris viris interdum ex humillimis rebus petita est. Nam quid sibi voluit C. Fabius[i] nobilissimus civis? qui cum in æde Salutis,[j] quam C. Junius Bubulcus dedicaverat, parietes pinxisset, nomen his suum inscripsit. Id enim demum ornamenti familiæ consulatibus, et sacerdotiis,[13] et triumphis celeberrimæ deerat. Ceterum sordido studio deditum ingenium qualemcumque illum laborem suum silentio obliterari noluit:[b] videlicet[14] Phidiæ secutus exemplum,[k] qui clypeo Minervæ effigiem suam inclusit, qua convulsa, tota operis colligatio solveretur.‡

EXTERNA.

1. Sed melius aliquanto, si imitatione aliena capiebatur,[15] Themistoclis ardorem esset æmulatus: quem ferunt stimulis virtutum agitatum, et ob id noctes inquietas exigentem, quærentibus, 'quid ita eo tempore in publico versaretur,' respondisse: 'Quia me tropæa Miltiadis de somno excitant.' Marathon nimirum animum ejus[l] ad Artemisium, et Salamina,[16] navalis gloriæ fertilia nomina, illus-

[b] *Cæterum Fabius deditus humili pingendi studio noluit qualemcumque laborem suum silentio deleri.*

ad Phædr. II. 5. 21.—13 Aliquot codd. Torren. et Mog. *consularibus et sacerdotibus.* Eadem cum Vet. et Par. 1. 2. *celeberrimum dederat;* decem codd. cum Venett. *celeberrimum deerat.*—14 Hic in ed. Oliver. incipiunt exempla externa.—15 Unus atque item alter *captus.*—16 'Ita textum constituit Perizonius, cujus emendationem in textum recipere Torrenius non dubitavit. Miltiadis tropæa excitabant Themistoclem, ad quæ referenda est victoria Miltiadis de Persis ad *Marathona.* Sed *Artemisium* et *Salamis* non erant tropæa Miltiadis, quæ Themistoclem excitare poterant, immo ipse hæc loca victoriis suis illustravit. Hinc patet Pighii lect. *et A. et Salamis ... incitabant* stare non posse. Omnes libri habent quoque *Salamina* in casu quarto,

NOTÆ

[i] *C. Fabius*] Pictor vulgo dictus, vel quod pictura delectaretur, vel quod ædem Salutis pingi curaverit.

[j] *In æde Salutis*] Quam in bello Samnitico Consul vovit, locavit Censor, Dictator dedicavit. De Bruto antea.

[k] *Phidiæ exemplum*] Qui sui similem speciem inclusit in clypeo Minervæ, cum nomen inscribere non liceret, ut auctor est Cicero Tuscul. lib. I.

‡ An. M. 3752. Ol. 119. 3. Urb. C. 451. Ant. Ch. 302.

[l] *Marathon nimirum animum ejus*] De Miltiadis victoria lege lib. I. c. 7. Ext. n. 9. de Themistoclis tropæis lib. I. c. 5. n. 1. De Anaxarcho lib. III. c. 3. de Democrito lib. VIII. c. 7.

tranda tacitis facibus incitabat. Idem theatrum petens, cum interrogaretur, 'cujus vox auditu illi futura esset gratissima,' dixit: 'Ejus a quo artes meæ canentur optime.' Dulcedinem gloriæ pæne adjecit gloriosam.[17] [c]

2. Jam [18] Alexandri pectus insatiabile laudis, qui Anaxarcho comiti suo, ex auctoritate Democriti præceptoris innumerabiles mundos esse referenti, 'Heu me,' inquit, 'miserum, quod ne uno quidem adhuc potitus sum!' Angusta homini possessio gloriæ [19] fuit, quæ Deorum omnium domicilio sufficit.*

3. Regis, et juvenis, flagrantissimæ cupiditati [20] similem Aristotelis in capessenda laude sitim subnectam. Is namque Theodecti [21] [m] discipulo oratoriæ artis libros, quos ederet, donaverat: molesteque postea ferens titulum eorum sic alii cessisse, proprio volumine quibusdam rebus insistens, 'planius sibi de his in Theodectis libris dictum esse' adjecit.† Nisi me tantæ et tam late patentis scientiæ vere-

[c] *Illud pæne adjecit: O dulcedinem gloriæ gloriosam.*

non *Salamis.*' Kapp.—17 'Ita Pighius ex veteribus libris scribendum putavit; cum Aldus edidisset, *Dulcedini gloriæ pæne adjecit gloriam.* Emendationem Pighii probat Lipsius; sed ita ut pro *adjecit* legendum putet *adjeci*, et orationem distinguat sic: *Dulcedinem gloriæ, pæne adjeci, gloriosam:* ut exclamatio sit hoc sensu: O dulcedinem gloriæ, tantum non dixerim gloriosam. Denique ut legendum conjecit Lipsius, in Dan. diserte scriptum reperit Colerus. Quatenus Pighius emendationem fecit, confirmat eam unus Brand. et Chalc. et Herbip.' *Vorst.* 'Fluctuant Mss. inter, *Dulcedini gloriæ pæne adjecit gloriam*, et *Dulcedinem gloriæ pæne adjecit gloriosam;* hoc tamen habent plures, etiam Mog. quod vero Colerus testatur scriptum se reperisse in Dan. id utique nusquam invenio. Multi Mss. pro *canentur* habent *canerentur.*' —18 *Nam* multi codd. et edd. ante Pighium; sed omittunt particulam Ultraj. 1. 2. unus Leid. et Mog.—19 Sic omnes Mss. et editt. Perizonius tamen non dubitat, *gloriæ* a glossa esse, quocum facit Torrenius, nescio an vere. *suffecit* est in Ultraj. 1. Leid. 2. et Mog. unus et alter cod. *hominis.*— 20 Steph. *cupiditatis*, quem Pighius, et hunc ceteri sunt secuti: sed cum codd. et ceteræ edd. *cupiditati* exhiberent, hoc reponendum curavit Torrenius.—21 *Theodocti* Sarisb. multi codd. Torren. Vet. et Mog.—22 Ita omnes

NOTÆ

* An. M. 3728. Ol. 113. 3. Urb. C. 427. Ant. Ch. 325.

[m] *Theodecti*] Orator fuit Cilix genere, Platonis discipulus: tragœdias 50. scripsisse dicitur.

† An. M. 3722. Ol. 112. 1. Urb. C. 421. Ant. Ch. 331.

cundia teneret, dicerem dignum philosophum, cujus stabiliendi mores altioris animi philosopho traderentur.[d] Ceterum gloria ne ab his quidem, qui contemtum ejus introducere[22] conantur, negligitur: quoniam quidem ipsis voluminibus nomina sua diligenter adjiciunt; ut quod professione elevant, usurpatione memoriæ assequantur.[23] Sed qualiscumque horum dissimulatio proposito illorum longe tolerabilior est, qui, dum[24] æternam memoriam assequerentur, etiam sceleribus innotescere non dubitarunt.

4. Quorum e numero nescio an in primis Pausanias debeat referri. Nam[25] dum Hermoclem percontatus esset, 'quonam modo subito clarus posset evadere,' atque is respondisset, 'si illustrem virum aliquem occidisset, futurum ut gloria ejus ad ipsum redundaret;' continuo Philippum interemit.[n] Et quidem quod petierat, assecutus est; tam enim se parricidio, quam Philippus[26] virtute, notum posteris reddidit.‡

5. Illa vero gloriæ cupiditas sacrilega: inventus est enim qui Dianæ Ephesiæ templum[o] incendere vellet, ut opere

[d] *Nisi tantum et tam longe patentem Aristotelis doctrinam honore prosequerer, dicerem illum ob suam inconstantiam dignum esse, cujus mores ab alio Philosopho animi firmioris ad constantiam majorem instruerentur.*

codd. Torren. et edd. vett. duo Pighiani exhibent *intrudere;* unus Brand. *inducere,* quod æque commodum putat Vorstius.—23 Pro *assequantur,* quod Torren. restituit, Pighius cum ceteris *consequantur.*—24 Sic Aldd. et revocavit Vorst. probante Torrenio: at Pigh. pro *dum* scripsit *dummodo,* et pro *assequerentur,* quod Brand. 1. 2. et omnes Torren. firmant codd. posuit *assequantur.* Ultraj. 1. habet *ut* pro *dum,* quod servant alii codd.—25 *Nam* deest in edd. vett. addidit Pighius convenienter cum codd. et Mog. qui fere habent: *Nam cum Hermoclen.* Brodæus *Hermocratem;* quod Colerus in textum recepit: Copes. *Hermodoclem;* ceteri *Hermoden.*—26 Ultraj. 1. *tantum*

NOTÆ

[n] *Philippum interemit*] Non gloriæ asciscendæ causa, ut vult Valerius; sed injuriæ, quam ab Attalo passus erat, ulciscendæ. Sed de his supra lib. I. cap. 8. num. 9.

‡ An. M. 3718. Ol. 111. 1. Urb. C. 417. Ant. Ch. 335.

[o] *Dianæ Ephesiæ templum*] Eadem nocte, qua natus est Alexander. Unde Timæus apud Ciceronem dicit, id minime esse mirandum, quod Diana, cum in partu Olympiadis adesse voluisset, abfuisset domo. Templum illud ter exstructum est, teste Strabone; utque secundum primo, sic tertium secundo et magnitudine et

pulcherrimo consumto, nomen ejus per totum terrarum orbem disjiceretur.[27] Quem quidem mentis furorem eculeo impositus detexit. At bene[28] consuluerant Ephesii, decreto memoriam teterrimi hominis abolendo: nisi Theopompi magnæ facundiæ ingenium historiis[29] eum suis comprehendisset.*

enim . . . quantum Philippus.—27 ‘ Aldus et Chalc. ediderant *diffunderetur;* at Pighius in plurimis codd. reperit *disjiceretur:* ipsumque hoc pro altero illo subjecit. Notavit item in quibusdam codd. esse *dissereretur:* quod sane et de Brand. testari licet.’ *Vorst.* ‘ Codd. plerique *disiceretur*, et sic a m. sec. Copes. cum antiquior manus scripserit *disceretur;* cum quo convenit Cauchiani lectio *disseretur:* sic *disceretur* esset cognosceretur, quo sensu sæpe sumitur, et h. l. convenienter.’ *Perizon.* Paris. tert. Barb. prim. et Leidd. sec. tert. sext. *diffunderetur;* Leid. sec. *diffunderetur*, et pro v. l. *dissiceretur;* Bit. prim. *dississeretur;* Leid. quint. *esset diffuderetur;* Leid. prim. *discurreret;* quart. cum Ultraj. prim. *dissereretur;* Ultraj. sec. cum Leid. sept. et Mog. *disjiceretur.*—28 ‘ Codd. plures cum Mog. *Ac bene.* Adversativam tamen præferunt Leid. sext. cum Copes. Paris. utroque et Bit. atque illud magis placet. Pro *Ephesii* vulgo ante Pighium legebatur *Ephesi;* sed illud restituere coactus fuit jubentibus, credo, suis codd. certe in solo Leid. primo *Ephesi* invenio; *Ephesii* etiam Mog.’ *Torren.*—29 Omnes edd. jam inde usque a Venetis *in historiis;* sed Vet. et Mog. cum omnibus codd. Torren. delent præpositionem *in,* probantibus Torrenio et Kapp.

NOTÆ

ornamentis longe præstitit: secundum incendit Herostratus, id enim nominis huic homini fuit; tertiumque collectis undique opibus refectum est. Theopompi capite superiori meminimus.

* An. M. 3698. Ol. 106. 1. Urb. C. 397. Ant. Ch. 355.

CAP. XV.

QUÆ CUIQUE MAGNIFICA CONTIGERUNT.

ROMANIS.

1 P. Africano Majori.
2 M. Catoni censorio.
3 P. Scipioni Nasicæ.
4 P. Scipioni Æmiliano.
5 M. Valerio Corvino.
6 Q. Mucio Scævolæ.
7 C. Mario.
8 Cn. Pompeio Magno.
9 Q. Lutatio Catulo.
10 M. Catoni Uticensi.
11 L. Marcio eq. Rom.
12 Sulpiciæ Ser. F. Q. Flacci.

EXTERIS.

1 Pythagoræ Samio.
2 Gorgiæ Leontino.
3 Amphiarao vati.
4 Pherenicæ mulieri Græcæ.

CANDIDIS autem animis[1] voluptatem præbuerint in conspicuo posita, quæ cuique magnifica merito contigerunt:[a] quia æque præmiorum virtutis atque honorum contemplatio judicanda est;[2] ipsa natura nobis alacritatem subministrante, cum honorem industrie appeti, et exolvi grate videmus.[b][3] Verum etsi mens hoc loco protinus ad Augustam domum, beneficentissimum et honoratissimum templum, omni impetu fertur, melius cohibebitur: quoniam cui ascensus in cœlum patet, quamvis maxima, debito tamen minora sunt, quæ in terris tribuuntur.

1. Superiori Africano consulatus citerior legitimo tempore[a] datus est.[c] Quod[4] fieri oportere,[b] exercitus sena-

[a] *Quæ cuique gloriosa ex merito evenerunt, si palam proponantur, voluptatem animis nullo livore suffusis præbere possunt.*

[b] *Cum cernimus honorem, et summa cum industria appeti, et grato animo rependi.*

[c] *Ante tempus a legibus præscriptum datus est.*

1 *Candidatis autem viris* Copes. Deinde plures codd. *præbuerunt;* sed Leid. 5. Vet. et Ascens. *præbuerint.*—2 Ita restituit Vorst. et extat in Copes. Chalc. Herbip. et Lips. Thanneri; item inter var. lect. Par. 5. nec multum ab ea recedunt Vet. quinque codd. Torren. et unus Brand. qui exhibent *virtutes:* Aldd. Colin. Gryph. Steph. Pigh. et Coler. *virtus;* Ascens. aliique, *jucunda est.*—3 'Nonnulli Mss. *industria appeti* (vel *peti*) *et exsolvi gratia,* (vel *gratiæ*) *videmus;* Mog. *industrie appeti, et exsolvi grate videmus;* vulgg. *industriæ.* Paulo post pro *honoratissimum,* Leid. prim. *ornatissimum:* deinde duo, *cujus ascensus in cœlum patet:* neutrum bene.' *Torren.*—4 'Hic rursus audaculus fuit Pighius, quod hæc et proxime sequentia verba, usque ad *poposcerunt,* expunxit, et ad tertium ab hoc exemplum, quod est Scipionis

tum literis admonuit. Ita nescias, utrum illi plus decoris Patrum conscriptorum auctoritas, an militum consilium adjecerit. Toga enim Scipionem ducem adversus Pœnos creavit, arma poposcerunt. Cui quæ in vita præcipua assignata sunt, et longum est referre, quia multa; et non necessarium, quia majore ex parte jam relata sunt. Itaque, quod hodieque eximium capit, adjiciam.[5] Imaginem in cella Jovis[c] opt. max. positam habet: quæ quotiescunque munus aliquod[6][d] Corneliæ genti celebrandum est, inde petitur; unique illi instar atrii Capitolium est.*

Æmiliani, rejecit. Ait ille, emendationi suæ suffragari historiæ veritatem. Verum quam nihili id sit quod Valerium ex historiæ veritate emendare voluit, eundemque nusquam errasse credidit Pighius, id supra non semel apparuit. Respiciendum potius erat ad codd. Mss. et antiquiores typis expressos: qui quidem magno consensu sic ut nos edimus habent.' *Vorst.* Habent etiam omnia illa Copes. hoc loco. ' Servant eodem loco illa omnes omnino codd. crediderim cum Vorstio et Perizonio falso hoc Valerium Scipioni superiori tribuere. Qui error tanto facilius potuit committi, quia et ille citra legitimum tempus consul factus est.' *Torren.*—5 Ita Torrenius edidit, ut habent etiam Sus. Winck. Pulm. unus Brand. et sui omnes codd. cum edd. vett. *capita dicam* Atreb. *quod hodie quoque eximium ejus memoria capit adjiciam* Aldd. Colin. Gryph. et Steph. et sic Chalc. et Herbip. nisi quod *quoque* omittunt: plerique codd. omittunt etiam *ejus memoria.* Pighius aliique, *capiti adjiciam:* Vet. *capit dicam,* quod non improbat Kapp. —6 ' Sic omnes libri, cum scripti tum editi, Pighius tamen, et Colerus ediderunt *funus aliquod;* nam in celebrandis funeribus illustrium virorum imagines totius familiæ producebantur. Unde quoque Torrenius vix dubitat, legendum esse, *funus aliquod.* Mihi Valerius affectate *munus* videtur adhibuisse, quod post funera nobilium virorum sæpe dabantur *munera* gladiatoria populo. Neque video causam, cur librarii tanto consensu facilius *funus* in difficilius *munus* mutassent.' *Kapp.* *Corneliæ genti* restituit Pighius, ut in

NOTÆ

[a] *Citerior legitimo tempore*] Postquam ex Hispania in Urbem victor rediit. Sub hæc verba leguntur vulgo multa; quæ, cum Africano majori tribui non possint, ad Scipionem Æmilianum referenda duximus: sic etiam Pighio visum est.

[b] *Quod fieri oportere*] Hæc et sequentia verba in Exempl. 4. reponenda censuimus; in majorem enim Africanum minime, in minorem quam optime quadrare res ipsa loquitur: quid enim notius, quam militum literis monitum Senatum, ut Scipio Æmilianus in Africam Consul mitteretur? de superiore vero Africano, nec a Livio, nec a quovis alio quicquam tale proditum memoriæ est.

[c] *In cella Jovis*] Ex quo virilem togam sumsit, nulla die prius ullam publicam privatamque rem egit, quam in Capitolium iret. Hæc et plura Livius; addit Gellius id maxime mirum omnibus visum esse, quod alios omnes, Scipionem nunquam canes allatrarent.

[d] *Munus* [*funus*] *aliquod*] In vulgatis codicibus *munus* legebatur; *funus*

2. Tam hercle, quam Curia superioris Catonis effigies ad ejus generis officia expromitur.[7] Gratum ordinem, qui utilissimum reipublicæ senatorem tantum non semper secum habitare voluit, omnibus numeris virtutum divitem, magisque suo merito, quam fortunæ beneficio magnum: cujus prius consilio,[e] quam Scipionis[8] imperio est deleta Carthago.[†]

3. Verum[9] specimen honoris a Scipione quoque Nasica[10][f] oboritur. Ejus namque manibus, et penatibus

codd. et Mog. sed reliquæ edd. habent *Corneliæ gentis.*—7 ' Id est: Simili modo expromitur effigies Catonis superioris in funeribus gentis Porciæ ex Curia. Sic enim ausus sum ex vett. edd. reponere. Pighius et Colerus dederant: *superiori Catoni:* (sc. instar atrii est:) *unde effigies illius ad ejusdem generis, &c.* Vorstius: *superioris Catonis effigiei: unde ad ejus generis, &c.* Torrenius: *superioris Catonis, effigiei, unde ad ejusdem generis.* Libri Mss. variant, alii *unde* delent, alii *effigies illius ad cujus generis* legunt. Nempe pro *ad ejus generis officia* in codicibus suis invenisse videntur *ejus ad generis officia;* hinc putarunt *ejus* referri debere ad *Catonis,* quod vero ad *generis* referendum erat; et interpretationis causa intruserunt voculam *unde.*' Kapp. Paulo post in pauculis codd. Torren. deest *tantum:* Leid. 2. habet *tantum ut;* Leid. 6. *tantum n. s. s. h. noluit.* Deinde Wasse testatur codd. Cantab. habere, *omnibus virtutis muneribus;* sed alii codd. servant vulgatum nisi quod pro *virtutum* habent *virtutis;* et sic edd. vett. In codd. sane parum interest inter *numeris* et *munerib.* i. e. *munerib*[9], vel *muneribus;* ergo deceptus fuerit Wasse.—8 Sic codd. et edd. ante Pighium, qui dederat: *quam minoris Scipionis* ex glossa codicis Camp.—9 *Rerum* Vet. *Rarum* Pighius ex Atreb. et Pulm. *Verum* reposuit Torren. ex omnibus aliis edd. et quatuordecim codd.—10 ' Harl. Bit. prim. Leid. quint. uterque Ultraj. cum Mog. *in Scipione Nasica;* tres alii Leid. præpositionem omittunt. Equidem *in Scipione*

NOTÆ

reposuit Pighius: quæ correctio eo mihi probatur, quod ad funera deferri moris erat imagines; Scipionis e Capitolio, Catonis e Curia, aliorumque ex singulorum atriis: quare Capitolium Scipioni instar atrii fuit; sicut enim aliorum imagines in atriis, ita illius in Capitolio posita est.

* An. M. 3864. Ol. 147. 3. Urb. C. 563. Ant. Ch. 189.

e *Cujus prius consilio*] De servanda delendave Carthagine alia Catonis fuit, alia Scipionis Nasicæ sententia: delendam ille censebat, ne Romanum aliquando everteret Imperium; hic servandam, ne Romana virtus otio et deliciis frangeretur: quare singulis in Senatu sententiis Cato subjungere solebat: 'Hoc censeo, et delendam Carthaginem.' Miror equidem Aldo Manutio viro eruditissimo hoc in loco errorem excidisse; sententiam enim quæ Scipionis fuit ascribit Catoni, eumque Senatui servandæ Carthaginis auctorem fuisse, contra Scriptorum omnium fidem, affirmat.

† An. M. 3904. Ol. 157. 3. Urb. C. 603. Ant. Ch. 149.

f *Scipione quoque Nasica*] Qui vir optimus judicatus est. De Matre Deum Pessinunte advecta jam diximus.

nondum quæstorii,[11] senatus, Pythii Apollinis monitu, Pessinunte arcessitam Deam excipi voluit: quia eodem oraculo præceptum erat, ut hæc ministeria[12] Matri Deum a sanctissimo viro præstarentur. Explica totos fastos,[13] constitue omnes currus triumphales: nihil tamen morum principatu speciosius reperies.[d] ‡

4. Tradunt subinde nobis ornamenta sua Scipiones commemoranda. Æmilianum enim populus ex candidato ædilitatis,[g] consulem fecit.* Eundem, cum[14] quæstoriis comitiis suffragator Q. Fabii[h] Maximi[15] fratris filii, in campum descendisset, consulem iterum reduxit.† Eidem senatus bis sine sorte provinciam, prius Africam,[16] deinde Hispaniam, dedit. Atque hæc neque civi,[17] neque senatori ambitioso: quemadmodum non solum vitæ ejus severissi-

[d] *Nihil tamen reperies gloriosius, quam sanctis moribus præstare aliis.*

prætulerim; oboritur enim a Senatu in Scipione.' *Torren.*—11 Duodecim codd. cum omnibus edd. ante Pighium, *quæstoris.*—12 Ita codd. cum Vet. Mog. Mediol. et Ascens. *mysteria* Venett. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. mutavit Pighius.—13 Ultraj. 1. *totos fasces;* Ultraj. 2. et Harl. *totos fastus.* Vide Drakenb. ad Sil. II. 10. Mox pro *morum,* quod omnes fere codd. et edd. vett. testantur, Glareanus legit *in eorum,* ut in tribus codd. Torren.—14 Ante hæc verba: *Eundem cum, &c.* Pighius ea, quæ supra Exempl. 1. expunxerat, intrusit. Vide n. 4. Desunt hic illa verba in omnibus codd. Torren.—15 Ita omnes codd. cum Vet. Mog. Mediol. et Venett. ut restituit Pighius. *Marci* Aldd. Colin. Gryph. et Steph.—16 Ita etiam Pighius ex omnibus et edd. vett. Aldus vero et qui sunt secuti: *bis sine sorte prius Africam, &c.*—17 Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *neque civi cupido;* ut in paucis codd. Mog. *neque civi ambitioso, neque senatori cupido.* Alii omnes omittunt *cupido,* cum Pighio; ex quibus non-

NOTÆ

‡ An. M. 3850. Ol. 144. 1. Urb. C. 549. Ant. Ch. 203.

[g] *Ex candidato ædilitatis*] Cum ducum ignavia diutius bellum gereretur, primum ad Carthaginem, deinde ad Numantiam, Scipioni Æmiliano semel atque iterum Consulatus ultro delatus est: uterque præter morem; lex enim erat, ne quis aut ante ætatem, aut bis Consul esset. Quod in Lælio breviter Cicero: 'Qui Consulatum petiit nunquam: factus est Consul bis; primum ante tempus, iterum sibi suo tempore, Reipublicæ pæne sero.'

* An. M. 3907. Ol. 158. 2. Urb. C. 606. Ant. Ch. 146.

[h] *Q. Fabii*] Monuimus jam sæpe, ex Æmilia gente in Corneliam Africanum minorem, in Fabiam illius fratrem adoptatos fuisse. De illius morte lege lib. v. c. 3. n. 2. De pugna Valerii cum Gallo supra.

† An. M. 3920. Ol. 161. 3. Urb. C. 619. Ant. Ch. 133.

mus cursus, sed etiam mors clandestinis illata insidiis declaravit.

5. M. quoque Valerium duabus rebus insignibus Dii pariter atque cives speciosum[18] reddiderunt: illi cum quodam Gallo cominus pugnanti corvum propugnatorem[19] subjicientes:‡ hi tertium et vigesimum annum ingresso, consulatum largiti:* quorum alterum decus vetustæ originis, optimi nominis[20] gens, Corvini amplexa cognomen usurpat: alterum summo subjungitur ornamento, tam celeritate, quam principio consulatus gloriando.[e]

6. At ne Q. quidem Scævolæ,[21][i] quem L. Crassus in consulatu collegam habuit, gloria parum illustris: qui Asiam tam sancte, et tam fortiter obtinuit, ut senatus deinceps in eam provinciam ituris magistratibus, exemplum atque formam officii Scævolam decreto suo proponeret.†

7. Inhærent illi[22] voci posterioris Africani septem C. Marii consulatus, ac duo amplissimi triumphi.[f][j] Ad rogum enim usque gaudio exultavit, quod, cum apud Numantiam sub eo duce stipendia equestria mereret, et forte inter cœnam quidam Scipionem interrogasset, 'si quid illi accidis-

[e] *Alterum ornatur singulari ornamento; quod gloriari possit se et ante ætatem, et ob victoriam relatam factum esse Consulem.*

[f] *Septem Consulatus C. Marii, et duo illius triumphi amplissimi originem traxerunt ab hac voce Scipionis posterioris.*

nulli exhibent: *neque civi neque ambitioso senatori.*—18 Bitur. 1. Leidd. 5. 6. et Copes. *speciosissimum;* quod non spreverit Torren.—19 'Vulgo ante Pighium legebatur *pugnatorem;* quod nescio an alibi extet, quam in Leid. quarto: etiam Mog. *propugnatorem* exhibet.' *Torren.* Pro *subicientes* Guy. conj. *subjecti.*—20 Ita legendum putat Perizon. atque ita edidit Torren. Plerique codd. *optimi hominis;* et omnes fere, *gens Corvina,* vel *Corvinia.* Unus Par. *optimi honoris:* in quibusdam: *originis ac optimi ominis.*—21 *Ac ne Q. Scævolæ* quidam codd. cum Mog.—22 Guy. τὸ *illi* delendum putat.—

NOTÆ

‡ An. M. 3705. Ol. 107. 4. Urb. C. 404. Ant. Ch. 348.

* An. M. 3708. Ol. 108. 3. Urb. C. 407. Ant. Ch. 345.

[i] *Scævolæ*] Cognomento Pontificis; quem Cicero juvenis audivit. In illius honorem ab Asianis institutus est dies festus, cui nomen 'Mutia.'

† An. M. 3955. Ol. 170. 2. Urb. C. 654. Ant. Ch. 98.

[j] *Duo amplissimi triumphi*] Alter de Jugurtha, alter de Cimbris.

set, quemnam respublica æque magnum habitura esset imperatorem,' respiciens se supra ipsum cubantem, 'Vel hunc,' dixit.[23] ‡ Quo augurio perfectissima virtus, maximam orientem virtutem, videritne certius, an efficacius accenderit,[24] perpendi vix potest. Illa nimirum cœna militaris speciosissimas tota in urbe[25] Mario futuras cœnas ominata est. Postquam enim Cimbros ab eo deletos initio noctis nuntius pervenit, nemo fuit, qui non illi tanquam Diis immortalibus, apud sacra mensæ suæ libaverit.[k] *

8. Jam quæ in Cn. Pompeium et ampla et nova congesta sunt, hinc assensione favoris, illinc fremitu invidiæ lite-

23 'Sic locus, ab editoribus mirifice corruptus, interpungendus et legendus est. Neque aliter habent libri Mss. et editi, nisi quod quidam pro *quod* habent *qui* (vitiose pro *quia*) et nonnulli *mereretur*, item *dixerit*. Uti ego locum interpunxi et edidi, clarus est, et optimum admittit sensum. Marius ob honorificum Scipionis de se judicium ad rogum usque gavisus est. ...*sub eo duce* Scipione, *mereret* Marius, *si quid illi* Scipioni *accidisset*, i. e. si caderet in bello, vel morte absumeretur, *respiciens* Scipio *se* Marium *supra ipsum* Scipionem *cubantem* Marium, *Vel hunc* Marium *dixit* Scipio. Pighius contra omnes testes, qua scriptos qua typis excusos, edidit *imperator*, idemque nodum in scirpo quæsivit reponens *ipsum respiciens infra se cubantem*. Vid. Curt. VIII. 5. 22. 'Polysperchon, qui cubabat super regem.' Sueton. Aug. 43. 'superque se...collocavit Augustus.' *Kapp.* 'Klokkius: *si quid illi humanitus accidisset, quemnam Resp. æque magnum habitura esset imperatorem, ipsum respiciens supra se cubantem, vel hunc dixit, vel neminem.* Schegkius damnat etiam Pighium *infra* hic scribentem pro eo quod est in vetustis Edd. et Mss. *supra*. Codd. nostri fere, *haberet imperatorem, respiciens se supra ipsum cubantem vel hunc dixit*. In quo recte omnia procedunt. Pro *qui*, quod Perizonius optime mutatum ibat in *quia*, Copes. Ultraj. prim. et Mog. habent *quod*, eodem sensu. qui cum in vulgato nullus sit sincerus, restitui ordinem verborum ut codd. jubebant, et *quod* in textum admisi. Sagacissime enim vidit Perizonius *Marium* dici *gaudio exultasse ad rogum usque* propter hoc dictum. Nonnulli quoque habent *dixerit*, item *stipendia mereretur*.' Torren.—24 'Sic Pighius ex Cauch. reposuit, quem secuti sunt ceteri editores. Alii omnes libri *acciderit*, unde Torrenius conjicit *acuerit*. Haud male.' *Kapp.*—25 'Codd. plerique cum Edd. ante Pighium, *speciosissimas tanta in urbe;* vel, pauci tamen, *tantas in urbe:* Copes. *tota tantas in urbe;* pauci tamen videntur habere *tota in urbe*, ut credo e suis refinxisse Pighium. Pro *initio noctis* nonnulli *in initio*. Leid. quart. *Cimbris ab eo deletis*. Sunt qui *pervenerit*, item, *libavit* habeant.' *Torren.*—26 Sic edidit Pigh. cum omni-

NOTÆ

‡ An. M. 3925. Ol. 161. 4. Urb. C. 620. Ant. Ch. 132.

k *Libaverit*] In epulis mos erat Diis offerri primitias: at illa nocte non Diis, sed Mario illas obtulerunt.

* An. M. 3953. Ol. 169. 4. Urb. C. 652. Ant. Ch. 100.

rarum monumentis obstrepuntur.[g] [26] Eques Romanus, Proconsule [27] in Hispaniam adversus Sertorium, pari imperio cum Pio Metello principe civitatis missus est.† Nondum ullum honorem auspicatus bis triumphavit:[1] initia magistratuum a summo imperio[m] cepit: tertium consulatum[n] decreto senatus solus gessit: de Mithridate, et Tigrane, de multis præterea regibus, gentibus, plurimisque civitatibus, et prædonibus unum duxit triumphum.‡

9. Q. etiam Catulum[o] populus Romanus voce sua tantum non ad sidera usque evexit. Nam cum ab eo pro Rostris interrogaretur, 'si in uno Pompeio Magno omnia reponere[p] perseverasset, absumto illo subiti casus incursu, in quo spem esset habiturus:' summo consensu acclamavit, 'In te.' Vim honorati judicii admirabilem. Siquidem Magnum Pompeium cum omnibus ornamentis, quæ retuli,[28] duarum syllabarum spatio inclusum Catulo æquavit.[h]

[g] *Scriptis multorum celebrantur, quæ in Cn. Pompeium et ampla et nova, licet multi fremerent invidia, favore omnis populi ornamenta collata sunt.*

[h] *Æquavit Pompeio Catulum, cujus nomen et virtutem duabus syllabis indicaverat.*

bus fere codd. cum antea legeretur, *obstrepitur*, ut in Ultraj. 2. et Mog. *et literarum, &c.* in quatuor codd. Torren. *in literarum* conj. Torren.—27 'Plerique codd. *Proconsul.* Perperam etiam complures deinde: *Nondum illum honorem.* Plerique etiam, *et gentibus, plurimisque civitatibus.* Copes. *Quartum duxit triumphum.* Leid. sext. *quantum duxit triumphum.* quasi per admirationem. Sed *unum*, credo, scripsit Auctor.' *Torren.*—28 Sic codd. et Mog. voces, *quæ retuli* insititiæ videbantur Guyeto. Vorstius ex Aldd. Chalc.

NOTÆ

† An. M. 3977. Ol. 175. 4. Urb. C. 676. Ant. Ch. 76.

[1] *Bis triumphavit*] Primum de Hiera, iterum de Sertorio.

[m] *A summo imperio*] A Consulatu; Pompeius enim nec Ædilis, nec Prætor fuisse usquam legitur.

[n] *Tertium consulatum*] Cum T. Annius Milo, P. Plautius Hypsæus, et Q. Metellus Scipio Consulatus candidati armatorum stipatis catervis urbem, tribus veluti castris occupassent, et P. Clodius a Milone sub id tempus occisus esset; nihil tutius Patribus visum est, quam ut uni Pompeio summa rerum deferretur: quare suadente Catone factum est Senatusconsultum, in M. Bibuli sententiam, uti Cn. Pompeius absens solus sine Collega Consul crearetur: invidiam tamen ut vitaret Pompeius, in quinque menses anni extremos, Q. Metellum Scipionem socerum suum Collegam sibi ascivit. Hæc pluribus Plut. Dio, Appian. et alii.

‡ An. M. 3993. Ol. 179. 4. Urb. C. 692. Ant. Ch. 60.

[o] *Q. etiam Catulum*] Qui Consul M.

10. Potest et M. Catonis ex Cypro[q] cum regia pecunia revertentis appulsus ad ripam Tiberis[29] videri memorabilis: cui navi egredienti consules, et ceteri magistratus, et universus S. P. Q. R. officii gratia præsto fuit: non quod magnum pondus auri et argenti; sed quod M. Catonem classis illa incolumem advexerat, lætatus.*

11. Sed nescio, an præcipuum sit[30] L. Marcii inusitati decoris exemplum, quem equitem Romanum duo exercitus P. et Cn. Scipionum interitu, victoriaque Hasdrubalis lacerati, ducem legerunt: quo tempore salus eorum in ultimas angustias deducta, nullum ambitioni locum relinquebat.†

12. Merito virorum commemorationi[31] Sulpicia, Ser. Paterculi filia, Q. Fulvii Flacci uxor, adjicitur. Quæ cum senatus libris Sibyllinis per decemviros inspectis censuisset, ut Veneris[r] Verticordiæ simulacrum consecraretur, quo facilius virginum mulierumque mens a libidine ad pudicitiam converteretur;[32] et ex omnibus matronis centum, ex

Colin. Gryph. et Steph. legit *Magno Pompeio...Catulum æquavit.*—29 Ita Brand. 1. Par. 1. 2. Barb. 1. Leid. 4. et Copes. cum Aldd. Chalc. Colin. Gryph. et Steph. *ad ripam urbis* Brand. 2. Dan. et omnes Pighiani, cum pluribus Torren. quod receperunt Pigh. et Coler.—30 Duo codd. omittunt *sit.* Panlo post plerique codd. cnm Mog. Venett. et Mediol. 3. *Annibalis*, vel *Hannibalis*, pro *Hasdrubalis.* Deinde Harl. et Ultraj. 1. *elegerunt.* Copes. *nulli ambitioni*; Bitur. 1. et Leid. 2. *nullum ambitionis.*—31 Ultraj. 1. *comparationi.* Tum Harl. Leid. 3. et Mog. *Servii Patriculi;* Leid. 4. *Servi Patrocli;* Leid. 6. *Q. Servilii Flacci.*—32 Ita Torrenius ex tredecim codd. restituit: nec aliter Vet. Lips. 1. 2. Lugd. et Basil. Pighius dederat: *mentes .... converterentur.* Mox Copes. delet *autem;* et Barb. 1. hæc tria: *ex centum*

NOTÆ

Lepidum Collegam Italia expulit.

p *Omnia reponere*] Manlius Trib. plebis legem tulerat, ut bellum Mithridaticum Pompeio committeretur, idque M. Cicero Prætor oratione suaserat.

q *Ex Cypro*] Cur, a quo, quando in Cyprum missus sit Cato explicuimus lib. IV. c. 1. n. 14. Marcii etiam de Pœnis victorias lib. I. c. 6. n. 2.

* An. M. 3998. Ol. 181. 1. Urb. C. 697. Ant. Ch. 55.

† An. M. 3842. Ol. 142. 1. Urb. C. 541. Ant. Ch. 211.

r *Veneris*] Ob prodigium, quod Pompeii Elvii filiæ contigit, et tres Vestales ab equitibus vitiatas, ædes hnic Deæ consecratæ sunt. De libris Sibyllinis vide in Sacerdotiis Romanorum.

centum autem decem sorte ductæ, de sanctissima fœmina judicium facerent, cunctis castitate prælata est.‡

EXTERNA.

1. Ceterum quia sine ulla diminutione Romanæ majestatis extera[33] quoque insignia respici possunt, ad ea transgrediamur. Pythagoræ tanta veneratio ab auditoribus tributa est, ut, quæ ab eo acceperant, in disputationem deducere nefas existimarent. Quin etiam interpellati ad reddendam causam,[34] hoc solum respondebant, 'ipsum dixisse.'[s]* Magnus honos; sed schola tenus: illa[35] urbium suffragiis tributa. Enixo Crotoniatæ studio ab eo petierunt 'ut senatum ipsorum,' qui mille hominum numero constabat, 'consiliis suis uti pateretur.' Opulentissimaque civitas tam frequenter venerati post mortem domum, Cereris sacrarium fecit: quantumque[36] illa urbs viguit, et Dea in hominis memoria, et homo in Deæ religione cultus est.

2. Gorgiæ vero Leontino studiis literarum ætatis suæ cunctos præstanti,[37] adeo ut primus in conventu poscere,

autem.—33 Sic Pighius et plerique codd. cum Mog. cetcræ edd. *externa;* quod est in Bitur. 1. Leid. 1. et Ultraj. 1. 2. Mox decem codd. Torren. cum Vet. et Mog. *transgrediemum.*—34 Par. 3. Leid. 5. et Copes. *ad reddendum causam.* Bitur. 1. *hæc sola.* Mox verba, *ipsum dixisse* Latine extant in codd. Torren. Vet. Mog. Venett. et Mediol. 3. sed Aldd. Ascens. Colin. Gryph. et Steph. produnt, αὐτὸς ἔφη.—35 Mediol. 3. *Magnus honos schola tenus sed illa.* Mox *tributa est* Aldd. Colin. Gryph. Steph. Pigh. Coler. Thys. Vorst. alii; Torrenius cum duodecim codd. Vet. Mog. Venett. Mediol. et Ascens. verbum substantivum delevit.—36 Ita Pighius ex Atreb. Winck. aliisque: Aldus ediderat: *domum ejus C. s. fecerunt; namque.* Omnes codd. Torren. et Brand. *ejus* expungunt; sed *fecerunt* constanter retinent, præter Copes. Pro *frequenter* quatuor codd. *frequentem* habent. *quantumque* exhibet unus Braud. *quantum* unus Ultraj. *quamquam* alter cum Mog. *quaque* Harl. Par. 1. 2. et Barb. 1. *quaque illi urbi* Bitur. 1. et Leid. 5. *quamdiuque* conj. Vorstius, probante Perizon. qui ipse tentabat, *quumque.*—37 'Minus bene Pighius *Leontini ....præstantis.* Mox pro *primus* Perizonius conjiciebat *protinus.* Nihil opus.

NOTÆ

‡ An. M. 3941. Ol. 166. 4. Urb. C. 640. Ant. Ch. 112.

s *Ipsum dixisse*] De quo ita Cicero de Natura Deorum lib. I. 'Nec vero probare soleo id, quod de Pythagoricis accepimus, qui ferunt, si quid affirmarent in disputando, cum ex his quæreretur, quare ita esset, respondere solitos, Ipse dixit; αὐτὸς ἔφα.'

* An. M. 3551. Ol. 69. 2. Urb. C. 250. Ant. Ch. 502.

qua de re quisque audire vellet, ausus sit, universa Græcia in templo Delphici Apollinis statuam solido ex auro posuit; cum ceterorum ad id tempus auratas collocasset.[†]

3. Eadem gens[38] summo consensu ad Amphiaraum[t] decorandum incubuit; locum, in quo humatus[u] est, in formam conditionemque templi redigendo, atque inde oracula capi instituendo. Cujus cineres[39] idem honoris possident, quod Pythicæ cortinæ,[v] quod aheno[w] Dodonæ,[40][x] quod Hammonis fonti[y] datur.[‡]

Cic. de Orat. I. 22. de Fin. II. 1.' *Kapp.*—38 Harl. uterque Paris. Barb. prim. *Eadem etiam gens.* Aliquot Mss. cum Mog. *locum quo humatus est:* Ultraj. prim. et Mog. *oraculo.*—39 Sic Pighius; alii: *Ejus cineres;* sed alterum firmant codd. Torren. cum Mog. et Mediol.—40 'Codd. fere omnes vitiose, *quod Athenæ Dodonæ:* Ultraj. sec. *quod Athenis;* Itidem, *quod Hammonis fronti datur.* Mog. *quod Athenis Dodone; quod Hammonis fronti datur.* Verum nihil commune est *Athenis* cum *Dodonæo oraculo.* quod in Epiro fuisse omnibus est notissimum: *fonti* tamen præfero.' *Torren.*—41 Codd. plerique *Bere-*

NOTÆ

† An. M. 3627. Ol. 88. 2. Urb. C. 326. Ant. Ch. 426.

t *Amphiaraum*] Græcum vatem, quem vel invitum Rex Adrastus ad bellum Thebanum duxerat.

u *Locum in quo humatus*] Primo, quo ad Thebas venit die, hiatu terræ cum armis et curru absorptus est; ibique conditum, non templum, si Plutarcho credimus, sed oppidum, cui a curru nomen 'Harma,' factum est.

v *Pythicæ cortinæ*] Pars erat secretior templi Delphici.

w *Aheno*] Hoc est, æreo simulacro in formam aut columbæ aut lebetis, ex cujus tinnitu futura prædicebant.

x *Dodonæ*] Civitas fuit in Chaonia Epiri regione, propter quam nemus Jovi sacrum, in quo templum Jovis fuisse perhibetur; et in eo oraculum omnium, quæ apud Græcos erant, vetustissimum: duas ibi columbas fudisse oracula fabulantur, quarum altera Delphos, altera in Ammonis templum evolaverit. Dodona, vel a Dodone Europæ Jovisque filio, vel a Dodanim filio Javan, nomen sortita est.

y *Hammonis fonti*] De Ammonis, sive Hammonis (alii enim aliter scribunt) oraculo nonnihil supra diximus. De fonte vero hæc habet Q. Curtius lib. IV. c. 30. 'Est aliud Hammonis nemus; in medio habet fontem, aquam Solis vocant: sub lucis ortum tepida manat; medio die, cum vehementissimus est calor, frigida eadem fluit; inclinato in vesperam calescit; media nocte fervida exæstuat: quoque propius nox vergit ad lucem, multum ex nocturno calore decrescit, donec sub ipsum diei ortum assucto tempore languescat.' De illius oraculi origine, deque numinis ipsius forma et nomine consule Tellerium nostrum in suis ad Q. Curtium notis lib. IV. c. 28. et sequentibus, ubi omnia, quæ ad hoc oraculum pertinent, diligenter et docte, ut solet, explicuit.

‡ An. M. 3768. Ant. Ch. 1285.

4. Pherenices[41] [z] quoque non vulgaris honos, cui soli omnium fœminarum gymnico spectaculo [a] interesse permissum est; cum ad Olympia filium Euclea[42] certamen ingressurum[43] adduxisset, Olympionice [b] patre genita, fratribus eandem palmam assecutis latera ejus cingentibus.

nices; quod est in Edd. vel *Beronices*, præter Ascens. *Pherenices* restituit Pighius. Harl. *Lerenetricis*. Ultraj. prim. *Benetricis*. Vide Notas Virorum Eruditorum ad Ælian. x. 1.—42 Codd. Torren. hoc modo variant: *Euclea, Endea, Endia, Emolea, Erellea, Eudeam, Enclia.*—43 Ita Pigh. cum codd. et Mog. *ingressum* ceteræ edd. vett. Mox aliquot codd. *Olympione;* Harl. *Olympionico.*

NOTÆ

[z] *Pherenices*] Cui is honos delatus est, quod patrem, fratres, et filios in hoc ludo sæpe victores habuisset.

[a] *Gymnico spectaculo*] Qui nudi decertabant.

[b] *Olympionice*] Hoc est, quæ nata erat patre sæpe victore in certamine Olympico.

VALERII MAXIMI

FACTORUM DICTORUMQUE MEMORABILIUM

LIBER IX.

CAP. I.

DE LUXURIA ET LIBIDINE.

EXEMPLA ROMANA SUNT.

1 C. Sergius Orata.
2 Clodius Æsopi Tragœdi F.
3 Mulieres legis Oppiæ oppugnatrices.
4 Cn. Domitius et L. Crassus cens.
5 Q. Metellus Pius.
6 C. Scribonius Curio filius.
7 P. Clodii judicium.
8 Gemellus viator tribunicius.
9 L. Catilina.

EXTERNA.

1 Hannibal Pœnus Hamilcaris F.
2 Vulsinienses.
3 Xerxes Persarum rex.
4 Antiochus Syriæ rex.
5 Ptolemæus Ægypti rex.
6 Ægyptii.
7 Cyprii.

Blandum etiam malum luxuria, quam accusare aliquanto facilius est, quam vitare, operi nostro inseratur: non quidem ut ullum honorem recipiat, sed ut seipsam recognoscens ad pœnitentiam impelli possit. Jungatur illi libido: quoniam ex iisdem vitiorum principiis oritur: neque aut a reprehensione, aut ab emendatione separentur gemino mentis errore connexæ.

1. C. Sergius Orata[a] pensilia balnea primus facere insti-

NOTÆ

[a] *C. Sergius Orata*] Cujus mores his verbis descripsit Sanctus Augustinus in libro de Beata Vita: ‘Homo ditissimus, amœnissimus, de-

tuit. Quæ impensa levibus initiis cœpta ad suspensa[1] calidæ aquæ tantum non æquora penetravit.[a]

Idem videlicet, ne gulam Neptuni arbitrio subjectam haberet, peculiaria sibi maria[b] excogitavit, æstuariis[2][c] intercipiendo fluctus, pisciumque diversos greges separatis molibus includendo, ut nulla tam sæva tempestas incideret, qua non Oratæ mensæ varietate ferculorum[3] abundaret. Ædificiis etiam[4] spatiosis, et excelsis deserta ad id tempus ora Lucrini lacus pressit; quo recentiore usu conchyliorum frueretur. Ubi dum se publicæ aquæ[d] cupidius immergit,[5] cum Considio publicano[e] judicium nactus est. In quo L. Crassus adversus illum causam agens, 'errare amicum suum Considium' dixit, 'quod putaret[6] Oratam remotum a lacu, cariturum ostreis; namque ea, si inde petere non licuisset, in tegulis reperturum.'[f]*

[a] *Eo pervenit, ut immensa receptacula aquæ calidæ in aëre suspensa sint.*

1 Codd. sex Torren. *ad suspensæ.*—2 Codex Lavernii et Par. 3. *claustris;* ceteri codd. *extuuriis, escuariis,* vel *estuariis.* 'Mox codd. octo *separatis,* quomodo legebatur ante Pighium, qui dederat *separatos.* Ultraj. sec. *inducendo.* Malim *separatis molibus,* ut Valerii stylo convenientius, *diversos greges separatis molibus,* ita utrumque substantivum suo adjectivo jungitur.' *Torren.*—3 Ita Pigh. ex Atreb. Pulm. Sus. aliisque; *pisciculorum* novem codd. Torren. cum Mog. Venett. Mediol. Ascens. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *periculorum* Dan. Pro *Oratæ* plerique codd. cum Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *ornatæ.* verum tamen *Oratæ* servant Ultraj. 1. 2. et Mog. *abundarent* in codd. Pighianis.—4 Vet. *Ædificiis tamen.*—5 Unus atque item alter codex, *immersit.* Mox *Considii publicani* edd. ante Pigh. contra omnes codd.—6

NOTÆ

liciosissimus; cui neque ad voluptatem quicquam defuit, neque ad gratiam, neque ad bonam integramque valetudinem.' Inditum illi Oratæ nomen; vel quod Oratas (piscium genus est) in deliciis haberet, ut placet Macrobio; vel quod duobus annulis ad aurium ornamentum uteretur, ut vult Verrius Flaccus.

[b] *Peculiaria sibi maria*] Quia juxta maris littus sibi struxerat vivaria, in quibus pisces omnis generis servarentur: at non gulæ causa, sed quæstus id ab eo factum refert Plinius lib. IX. c. 54. cum inde ingentem pecuniæ vim quotannis colligeret.

[c] *Æstuariis*] Æstuaria dicuntur, quæ maris æstu omni ex parte alluuntur.

[d] *Publicæ aquæ*] Lacus Lucrini, qui inter Baias et Cumas: illius et Virgilius et Juvenalis meminere.

[e] *Considio publicano*] Ab eo enim in judicium vocatus est, quod ædificiis suis lacum publicum includeret.

[f] *In tegulis reperturum*] Quod eti-

2. Huic nimirum magis Æsopus tragœdus[6] in adoptionem dare filium suum, quam bonorum suorum hæredem relinquere debuit, non solum perditæ, sed etiam furiosæ luxuriæ juvenem. Quem constat cantu commendabiles[g] aviculas immanibus emtas pretiis, pro ficedulis[7] ponere; acetoque liquatos[h] magnæ summæ uniones potionibus aspergere solitum; amplissimum patrimonium, tanquam amaram aliquam sarcinam, quam celerrime abjicere cupientem. Quorum alterius senis, alterius adolescentis sectam secuti[8] longius manus porrexerunt.[b] Neque enim ullum finitur vitium ibi, ubi oritur. Inde ab Oceani littoribus attracti pisces: inde infusæ culinis arcæ:[i] censibusque[9] edendi atque bibendi voluptas reperta est.[i]

3. Urbi autem nostræ secundi belli Punici finis, et Philippus rex Macedoniæ devictus, licentioris vitæ fiduciam

[b] *Ex remotioribus regionibus cibos ad delicias suas afferri jusserunt.*

Duo codd. Torren. *qui putaret.*—6 Atreb. Gembl. et Vet. *tragicus.*—7 Edd. ante Torren. *in cœna pro ficedulis;* sed verba *in cœna* desunt in codd. undecim cum Mog. Paulo post *liquatas* in sex codd.—8 Pighius ex solo Sus. *sectam secuti plurimi;* sed *plurimi* non agnoscunt alii codd. nec ulla ed. ante Pigh. *ibi* fere omnes retinent: *malum ibi finitur* Leid. 6.—9 Ita codd. et edd. vett. Pighius vero ex solo Winck. legit: *culinis ostreæ. Arte censibusque, &c.* 'Klokkius legebat: *culinis arcæ, inde censibus edendi;* vel, *culinis censibus arcæ, inde edendi:* in Bas. est: *culinis arche censibus edendi;* inter Exc. Donac. hæc notata invenio: 'Lips. *Infusæ culinis artes cens.* at Chart. *culinis arcæ.* Sen. Epist. 81. Plin. XXIX. 1. Sen. Ep. 115. Mart. v. 71. Ceterum Pignorius ex suis libris præfert: *culinis artes.* p. 44. Ed. Pat. de Ser.' Gronovius tuetur: *culinis arcæ,* iisdem fere locis prolatis, quæ in Exc. Donac. Codd. nostri fere habent, *arcæ, arche, arce.* Unus Ultraj. prim. *artes. Ostreæ* nescio an usquam extet. *Arche* Mog. Recte explicuit Oliverius, consumtæ et ex-

NOTÆ

am Seneca indicat: 'Alunt in summis culminibus mentita nemora, et navigabilium piscinarum freta.'

* An. M. 3958. Ol. 171. 1. Urb. C. 657. Ant. Ch. 95.

[g] *Cantu commendabiles*] Id Æsopo patri tribuit Plinius lib. x. c. 51. avesque singulas sex nummis coëmtas testatur.

[h] *Aceto liquatos*] De illo Horatius II. Sat. 3. 'Filius Æsopi direptam ex aure Metellæ, Scilicet ut decies solidum sorberet aceto, Diluit insignem baccam.' Conviviis singulis uniones sorbendos dedisse tradit Plinius lib. IX. c. 33.

[i] *Infusæ culinis arcæ* [*ostreæ*] Aliter Lipsius: *Inde infusæ culinis artes;* hoc est, inde repertæ culinariæ artes.

† An. M. 4015. Ol. 185. 2. Urb. C. 714. Ant. Ch. 38.

dedit. Quo tempore matronæ Brutorum domum[j] ausæ sunt obsidere, qui abrogationi[10] legis Oppiæ[k] intercedere parati erant, quam fœminæ tolli cupiebant: quia his nec veste varii coloris uti, nec auri plus semiuncia[11] habere, nec juncto vehiculo propius Urbem mille passus, nisi sacrificii gratia, vehi permittebat. Et quidem[12] obtinuerunt,[l] ut jus per continuos viginti annos servatum aboleretur.‡ Non enim providerunt sæculi illius viri, ad quem cultum tenderet[13] insoliti cœtus pertinax studium; aut quo se usque effusura esset legum victrix audacia. Quod si animi muliebris appartus intueri potuissent,[14] quibus quotidie aliquid novitatis sumtuosius adjectum est, in ipso introitu ruenti luxuriæ obstitissent.

Sed quid ego de fœminis ulterius loquor?[15] quas et imbecillitas mentis, et graviorum operum negata affectatio omne studium ad curiosiorem sui cultum hortatur conferre; cum temporum superiorum et nominis et animi excellentes viros, in hoc priscæ continentiæ ignotum diverticulum prolapsos videam. Idque jurgio ipsorum pateat.[c]

[c] *Viros excellentes videam prolapsos in luxuriam ignotam priscis Romanis summæ continentiæ viris; quod non sine convitio aliquorum narrabo.*

haustæ sunt arcæ in parandis luxuriosis cœnis.' *Torren.*—10 Aliquot codd. *abrogationem;* Harl. et Copes. *in abrogatione;* Ultraj. 1. *pro abrogatione.*—11 Septem codd. cum Vet. et Mog. *semiunciam.* Vide Heins. Burm. et Ruhnk. ad Vell. II. 1. 4. Mox codd. cum Vet. Mog. et Mediol. *mille passus* retinent; sed Venett. Aldd. Colin. Gryph. et Stepb. *mille passibus.*—12 *Equidem* plerique codd. Mox *observatum* Copes. et Leidd. 2. 6.—13 Ultraj. 1. *intenderet;* Copes. *redderet,* et paulo post delet *usque.*—14 Harl. *potuisset.*—15 *Sed quid de f. u. loquar?* in eodem; *ultra loquar* Vet. Tum Barb. 1. et Leid. 2. *negata*

NOTÆ

[j] *Brutorum domum*] M. et D. Brutorum, qui tum erant Tribuni plebis.

[k] *Legis Oppiæ*] Quam tulerat C. Oppius Tribunus plebis, Q. Fabio et T. Sempronio Coss. dum maxime arderet Italia bello Punico secundo.

[l] *Et quidem obtinuerunt*] Matronæ nulla, nec auctoritate, nec verecundia, nec imperio virorum contineri limine poterant; omnes vias urbis aditusque in forum obsidebant; cumque et M. Cato Consul, et Bruti Trib. ne ea lex abrogaretur, obsisterent, uno agmine omnes Tribunorum januas obsederunt, qui rogationi Collegarum intercedebant; nec ante abstiterunt, quam remissa intercessio a Tribunis est.

‡ An. M. 3859. Ol. 146. 2. Urb. C. 558. Ant. Ch. 194.

4. Cn. Domitius L. Crasso[m] collegæ suo altercatione orta objecit, quod columnas Hymettias[n] in porticu domus haberet. Quem continuo Crassus, 'quanti ipse domum suam æstimaret,' interrogavit.[16] Atque ut[17] respondit, 'sexagies sestertio:' 'Quanto[18] ergo eam,' inquit, 'minoris fore existimas, si decem arbusculas inde succidero?' 'Ipso tricies sestertio,' ait Domitius. Tunc Crassus: 'Uter igitur[o] luxuriosior est? Egone, qui decem columnas centum millibus numinum emi: an tu, qui decem arbuscularum umbram tricies sestertium summa compensas?'* Sermonem oblitum Pyrrhi,[p] immemorem Hannibalis, jamque transmarinorum stipendiorum abundantia oscitantem: aliquanto tamen insequentium sæculorum ædificiis et ne-

affectio. Pro *curiosiorem* Par. 1. *studiosiorem.*—16 Codd. quinque: *Quem cum continuo, &c. interrogaret;* quomodo in edd. ante Pigh.—17 *Atque ubi* Bitur. 1. Mox Meursius conj. *sexcenties sestertio.*—18 *Quo* novem codd. et omnes edd. Pighio priores. *Quanto* ex Cauch. rescripsit Pighius. 'Deinde Copes. omittit *τὸ ait;* et *inquit* ponit post *Crassus.* Forte utrumque melius abest. Porro Copes. *contra tricies sestertium summam:* certe vulgata lectio nullius est pretii, et manifesto corrupta. Nempe *sestertium* ponitur quasi esset genitivus, cum hoc modo legendum, ut multis hanc locutionem asseruit Gronovius. Sed tamen omnes codd. habent *sestertium,* quod profecto mihi videtur causam dedisse, ut librarii adderent *summam,* quod ex glossa ortum esse credo, legendumque: *contra tricies sestertium compensas: sestertium* eo magis crediderunt esse genitivum, quoniam præcessit *nummum* in genitivo.' *Perizon.* Leid. prim. *circa tricies sestertium summam;* cum Copes. facit Leid. sext. sed Ultraj. prim. *tricies sestertio summa;* Ultraj. sec. *tricies sestertium summam.* Reliqui vul-

NOTÆ

[m] *Cn. Domitius L. Crasso*] Ambo Censores erant; Domitius natura vehemens; Crassus vero facetus Collegam sæpe jocis perstrinxit, ut auctor est Cicero de Orat. lib. II.

[n] *Columnas Hymettias*] Primus ille peregrini marmoris columnas sex habuit longas duodenum pedum: unde illum M. Brutus 'Venerem Palatinam' appellavit.

[o] *Uter igitur*] Paulo aliter Plinius lib. XVII. 'Utrumne igitur ego sum,' inquit, 'quæso Domiti, exemplo gravis, et ab ipsa Censura notandus? qui in domo, quæ mihi hæreditati obvenit, comiter habitem: an tu, qui tanti sex arbores æstimes. Eæ fuerunt loti parvula ramorum opacitate lascivæ, quæ durarunt usque ad Neronis incendia, quibus cremavit urbem, cultu virides, juvenesque.'

* An. M. 3962. Ol. 172. 1. Urb. C. 661. Ant. Ch. 91.

[p] *Sermonem oblitum Pyrrhi*] Ubi munera sua a Romanis repudiata Pyrrhus audiit, dixisse fertur, nullam capiendæ Romæ spem esse; Hannibal vero, capi non posse, prinsquam luxu caperetur.

moribus angustiorem:[d] quoniam inchoatam[19] a se lautitiam posteris relinquere, quam a majoribus acceptam continentiam retinere maluerunt.

5. Quid enim sibi voluit[20] princeps suorum temporum Metellus Pius, tunc cum in Hispania adventus suos ab hospitibus aris et thure excipi patiebatur? cum Attalicis aulæis[q] contectos[21] parietes læto animo intuebatur? cum immanibus epulis apparatissimos interponi ludos[r] sinebat? cum palmata veste convivia celebrabat, demissasque lacunaribus[s] aureas coronas velut cœlesti capite[22] recipiebat? Et ubi ista? non in Græcia, neque in Asia;[23] quarum luxuria severitas ipsa corrumpi poterat: sed in horrida et bellicosa provincia, cum præsertim acerrimus hostis Sertorius Romanorum exercituum oculos Lusitanis telis perstringeret.[e] Adeo illi patris sui Numidica castra[t] excide-

[d] *Licet sermo ille oblitus videatur horum temporum quibus bellum in Pyrrhum et Hannibalem gerebatur; et redoleat innumera vectigalia, quæ trans mare in Africa et Asia colligebantur: nondum tamen exprimit opum illam profusionem, quæ sequentibus sæculis in ædificia et nemora facta est.*

[e] *Cum præcipue Sertorius non procul ab exercitu Romano castra cum Lusitanis haberet.*

gatum servant. Consule Gronov. de Pec. Vet. II. 3.—19 'Hæc lectio a Pighio ex Sus. et Cauch. consarcinata est; cum plerique Mss. cum Vet. Mog. aliisque sic habent: *et quanto tamen .... angustiorem. Quam* (pro *quam* unus et alter *ritum*) *introduxerunt atque* (nonnulli *itaque*) *inchoatam, &c.* Unde Perizonius conjicit: *et quanto tum .... angustiorem ritum introduxerunt, qui inchoatam, &c.* 'Ritum introducere,' eo modo dicitur, uti II. 6. 5. 'consuetudinem introducere:' IX. 5. 1. 'leges introducere.' Ego tamen sic legere malim: *et quanto tamen .... angustiorem ritum introduxerunt? Atqui inchoatam, &c.* Et sic totidem verbis in Lugdunensi ed. 1558. extat. In quibusdam edd. vett. est, *angustiorem.*' Kapp.—20 Copes. et Leid. 6. *voluit sibi;* unde Perizon. conj. *Quid etiam voluit sibi.*—21 Copes. et Leid. 6. *contextos;* Leid. 2. *contentos.* Mox, *aptissimos i. ludos* Copes. Harl. et Leid. 6.—22 Ita decem codd. et edd. vett. probabat etiam Perizon. ex Copes. Pighius eumque secuti dederant *capiti:* mutavit Torrenius.—23 Copes. et Leid. 6. *non in Asia.*—24 Harl. *cri-*

NOTÆ

[q] *Attalicis aulæis*] Hoc est, pretiosis tapetibus, quibus Attali Pergami Reges uti solebant.

[r] *Ludos*] Scenæ enim ad ostentationem histrionum instructæ erant.

[s] *Demissas lacunaribus*] 'Sedenti in transenna demissum victoriæ simulacrum cum machinato strepitu tonitruum coronam capiti imponebat.' Ita Sallust. Hist. lib. II.

[t] *Numidica castra*] Illius enim pater severitate disciplinam militarem in suo exercitu correxerat: quod pluribus Sallustius.

rant.† Patet igitur, quam celeri transitu luxuria affluxerit. Nam cujus adolescentia priscos mores vidit, senectus novos orsa est.

6. Consimilis mutatio in domo Curionum extitit. Siquidem forum nostrum et patris gravissimum[u] supercilium, et filii sexcenties sestertium æris alieni aspexit, contractum famosa injuria nobilium juvenum. Itaque eodem tempore, et in iisdem penatibus diversa sæcula habitarunt, frugalissimum alterum, alterum nequissimum.‡

7. P. autem Clodii[v] judicium quanta luxuria et libidine abundavit? in quo ut evidenter incesti crimine[24] nocens reus absolveretur, noctes matronarum, et adolescentium nobilium, magna summa emtæ, mercedis loco judicibus erogatæ sunt. Quo in flagitio tam tetro, tamque multiplici, nescias primum quem detestere;[25] an[26] qui istud corruptelæ genus excogitavit, an qui suam pudicitiam sequestrem perjurii fieri passi sunt, an qui religionem stupro permutarunt.

8. Æque flagitiosum illud convivium, quod Gemellus tribunicius viator, ingenui sanguinis, sed officii intra servilem habitum deformis, Metello Scipioni[27] consuli ac

minis.—25 Multi codd. Torren. et Mog. *quem primum detestere.*—26 Pro priore *an*, quod Aldus et Chalcoc. habent, unus codex Brand. *utrum*, alter, et vetus editio Herbip. neutrum habent.—27 Ita Pighius ex conj. reposuit: sed codd. habent *Metello et Scipioni*, vel *Scipione;* item nonnulli, *Metello et Scipione Coss. tribunis plebis;* unus cod. Torren. *a tribunis plebis.* Perizon.

NOTÆ

† An. M. 3980. Ol. 176. 3. Urb. C. 679. Ant. Ch. 73.

[u] *Patris gravissimum*] Patri et filio C. Scribonius Curio nomen fuit; pater Consul anno 679. Macedoniam sortitus, de Bardanis triumphavit: Orator sat probabilis, sed memoria tam debilis, ut tribus propositis, vel quartum adderet, vel tertium quæreret. Filius admirabilem ad dicendum naturam habuit: Tribunus plebis primum Cæsari infestus, deinde ob æs alienum contractum illius partes secutus, Catonem expulit Sicilia: Accium Varum in Africa vicit; tum ipse a Jubæ Præfecto cum quatuor legionibus cæsus est. Extant multæ ad ipsum Ciceronis epistolæ.

‡ An. M. 4005. Ol. 192. 4. Urb. C. 704. Ant. Ch. 48.

[v] *P. autem Clodii*] P. Clodius, Metellus Scipio, Catilina, ex iis quæ jam diximus, notissimi.

tribunis plebis magno cum rubore civitatis comparavit. Lupanari enim domi suæ instituto, Muciam[28] et Fulviam, tum a patre tum a viro utramque inclytam,[29] et nobilem puerum Saturninum in eo prostituit. Probrosa patientiæ corpora,[30] ludibrio temulentæ libidini futura! epulas consulibus et tribunis non celebrandas, sed vindicandas!

9. Præcipue vero Catilinæ[31] libido scelesta. Nam vesano amore Aureliæ Orestillæ correptus,[32] cum unum impedimentum videret, quo minus nuptiis inter se jungerentur, filium suum, quem et solum, et ætate jam puberem habebat, veneno sustulit: protinusque ex rogo ejus maritalem facem accendit, ac novæ maritæ[33] orbitatem suam loco muneris erogavit. Eodem deinde animo civem gerens,[34] quo patrem egerat, filii pariter manibus, et nefarie attentatæ patriæ pœnas dedit.

EXTERNA.

1. At Campana luxuria perquam utilis civitati nostræ fuit. Invictum enim armis Hannibalem illecebris suis complexa, vincendum Romano militi tradidit.[35] Illa vigilantissimum ducem, illa exercitum acerrimum dapibus lar-

conj. *Atilio et Scipioni.* Copes. habet *Matellum.*—28 *Mutinam* Mog. Pro *Fulviam* Leid. 4. habet *Flaviam.*—29 'Ita antiquiores typis expressi. Pighius tamen pro *inclytam* scripsit *abductam;* quia in quibusdam codd. reperit *deductam.* Unus quoque cod. Brand. habet *inclitam:* alter vero *victicam;* quod tamen ex *inclitam* corruptum apparet.' *Vorst.* Barb. prim. *victutam utramque deductam;* Leid. sec. *victicam,* et pro v. l. *seductam inclitam et nobilem;* Leid. 5. et Bit. 1. *utramque enim victoriam et nobilem;* Ultraj. sec. *utramque deductam et nobilem;* cum quo sentit Moguntina; Ultraj. 1. et Leid. 1. *utramque inclitam feminam et nobilem;* Leid. 5. *inclitam utramque feminam vi tractam.* Ceteri codd. Torren. ut restitutum vides a Vorstio.—30 'Sic legendum recte conjecit Pighius, et Colerus in textum recepit, pro nonnullorum librorum *probrosa sapientiæ corpora,* vel quod adhuc pejus est *probrosa prosapiæ corpora,* aut *prosapiæ corpora* omisso *τῷ probrosa. Prosapiæ* ortum est ex compendio duarum vocum *probrosa,* et *patientia;* scriptæ enim erant *pbrosa pntia.* Vet. *probrose p. c.*' Kapp. Plerique codd. Torren. *sapientiæ* præferunt cum Mog. Venett. et Mediol. *prosapiæ* Oliver.—31 Complures codd. *Verum præcipue Catalinæ, &c.* ut legebatur ante Pighium; sed *Præcipue vero* habent Ultraj. 1. Leidd. quatuor, Bitur. 1. et Par. 1.—32 Tres codd. Torren. *corruptus.* Mox Harl. *quem solum ætate:* Leid. 6. *ætate jam pubere.*—33 Quatuor codd. Torren. *maritatæ.* —34 Pigh. aliique *se gerens;* sed *se* abest a duobus codd. Gronovianis, tredecim Torren. et edd. vett. itaque delevit Torrenius. *civem agens* Copes. et Leid. 6.—35 Ita Torrenius ex Mog. Med. et undecim Mss. quibuscum facit

gis, abundanti vino, unguentorum fragrantia, Veneris usu lasciviore,[36] ad somnum et delicias evocavit. Ac tum demum fracta et contusa Punica feritas est, cum Seplasia[w] ei et[37] Albana castra esse cœperunt.* Quid ergo his vitiis fœdius, quid etiam damnosius, quibus virtus atteritur, victoriæ languescunt, sopita gloria in infamiam convertitur, animique pariter et corporis vires expugnantur? Adeo ut nescias, ab hostibusne, an ab illis capi perniciosius habendum sit.

2. Quæ etiam Volsiniensium[x] urbem gravibus et erubescendis cladibus implicarunt. Erat opulenta, erat moribus et legibus ornata;[38] Hetruriæ caput habebatur: sed postquam luxuria prolapsa est, in profundum injuriarum et turpitudinis decidit, ut servorum se insolentissimæ dominationi[y] subjiceret. Qui primum[39] admodum pauci senatorium ordinem intrare ausi, mox universam rempublicam occupaverunt. Testamenta ad arbitrium suum scribi jubebant: convivia cœtusque ingenuorum fieri vetabant:

Vet. et Lips. Thann. revocavit, cum in aliis est *tribuit*.—36 'Copes. cum Harl. et Leid. 5. *et Veneris usu lasciviorem;* sed præstat nil mutare.' *Torren.* —37 In quibusdam deest *ei et;* Colerus restituit *ei* ex Dan. habetque illud unus Brand. *Seplasiana castra ei Albana esse* tres codd. Torren. Mox undecim codd. Torren. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. et Lips. Thann. *relanguescunt*. Cf. Cæs. B. G. II. 15. *elanguescunt* Ascens.—38 'Dan. uterque Brand. Copes. uterque Ultr. Leid. duo, Harl. Barb. et Par. primi, Mog. Ven. Med. Vet. Lips. Thann. Ald. et Chalc. *ordinata*, i. e. constituta, quod prætulerim. III. 8. ext. 3. VIII. 8. 2.' *Kapp.* Paulo ante pro *implicarunt*, multi codd. Torren. *implicaverunt*. Deinde Copes. et Leid. 6. *in luxuriam prolapsa est*. Bitur. 1. et Leid. 5. *in profundum miseriarum*, mutatione solenni.—39 Decem codd. Torren. cum Mog. et Vet. *primi*. Paulo post multi *virgo ingenua*. Sed Torrenio *ingenuo* significantius videtur, ut subintelligas, ejus castitatem non fuisse

NOTÆ

[w] *Seplasia*] Sic legitur in Ciceronis oratione contra Pisonem, non *Selapsia*. Erat autem Capuæ platea, ubi unguentarii, caupones, et alii hujus generis homines. Capuæ deliciis, tum Hannibalis, tum exercitus illius ardor ita elanguit, ut non immerito dictum sit, 'Capuam Hannibalis Cannas fuisse.'

* An. M. 3839. Ol. 141. 2. Urb. C. 538. Ant. Ch. 214.

[x] *Volsiniensium*] Tres olim urbes in Hetruria nobiles, Aretium, Perusium, et Volsinum. Hodie *Bolsena*.

[y] *Servorum se insolentissimæ dominationi*] Volsinenses Senatus Romani opem implorarunt; missus cum copiis Fabius, qui pœnas a servis exegit, urbemque servitute liberavit. Ita Florus lib. I. cap. 21.

filias dominorum in matrimonium ducebant. Postremo lege sanxerunt, ut stupra sua in viduis pariter ac nuptis impunita essent; ac ne qua virgo ingenuo nuberet, cujus castitatem non ante ex numero ipsorum aliquis delibasset.†

3. Age, Xerxes opum regiarum ostentatione eximia, eo usque luxuria gaudens,[40] ut edicto præmium ei proponeret, qui novum voluptatis genus reperisset, quanta, dum deliciis nimiis capitur, amplissimi imperii ruina evasit?‡

4. Antiochus quoque Syriæ rex nihilo continentioris[41] exempli: cujus cæcam et amentem luxuriam exercitus imitatus, magna ex parte aureos clavos[z] crepidis subjectos habuit: argenteaque vasa ad usum culinæ comparavit: et tabernacula textilibus sigillis adornata statuit.* Avaro potius hosti præda optabilis, quam ulla ad vincendum strenuo mora.[42]

5. Jam[43] Ptolemæus[a] rex accessio vitiorum suorum

delibatam, si nuberet uni ex servorum numero.—40 'Copes. *gaudens;* quo pacto omnia conjunctim legenda erunt: *Age X. o. r. o. e. eo usque luxuria gaudens ut &c. reperisset, quanta d. &c. ruina evasit.* Sic IX. 5. 6. et VII. 2. Ext. 8. et IX. 8. 3. sic et Ascensii editio.' *Perizon.* 'Nec Ascensii modo, sed et Mediol. Ven. Ald. Col. Steph. Gryph. et Mss. undecim. Quare optime ita emendandum censuisse Perizonium judicavi.' *Torren.* Sic etiam Vet. Pighius, aliique ediderunt, *gaudebat*, et post *reperisset*, distinctionem maximam posuerunt. Pro *capitur* Colerus ex Colmar. reposuit *carpitur*, contra omnes alios codd.—41 Ita Leid. 6. et Bitur. 1. ut ex conj. emendavit Pighius; *contentioris* Camp. Winck. et Atreb. cum multis Torren. *contemptioris* alii codd. Torren. cum Bitur. 1. a m. sec. *incontinentioris* Ultraj. 1.—42 Auctior in Par. 1. hoc modo: *Unde pulchre Hannibal apud Antiochum exulans ipsi interroganti, an hic exercitus sufficeret, dixit, puto etsi avarissimi sint: nihil dicacius; interrogaverat rex de victoria, respondit ille de præda.* Et hæc ita leguntur in Bit. primo, sed ascripta erant in margine, ita tamen, ut asterisco inter quartum et quintum hujus capitis exemplum inserenda textui esse indicaretur. 'Pro glossa habendum.' *Torren.*—43 *Nam* plerique codd. Deinde *accessu* unus codex Torren. *accessio* Dan. Brand. 1. 2. et novem Torreniani. Mox

NOTÆ

† An. M. 3755. Ol. 120. 2. Urb. C. 454. Ant. Ch. 298.

‡ An. M. 3568. Ol. 73. 3. Urb. C. 267. Ant. Ch. 485.

[z] *Aureos clavos*] Copias auro fulgentes Hannibali cum ostendisset Antiochus, quæsivit ex eo, numquid ea satis essent Romanis? Tum Hannibal: 'Satis,' inquit, 'erunt Romanis, quamvis avarissimi sint.'

* An. M. 3862. Ol. 147. 1. Urb. C. 561. Ant. Ch. 191.

[a] *Ptolemæus*] Filius Ptolemæi Epiphanis. Physcon, hoc est, ventriosus, vocatur a Josepho, Strabone, et ab Epiphanio Philologo, Strabo; Cacer-

vixit: ideoque Physcon appellatus est. Cujus nequitia quid nequius? sororem natu majorem communi fratri[b] nuptam sibi nubere coëgit. Postea deinde filia ejus per vim stuprata, ipsam dimisit,[c] ut vacuum locum nuptiis puellæ faceret.†

6. Consentaneus igitur regibus suis gentis Ægyptiæ populus: qui ductu Archelai[d] adversus A. Gabinium mœnibus urbis egressus, cum 'castra vallo atque fossa cingere' juberetur, universus succlamavit, 'ut id opus publica pecunia faciendum locaretur.' Quapropter deliciis tam enerves animi spiritum exercitus nostri sustinere non potuerunt.[44] ‡

7. Sed tamen effœminatior multitudo Cypriorum, qui reginas suas mulierum corporibus velut gradibus constructis, quo mollius vestigia pedum ponerent, currus conscendere æquo animo sustinebant. Viris enim, si modo viri erant, vita carere, quam tam delicato imperio obtemperare satius fuit.

Phiton pro *Physcon* in plerisque codd. *Phitrio* Bitur. 1.—44 Copes. et Leid. 6. *non valuerunt.*

NOTÆ

getes ab Alexandrinis; Evergetem tamen appellari se volebat.

[b] *Communi fratri*] Ptolemæi Philometoris, quem regno expulerat: ipse enim prius regnabat in Cyrene.

[c] *Dimisit*] Cum in populum cædibus grassaretur, incensa a populo regia, ipse in Cyprum aufugit: hinc multi tumultus, quos fuse Justinus persequitur.

† An. M. 3922. Ol. 162. 1. Urb. C. 621. Ant. Ch. 131.

[d] *Ductu Archelai*] Cui Regina Berenice Ptolemæo patre pulso nupserat: duobus in præliis a Gabinio victus est; quorum in altero captus, et pecunia dimissus, in altero cæsus est; seu a Romanis, ut placet Dioni, seu a Ptolemæo, ut vult Strabo.

‡ An. M. 3999. Ol. 181. 2. Urb. C. 698. Ant. Ch. 54.

CAP. II.

DE CRUDELITATE.

1 L. Cornelii Syllæ dictat.
2 C. Marii Cos. 7.
3 L. Junii Damasippi præt.
4 Munatii Flacci.

EXTERNORUM.

1 Carthaginiensium.
2 Hannibalis Pœni.
3 Mithridatis regis.
4 Numulizinthis Thraciæ regis.
5 Ptolemæi Physcontis regis.
6 Darii Ochi Persarum regis.
7 Artaxerxis Ochi regis.
8 Atheniensium.
9 Perilli Siculi.
10 Hetruscorum.
11 Quorumdam barbarorum.

Hæc societas[1] vitiorum lascivi vultus, et novæ cupiditati inhærentium oculorum, ac delicato cultu affluentis, perque varios illecebrarum motus volitantis animi.[a] Crudelitatis vero horridus habitus, truculenta species,[2] violenti spiritus, vox terribilis, omnia minis et cruentis imperiis referta: cui silentium donare, incrementum est adjicere. Etenim quem[3] modum sibi ipsa statuet, si ne sugillationis quidem frænis fuerit revocata? ad summam, cum penes illam sit timeri, penes nos sit odisse.

1. L. Sylla, quem neque laudare,[a] neque vituperare

[a] *Societas quædam est inter hæc vitia, scilicet inter vultum lascivum, et oculos novis semper cupiditatibus inhærentes; et animum, dum cultus delicatus affluit, varios illecebrarum modos quærentem.*

1 Hæc usque ad *volitantis animi* in Mss. et editt. antiquis capiti præcedenti annectuntur. Mox *vultu affluentis* edd. antiq. præter Vet. et Mog. quæ cum Brand. 1. 2. et omnibus Torren. codd. lect. nostram exhibent; *cultu affluente* Pigh. ex codd. suis: *volitantes* Vet. Eadem cum Pighii codd. copulam *que* post *per* omittit.—2 Pighius ex Camp. mavult legere *facies;* sed alterum præferunt Brand. 1. 2. omnes codd. Torren. et edd. vett. Tres codd. Torren. *violentus.* Mox idem *ora* pro *omnia* edidit; sed *ora* ortum est ex compend. *oia.*—3 Unus Ultraj. et duo Leidd. *Enimvero;* duo alii: *Quem enim;* Vet.

NOTÆ

[a] *Quem neque laudare*] Ita fere Velleius lib. II. 'L. Cornelius Sylla, qui neque ad finem victoriæ satis laudari, neque post victoriam abunde vituperari potest.'

quisquam satis digne potest, quia dum quærit victorias, Scipionem se populo Romano; dum exercet,[4] Hannibalem repræsentavit: egregie namque auctoritate nobilitatis defensa, crudeliter totam Urbem, atque omnes Italiæ partes civilis sanguinis fluminibus inundavit: quatuor legiones[b] contrariæ partis, fidem suam secutas, in Publica Villa [quæ in Martio campo erat][5] nequicquam fallacis dexteræ misericordiam implorantes, obtruncari jussit.* Quarum lamentabiles quiritatus trepidæ civitatis aures receperunt:[6] lacerata ferro corpora Tiberis impatiens tanti oneris cruentatis aquis vehere coactus est. Quinque millia Prænestinorum[c] spe salutis per P. Cethegum data, extra mœnia municipii evocata,[7] cum abjectis armis humi corpora prostravissent, interficienda, protinusque per agros dispergenda curavit. Quatuor millia et septingentos diræ proscriptionis edicto jugulatos in tabulas publicas retulit: videlicet ne memoria tam præclaræ rei dilueretur.[8] Nec contentus in eos sævire, qui armis a se dissenserant, etiam quieti animi cives, propter pecuniæ magnitudinem, per no-

Quem enim vero.—4 'Pighius in duobus codd. reperit *dum sævitiam exercet;* ipsamque vocem *sævitiam* in textum recepit. At Colerus rursus expunxit: contenditque rectissime dici *victoriam exercere.* Sed et Gronovius Obs. IV. 5. judicat, pessime Pighium *sævitiam* ex duobus corruptis codd. adjecisse. Abest sane et ab uno cod. Brand. itemque ab antiquioribus typis expressis Aldi et Chalcoc.' *Vorst.* Leidd. 2. 3. 4. et Ultraj. 1. *sævitiam;* sed ex Barb. 2. colligas illud ex marg. in contextum irrepsisse. Habet et illud Mog. Nonnulli *repræsentat.* Perizon. conj. *dum exercet sævitia,* vel *sævitate H. repræsentat.*—5 'Hæc verba glossema sapiunt, quare uncis inclusi, licet in omnibus libris hæreant.' *Kapp.* Sed omnes servant codd. Torren.—6 Perizon. conj. *recipere;* sed non favent codd.—7 Sic Pighius: et firmant hoc Mss. plerique, Mog. et Asc. Sed Venet. Mediol. Aldus et reliqui *evocatos;* quod est in Harl. Barb. Bit. et Ultraj. primis.—8 Bitur. 1. *deleretur.* Perizon. ascripsit *dilaberetur,* quod Torrenio satis arridet; non item Kappio.—9 Leid.

NOTÆ

[b] *Quatuor legiones*] Quatuor millia Florus, sex Plutarchus, octo Epit. Liviana, novem Aurelius Victor. In circo maximo factam hanc cædem tradit Plutarchus, dum Sylla in æde Bellonæ Senatum haberet.

* An. M. 3972. Ol. 174. 3. Urb. C. 671. Ant. Ch. 81.

[c] *Quinque millia Prænestinorum*] Postquam Lucretius Mario juniore mortuo hac urbe potitus est, illuc Sylla se contulit: primum causa cognita animadvertit in singulos; deinde, quasi non vacaret, cives uno in loco contractos ad duodecim millia confici jussit. Plut.

menclatorem[9] conquisitos, proscriptorum numero adjecit. Adversus mulieres quoque gladios destrinxit; quasi parum cædibus virorum satiatus. Id quoque inexplebilis[10] feritatis indicium est. Abscisa miserorum capita, modo non vultum[11] ac spiritum retinentia,[b] in conspectum suum afferri voluit, ut oculis illa, quia ore nefas erat, manderet. Quam porro crudeliter se in M. Mario prætore[d] gessit! quem per ora vulgi ad sepulcrum Lutatiæ gentis pertractum, non prius vita privavit, quam oculos infelicis[12] erueret, et singulas corporis partes confringeret. Vix mihi verisimilia narrare videor. At ille etiam M. Plætorium, quod ad ejus[13] supplicium exanimis ceciderat, continuo ibi mactavit: novus punitor misericordiæ; apud quem iniquo animo scelus intueri, scelus[14] admittere fuit. Sed mortuorum umbris saltem pepercit? Minime: nam C. Marii, cujus, etsi postea hostis, quæstor tamen aliquando fuerat, erutos cineres in Anienis[15] alveum sparsit. En, quibus actis Felicitatis cognomen[16] [e] assequendum putavit!

[b] *Abscissa miserorum capita, quæ pristinum fere vultus habitum retinentia, spirare adhuc videbantur.*

5. *nomenculatorem;* Bitur. 1. *novimculatorem;* nonnulli Torren. *nomenclarum;* item, *nomina clariorum;* unus etiam, *numuncularios*, et alter, *nomen delatorum.* —10 Par. 2. Leidd. 1. 6. et Copes. *inexplicabilis;* Leid. 2. *inexplebilis*, et pro v. l. *inexplicabilis;* unde Torrenius conj. *inexpiabilis.*—11 Perizonius timide conj. *vocem*, vel *vitam*, improbante Kappio. Omnes codd. retinent *vultum* sine mutatione.—12 Copes. Ultraj. 2. Harl. Par. 2. et duo Leid. *infelices*, sc. oculos.—13 Pro *ejus* contra libros Pighius ex solo Cauch. edidit *Marii*, ex interpretamento. Duo aut tres codd. Torren. *quia ad ejus;* Barb. 1. *qui ad ejus.* —14 Copes. omittit *scelus* priori loco, probante Perizonio.—15 Nonnulli codd. Torren. *in amnis.*—16 *Felicis cognomen* Pigh. Delph. Vorst. alii: *felici-*

NOTÆ

[d] *In M. Mario prætore*] Aliter Plutarchus. L. Catilina, proscriptione nondum decreta, fratrem cum occidisset, Syllam adit, rogat ut fratrem quasi incolumem proscribat: morem illi gessit Sylla; gratiam vero ut illi referret Catilina, M. Marium, qui bis Prætor fuerat, virum populo gratissimum interficit, caputque defert ad Syllam in foro sedentem: alii volunt Marium erutis oculis, manibus, cruribusque desectis aliquamdiu servatum, ut per singula membra moreretur: quod Cicero in petitione Consulatus narrat pluribus.

[e] *Felicitatis cognomen*] Reipublicæ certe ob nimiam crudelitatem infelix fuit: unde ille versiculus: 'Aspice felicem sibi, non tibi, Romule, Syllam.'

2. Cujus tamen crudelitatis C. Marius invidiam[17] levat: nam et ille nimia cupiditate persequendi inimicos, iram suam nefarie destrinxit, L. Cæsaris[18] [f] consularis et censorii nobilissimum corpus ignobili sævitia trucidando, et quidem apud seditiosissimi et abjectissimi hominis bustum.† Id enim malorum miserrimæ[19] tunc Reipublicæ deerat, ut Vario [g] Cæsar piaculum[20] caderet. Pæne tanti victoriæ ejus non fuerunt: quarum oblitus plus criminis domi, quam laudis in militia,[21] meruit. Idem caput M. Antonii abscisum lætis[22] manibus inter epulas per summam animi ac verborum insolentiam aliquamdiu tenuit: clarissimique et civis et oratoris sanguine contaminari mensæ sacra passus est.[23] Atque etiam P. Annium, qui id attulerat, in sinum suum, recentis cædis vestigiis aspersum, recepit.

tatis nomen edd. vett. *Felicitatis* retinent codd. restituit Torren.—17 Ita Pigh. ex codd. et ita quoque omnes fere Torren. et Mog. *crudelitates invidia* solus Harl. *crudelitatem C. M. invidia* edd. ante Pighium.—18 Ita inde a Pighio editur; codd. vero et edd. vett. *G. Cæsaris:* codd. Torren. *Gaii.* Mox *atque abjectissimi* codd. Pigh. *hominis Varii* Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *Varii* delevit Pigh. cum codd.—19 Ita Pigh. ex Camp. Cauch. aliisque. 'Unus cod. Brand. pro *miserrimæ* notatum in margine habet *miseriæ.* Estque ita et in Aldi editione. Et mihi sane *miseriæ* magis hic placet.' *Vorst.* '*miseriæ* est in Cop. et Barb. prim. Reliqui *miserrimæ*, ut et Mog. quod verum esse vel ipsa verborum collocatio evincere videtur. Sic enim optime *tunc* cum *τῷ miserrimæ* conjungitur, non æque suaviter cum *τῷ deerat*, si legas *miseriæ.*' Torren.—20 'Ita ex aliquot Mss. rescripsit Pighius. Et recte meo judicio. Aldus, *ut Varii Cæsar piaculo:* Chalcocondyles paulo melius, *Vario Cæsar piaculo;* quomodo codices quoque Brand. Sed legendum omnino *piaculum.* Est autem *piaculum* sacrificium ad satisfaciendum pro peccatis.' *Vorst.* '*piaculo*, quod ante Pighium legebatur, extat in Mss. quatuordecim, et omnibus editionibus. Credo tamen cum Pighio verum esse *piaculum.*' Torren.—21 Ultraj. 1. 2. *tantæ victoriæ.* Mox omnes codd. cum omnibus edd. *in militia*, quod mutaverat Pigh. in *militiæ*, improbante Torrenio.—22 Ita Brand. 1. 2. codd. Torren. et Pigh. cum Vet. Mog. et Mediol. *suis* Aldd. Colin. Gryph. et Steph.—23 Edd. vett. *tenuit, clarissimique civis sanguine contaminari mensam suam passus; atque etiam, &c.* 'Vel dele copulam adjunctam *clarissimi;* vel lege prorsus cum Copes. *passus est.*' Perizon. '*passus est* reperi etiam in Leidd. 5. 6. quod omnino necessarium videbatur.' *Torren.* Mox Copes. *Paulum Annium;* quod etiam est in Leid. 6. sed Leid. 1. et Par. 1. *P. Anto-*

NOTÆ

[f] *L. Cæsaris*] Qui bello sociali multa fortiter gesserat, et cum P. Licinio Crasso fuerat Censor.

† An. M. 3967. Ol. 173. 2. Urb. C. 666. Ant. Ch. 86.

[g] *Ut Vario*] Sucronensi; quem summo cruciatu periisse supra ex Cicerone diximus: verisimile fit a Syllanis necatum, cum illius mortem Marius vindicarit. De Antonii morte diximus supra.

3. Damasippus[h] nihil laudis habuit, quod corrumperet: itaque memoria ejus licentiore accusatione perstringitur. Cujus jussu principum civitatis capita hostiarum capitibus permista sunt; Carbonisque Arvinæ truncum corpus patibulo affixum gestatum est.‡ Adeo aut flagitiosissimi hominis prætura multum, aut reipublicæ majestas nihil potuit.[24]

4. Munatius[25] etiam Flaccus,[i] Pompeiani nominis acrior quam probabilior defensor, cum ab imperatore Cæsare in Hispania inclusus mœnibus Atteguensium[26] obsideretur, efferatam crudelitatem suam truculentissimo genere vesaniæ exercuit. Omnes enim ejus oppidi cives, quos studiosiores Cæsaris senserat, jugulatos muris præcipitavit: fœminas quoque, citatis nominibus virorum, qui in contrariis castris erant, ut cædes conjugum suarum cernerent; maternisque gremiis superpositos liberos trucidavit,[27] infantesque alios in conspectu parentum humo infligi, alios superjactatos pilis excipi jussit.* Quæ auditu etiam intolerabilia,

nium.—24 Copes. *Adeo ut f. h. p. tn* (videtur voluisse *tantum*) *et R. m. n. potuerit;* nonnulli Torreniani: *Adeo ut f. h. p. multum, at R. m. n. potuerit;* unde Perizon. conj. *Adeo et f. h. p. multum, et R. m. n. potuit.* Harl. *at pop. Rom. majestas;* Ultraj. 1. *autem* Reip.—25 Sunt qui *Numancius,* ut pleræque ante Pigh. edd. habent; item *Mimacius,* ut Mog. et *Minucius;* quæ diversitas etiam supra in hoc nomine occurrit.—26 *Ateguensium* Leid. 5. *Abteguensium* vett. *Abtiguensium* Brand. 1. 2. *Attinguensium* nonnulli codd. Torren. et vulgg. *Atingensium* et *Abtingdensium* in aliis codd. *Atteguensium* est ex conjectura Lipsii.—27 Copes. omittit: *maternisque g. s. l. t.* vulgg. habent, *et maternis;* Barb. 1. et Ultraj. 2. *maternisque;* copula deest in quibusdam. Sex codd. Torren. *suppositos:* forte librarius scripserat *suppositos.* Mox codd. fere pari numero habent *infligi* et *infigi.* Ex Vet. et Mediol. *infligi,* ceteræ *infigi,* quod Torrenio magis arridet, ut opponat alios in sublime jactos pilis exceptos, alios humi infixos, hastis videlicet ita trajectos, ut illæ terræ infixæ ma-

NOTÆ

[h] *Damasippus*] Qui jussu Marii junioris vocato in Curiam Senatu, C. Papyrium Carbonem Consulis fratrem, P. Antistium, L. Domitium, et Mutium Scævolam Pontificem Maximum, aliosque interfecit.

‡ An. M. 3972. Ol. 174. 3. Urb. C. 671. Ant. Ch. 81.

[i] *Munatius etiam Flaccus*] De nimia Cæsaris potentia cum Pompeium monnisset, eum securum esse Pompeius jussit, cum diceret orbem se totum, cum pede terram percusserit, commoturum: cum vero paulo post in Græciam Pompeius fugeret, tum illi Munatius: 'Pede,' inquit, 'percute terram, Pompei.'

* An. M. 4009. Ol. 183. 4. Urb. C. 708. Ant. Ch. 44.

Romano jussu, Lusitanis manibus administrata sunt:[28] cujus gentis præsidio Flaccus vallatus, divinis operibus vecordi pertinacia[j] resistebat.[c]

EXTERNA.

1. Transgrediamur[29] nunc ad illa, quibus, ut par dolor, ita nullus nostræ civitatis rubor inest. Carthaginienses Atilium Regulum palpebris[k] resectis, machina,[30] in qua undique præacuti stimuli eminebant, inclusum, vigilantia pariter et continuo tractu doloris necaverunt.[†] Tormenti genus haud dignum passo,[31] auctoribus dignissimum. Eadem usi crudelitate milites[32] nostros, maritimo certamine in suam potestatem redactos, navibus substraverunt; ut earum carinis ac pondere elisi, inusitata ratione mortis barbaram feritatem satiarent: tetro facinore pollutis classibus ipsum mare violaturi.

2. Eorum dux Hannibal, cujus majore ex parte virtus sævitia constabat, in flumine Vergello[33][l] corporibus Romanis ponte facto, exercitum traduxit: ut æque scelestum

[c] *Cujus gentis præsidio defensus Flaccus insana pertinacia resistebat invictis armis Julii Cæsaris inter Deos referendi.*

nerent. Sil. Ital. VII. 612. sq. Pro *jussit* Vet. *faciebat.*—28 Nonnulli codd. Torren. *ministrata sunt;* Harl. et Ultraj. 2. *divinis opibus.*—29 *Transgrediemur* octo codd. Torren. *ad alia* Copes. *civitati* Par. 1.—30 Ultraj. 1. 2. et Barb. 1. pro v. l. *machinæ;* ceteri cum Mog. *machina.*—31 Sic Ultraj. 1. 2. decem alii codd. cum edd. ante Pigh. *indignum passo.*—32 Sic ex mente Perizonii et astipulantibus sat multis Mss. restituit Torrenius. Nam alii fere ediderunt *Eadem usi sunt crudelitate in milites nostros, quos, &c.*—33 Ita Pigbius restituit ex Floro II. 6. 18. sed *Vergellii* emendandum vidisse Jan. Parrhasium monuit Theophilus. *Gello* Camp. Cauch. Atreb. et nonnulli Torren. *Gallo* in Patav. et aliis; *Sigello* Winck. Mitallerius tamen hic et in Floro legit *Cerbalo.*

NOTÆ

[j] *Vecordi pertinacia*] Captus enim a Cæsare meritas crudelitatis pœnas dedit; ut Hirtius in bello Hispanico, et Dio lib. XLIII. referunt.

[k] *Attilium Regulum palpebris*] Attilii cladem et mortis genus pluribus explicuimus lib. I. c. 1. n. 14.

[†] An. M. 3803. Ol. 132. 2. Urb. C. 502. Ant. Ch. 250.

[l] *In flumine Vergello*] Vulgo dicitur *Gelo;* sed male, cum sit in Sicilia. Florus Vergello; ita etiam Pighius: Plinius Cerbalo, qui Apuliæ fluvius est prope Catinas; quem sequitur Colerus: alii *Gallo,* alii *Sigello;* ego libentius cum Plinio legerim, *Cerbalo.*

terrestrium Carthaginiensium copiarum egressum terra, quam maritimarum Neptunus experiretur. Idem captivos nostros oneribus et itinere fessos jam, prima pedum parte[34] succisa relinquebat. Quos vero in castra perduxerat, paria fere fratrum et propinquorum jungens, ferro decernere cogebat: neque ante sanguine explebatur, quam ad unum victorem omnes redegisset.‡ Justo ergo illum odio, verumtamen tardo supplicio, senatus Prusiæ regis[35] factum supplicem ad voluntariam mortem[m] compulit.

3. Tam hercle, quam Mithridatem regem, qui una epistola octoginta millia[n] civium Romanorum in Asia per urbes negotiandi gratia dispersa,[36] interemit, tantæque provinciæ

Mox *terrestrium scelestum* in Aldd. Colin. Gryph. et Steph.—34 Ita edd. vett. cum Brand. 1. 2. et codd. Torren. Pigh. vero ex uno Camp. mavult, *fessos infima pedum parte.* 'Ultraj. prim. *in prima.* Profecto *jam* potest hic habere locum, si jungas cum *fessos.* Paulo post, *quosdam vero quos*, vel *quosdam vero ut*, nonnulli exhibent.' *Torren.*—35 Ita Torren. ex codd. vulgo *regi.*—36

NOTÆ

‡ An. M. 3838. Ol. 141. 1. Urb. C. 537. Ant. Ch. 215.

[m] *Ad voluntariam mortem*] Post victum Antiochum, Hannibal, uti diximus, ad Prusiam Bithyniæ Regem se contulit, ad quem aliquanto post legatus a Senatu Romano venit T. Quintius Flaminius. Tum Prusias, sive ut gratificaretur præsenti Flaminio, sive ab eo impulsus, milites misit ad custodiendam Hannibalis domum: ille, ut iter semper aliquod præparatum fugæ haberet, septem exitus e domo fecerat, et ex iis quosdam occultos, ne custodia sepirentur; sed frustra, nam circuitum domus ita custodiis complexi sunt, ut nulla omnino fugæ via pateret: quod ut sensit Hannibal, vel a servo ipsius jussu compressa gula interiit; vel taurinum sanguinem ebibit, ita enim nonnulli apud Plutarchum; vel potius, ut placet Livio, venenum, quod jam diu præparatum ad tales habebat casus, poposcit. 'Liberemus,' inquit, 'diuturna cura populum Romanum, quando mortem senis expectare longum censent; nec magnam nec memorabilem ex inermi proditoque Flaminius victoriam feret: mores quidem P. Romani quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit.' Horum patres Pyrrhum infestis signis Romæ imminentem a veneno ut caveret monuerunt; hi Prusiæ auctores sunt ut, regiæ dignitatis junctæque dexteræ oblitus, hospes hospitem scelere prodat.' Execratus deinde in caput regnumque Prusiæ, poculum exhausit annos natus 70. Hæc Livius lib. XXXIX.

[n] *Octoginta millia*] Uno die 150. millia cæsa tradit Plutarchus in Sylla: missis enim ad Satrapas literis, Romanos omnes et Italicos hospites cum uxoribus et liberis occidi jussit; pollicitus servo libertatem, si herum; debitori dimidiam pecuniæ partem, si creditorem necasset.

hospitales Deos, injusto, sed non inulto cruore respersit:* quoniam cum maximo cruciatu, veneno repugnantem° spiritum suum tandem succumbere coëgit: simulque piacula crucibus[37] P illis dedit, quibus amicos suos auctore Gauro spadone libidinosus obsequio, scelestus imperio affecerat.†

4. Numulizinthis[38] Diogiridis filii Thraciæ regis etsi minus admirabilem crudelitatem gentis ipsius feritas, narrandam tamen rabies sævitiæ facit: cui neque vivos homines medios secare, neque parentes liberorum vesci[39] corporibus nefas fuit.

Harl. *dispersos.*—37 'Durum Pighio videtur *afficere crucibus;* ideoque conjicit *affixerat.* Sed aliter succurrendum esse huic loco docet Ms. legendo *cruciatibus.*' Perizon. 'In notis Pighii hoc non reperio, sed credo ita judicasse Cl. Perizonium, quia in margine Pighius ascripsit, 'F. *Affixerat.*' in codice suo notaverat etiam Perizonius 'crux' pro omni tormento Seneca de Provid. c. 3. cum quo confer Flor. II. 2. et postea, Cic. Verr. I. 3. 'Cum cives Romanos morte, cruciatu, cruce affecerit.' Front. IV. 7. 24. Ceterum *cruciatibus* neque ego in ullo inveni, neque ab aliis annotatum video.' *Torren.* Deinde aliquot Mss. *quibus illos amicos suos;* quod est in vulgatis ante Pighium. Leid. prim. *G. Sarpedone;* Leid. tert. *Gario spadone;* Leid. quart. *Gadio.* Cop. *Gauro.*—38 Edd. vett. et unus Brand. *Cisienis* et *Cysenis;* Guyeto scribendum videtur, *Numilizinthidis.* 'Forte legendum *Numilizinthis Diorigidis filiæ Thraciæ Regis F.* id est, *filius:* sic infra IX. 11. Ext. 2. non inepte conjiciunt viri docti legendum *Mithridatis autem F.* id est, *filius.*' Perizon. Leid. prim. *Numolisinthis;* Harl. *Nummulissantis;* Paris. prim. *Nec minus Diogridis;* Barb. prim. *Ne minus Diogridis;* Ultraj. sec. et Mog. *Non minus Diogiridis;* Paris. sec. *Zisenis;* Bit. prim. *Disenis;* Leid. quint. *Tisenis.* 'Pro *filiæ* in textum recepi filii motus auctoritate Copes. unius Brand. Bitur. 1. Ultraj. 1. Leid. 5. et Vet. nec non quia *Numulizinthes* virile nomen est, ut forma ejus præfert. Tum si hæc essent a fœmina patrata, haud dubie aliter locutus esset, Reginam vocasset, et rei indignitatem auxisset, quod talia a fœmina patrarentur; uti egregie monuit Perizonius. Ceterum cum Torrenio credo, altius mendum latere, et eundem hunc esse, qui dicitur Ζιβέλμιος, vel Ζισέλμιος Διηγύλιος υἱὸς a Diod. Siculo in Excerpt. Peiresc. p. 375.' *Kapp.*—39 Notat Pigh. in marg. quosdam codd. pro *vesci* habere *pasci,* quod nusquam invenit Torre-

NOTÆ

* An. M. 3966. Ol. 173. 1. Urb. C. 665. Ant. Ch. 87.

° *Veneno repugnantem*] Duo constant apud auctores de morte Mithridatis; unum, eum, postquam Pharnaces filius ab exercitu Rex salutatus est, venenum bibisse: alterum, cum vel nihil vel lentius noceret, quod esset a puero tutorum metu bibendis venenis assuetus, 'male tentatum veneno spiritum,' inquit Florus, 'ferro expulisse.' An vero sua, an aliena manu ceciderit, incertum est: a Bituito Gallo, ex Floro et Aurelio Victore; a se ipso, ex Gellio et Dione, gladio confossus occubuit.

P *Crucibus*] Non in amicos tantum, sed in uxores etiam et liberos sæviit, quarum multos qua veneno qua ferro sustulit.

† An. M. 3991. Ol. 179. 2. Urb. C. 690. Ant. Ch. 62.

5. Iterum Ptolemæus Physcon emergit, paulo ante libidinosæ amentiæ teterrimum exemplum: idem[40] inter præcipua crudelitatis indicia referendus. Quid enim hoc facto truculentius? filium suum[q] nomine Memphitem,[41] quem ex Cleopatra, eadem sorore et uxore, sustulerat, liberalis formæ, optimæque spei puerum in conspectu suo occidi jussit: protinusque caput ejus et pedes præcisos,[42] et manus in cista chlamyde opertos pro munere natalitio matri misit.‡ Perinde quasi ipse cladis, quam illi inferebat, expers, ac non infelicior, quod in communi orbitate Cleopatram miserabilem, cunctis se[43] invisum reddiderat.[44] Adeo cæco furore summa[45] quæque effervescit crudelitas, cum munimentum ex se ipsa reperit. Nam cum animadverteret, quanto sui odio patria teneretur, timori remedium scelere petivit: quoque tutius plebe trucidata regnaret, frequens juventute gymnasium armis et igni circumdedit, omnesque qui in eo erant, partim ferro, partim flamma necavit.

6. Ochus autem, qui postea Darius[r] appellatus est,

nius.—40 Aldd. Colin. Gryph. Steph. Pigh. Vorst. &c. cum quibusdam codd. *idem etiam:* Codd. decem Torren. cum Vet. Mog. et Ascens. non agnoscunt *τὸ etiam;* ideo delevit Torrenius: *idem est* Mediol. 3.—41 Ita Torrenius revocavit ex edd. vett. et sic legendum esse monuit Berneccerus ad Justin. XXXVIII. 8. *Menephitem* Mog. Venett. et Pigh.—42 Ita codd. Pigh. et Torren. cum Mog. *jussit: pedes præcisos et caput, et manus, &c.* Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *in cistam* decem codd. Torren. cum Venett. Aldd. Colin. Gryph. et Steph.—43 Pronomen rejecerat Pighius, restituit Torren. cum omnibus codd. et edd. vett.—44 Sic codd. fere omnes cum Vet. et Mog. et sic restituit Torren. Copes. *reddebat;* alii *redderet.*—45 Perizon. malebat *in summa;* sed scripti non probant. *cum* pro *cui* constanter habent Mss. *ex se ipsa,* i. e. ex crudelitate. *Crudelitas* ex *crudelitate munimentum reperit,* quando princeps nova crudelitate grassatur contra eos, quibus se invisos ob ante exercitam crudelitatem sentit. Codd. etiam omnes *reperit,* non *capit.* Quod primus exhibuerat Pighius: pro *summa quæque,* aliquot Mss. cum Mog.

NOTÆ

[q] *Filium suum*] Ex duabus uxoribus duos filios susceperat, quorum alterum natu majorem, ne ab Alexandrinis Rex crearetur, interfecit; alterum secum in Cyprum abductum multas in partes secari jussit: misitque in cista Alexandriam matri inter epulas offerendum.

‡ An. M. 3922. Ol. 162. 1. Urb. C. 621. Ant. Ch. 131.

[r] *Ochus autem, qui postea Darius*] Moriens Artaxerxes Longimanus filios reliquit octodecim, Xerxem ex Damaspia legitimum, alios omnes spurios; quos inter Sogdianus et Ochus ille, qui Darius Nothus dictus

sanctissimo Persis jurejurando obstrictus, ne quem ex conjuratione, quæ septem Magos cum eo oppresserat,[46] aut veneno, aut ferro, aut ulla vi, aut inopia alimentorum necaret, crudeliorem mortis rationem excogitavit, qua onerosos[47] sibi non perrupto religionis vinculo tolleret.[d] Septum enim altis parietibus locum cinere complevit, suppositoque[48] tigno prominente, benigne cibo et potione exceptos in eo collocabat; e quo somno sopiti, in illam insidiosam congeriem decidebant.*

7. Apertior[49] et tetrior alterius Ochi cognomine Artaxerxis[s] crudelitas, qui Ocham sororem, atque eandem socrum, vivam capite defodit: et patruum cum centum amplius[50] filiis ac nepotibus vacua area destitutum, jaculis confixit;

[d] *Qua homines illos, ob nimiam potentiam sibi graves, non violato juramento occideret.*

summa quoque: in fine etiam nonnulli, *armis et igne.*—46 'Hic locus Interpretes mire vexavit. Ex Herodoto constat, *duos* tantum magos regnum Persarum occupavisse, Ammianus autem Marcell. XXIII. 22. *septem* commemorat. Sed recte monet Vorstius, hujus auctoritatem non esse tanti, ut aliorum elevare queat. Viri igitur docti Valerium cum aliis conciliare studuerunt. Rutgersius Var. lect. I. 8. et Mich. Rossal legunt *ex conjuratione septem, quæ magos, &c.* quod sane insolens est Latinis auribus. Perizonius putat, quia Magi septem menses regnasse dicuntur, hanc erroris causam Valerio fuisse. Torrenius vel Valerium errasse statuit, vel existimat *septem* ex glossa ortum esse. Ego nihil mutandum puto, et ita explico: Ex conjuratis, quorum cum Dario ipso omnino septem fuerunt, qui Magos oppresserant.' *Kapp.* Mox *ulla* delet Perizon. cum Copes. improbante Torrenio.—47 'Ita Pighius ex Winck. Et sic Par. sec. Mog. et Vet. Al. *onustos;* al. *graves;* al. *junctos;* al. *invisos;* al. *odiosos;* quod Perizonio et Torrenio magis placet. Ego *onerosos* prætulerim.' *Kapp.*—48 Notat Pigh. in marg. aliam lect. esse *superposito,* quod habent Brand. 1. 2. Leid. 6. Copes. et Mog. Similiter variatum supra IX. 2. 4.—49 *Asperior* unus Donac. Mox aliquot codd. Torren. *Ociosam sororem;* unus *Ociam;* alter *Ocisam.*—50 Sic ex codd. restituit Pighius;

NOTÆ

est: haud multo post patris mortem regnandi libidine, et Xerxem Sogdianus, et Sogdianum Darius Nothus, aliosque e fratribus, ne regno ab his pelleretur, interfecit. Ita Ctesias.

* An. M. 3638. Ol. 91. 1. Urb. C. 337. Ant. Ch. 415.

[s] *Ochi cognomine Artaxerxis*] Crudelitate præter ceteros Persarum Reges Ochus ille nobilitatus est: qui vivo patre Mnemone fratrum alterum calumniis ad venenum compulit; alterum decrepiti patris delicias per Harpatem interemit; veritusque ne quis suorum id ins e, quod in ipsius patrem Cyrus junior moliretur, regiam cognatorum cæde replevit, ex Justino: octoginta fratres Sisygambis, quæ postea Darii mater fuit, necavit, ex Curtio.

nulla injuria lacessitus, sed quod in his maximam apud Persas probitatis et fortitudinis laudem consistere videbat.

8. Consimili genere æmulationis instincta civitas Atheniensium, indigno gloriæ suæ[51] decreto Æginensium[t] juventuti pollices abscidit; ut classe potens populus[u] in certamen maritimarum virium secum descendere nequiret.‡ Non agnosco Athenas timori remedium a crudelitate mutuantes.

9. Sævus etiam ille ænei tauri inventor,[v] quo inclusi subditis ignibus, longo et abdito cruciatu, mugitus resonantem spiritum[52] edere cogebantur, ne ejulatus eorum humanæ sono vocis expressi Phalaridis tyranni misericordiam implorare possent. Quam, quia calamitosis deesse voluit, teterrimum artis suæ opus primus artifex inclusus[53] merito auspicatus est.*

vulgo, *et amplius.*—51 'Malim, *gloria sua.*' Guy. Sic habet Leid. quint. Sed vide quos citat Cl. Burmannus ad Phæd. IV. 20. 'Quicquid putabit esse dignum memoriæ.'—52 'Pighius *resonante spiritu;* ut in Copes. Leid. prim. Barb. prim. et Ultraj. sec. Aldus et ceteri, *resonantem spiritum.* Nonnulli cum Mog. *longo et abdito cruciatu mugitus resonante, spiritum edere cogebantur.* Rectum videtur, *resonantem spiritum.* Non tantum cogebantur *edere mugitus. spiritu resonante,* sed *edere spiritum* i. e. mori; et hunc *resonantem mugitus,* i. e. cogebantur mugire inter moriendum. Quod itaque restitui.' *Torren.* Mox pauculi, *ne ululatus;* Par. 2. *ne illi ululatus.* Deinde Ultraj. 1. 2. Vet. et Mog. *humano.*—53 Recte omittit Copes. τὸ *artifex.* Vellem et τὸ *inclusus* omitteret, utrumque enim mihi videtur ortum a glossa hominis, qui in margine notavit *artifex inclusus.* Perizon. *Artifex* omittunt etiam Harl. Paris. et

NOTÆ

† An. M. 3690. Ol. 104. 1. Urb. C. 389. Ant. Ch. 363.

[t] *Æginensium*] Ægina insula maris Ægæi Piræeo imminens. Hodie *Engia.*

[u] *Ut classe potens populus*] Per annos 45. inter Athenienses et Æginetas vario marte pugnatum est: duobus tandem præliis victi Æginetæ et ab Leocrate obsessi, cum spes auxilii nulla esset, se suaque Atheniensibus permiserunt.

‡ An. M. 3595. Ol. 80. 2. Urb. C. 294. Ant. Ch. 458.

[v] *Ænei tauri inventor*] Perillus Atheniensis, qui dum artis pretium et operis petit, Phalaridis jussu primus in tauro inclusus periit: hunc taurum Apollini Delphico a Phalaride consecratum refert Lucianus; Timæus vero ab Agrigentinis in mare demersum.

* An. M. 3482. Ol. 52. 1. Urb. C. 181. Ant. Ch. 571.

10. At ne Hetrusci quidem[w] parum feroces in pœna excogitanda: qui vivorum[54] corpora cadaveribus adversa adversis alligata atque constricta, ita ut singulæ membrorum partes singulis essent accommodatæ, tabescere simul patiebantur: amari vitæ pariter ac mortis tortores.

11. Sicut illi Barbari, quos ferunt mactatarum pecudum intestinis,[x] et visceribus egestis, homines inserere, ita ut capitibus tantummodo emineant, quoque[55] diutius pœnæ sufficiant, cibo et potione infelicem spiritum prorogare: donec intus putrefacti, laniatui sint animalibus,[56] quæ tabidis in corporibus nasci solent. Queramur nunc cum natura rerum, quod nos multis et asperis adversæ valetudinis incommodis obnoxios esse voluerit: habitumque cœlestis roboris humanæ conditioni denegatum moleste feramus;[e] cum tot cruciatus sibimetipsa mortalitas impulsu crudelitatis excogitaverit.

[e] *Moleste feramus robur immortale humanis corporibus denegatum.*

Bit. primi, Leid. sext. Sed in quinto deest *primus.*—54 Ita Pigh. ex Winck. Camp. et Gembl. itaque nonnulli codd. Torren. vulgo *virorum;* quod est etiam in quibusdam Torren. Nonnulli: *cadaveribus adversis adversa alligata.* —55 Copes. tres codd. Torren. et Ascens. *quoque ut;* decem codd. Torren. *quosque ut;* in nonnullis edd. *atque ut,* ex interpretatione; in ceteris, *quoque diutius, &c.* Deinde pro *prorogare* nonnulli *prorogant.*—56 Ita Pigh. ex codd. et habent quoque ita Brand. 1. 2. codd. Torren. Vet. Mog. et Mediol. 3. *laniati sunt ab animalibus* Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *saniatui sint animalibus* emend. Pontanus. Mox edd. a Pigh. usque ad Torren. *corporibus innasci.*

NOTÆ

[w] *Ne Hetrusci quidem*] Id Mezentio eorum Regi tribuit Virg. Æn. VIII. 'Mortua quin etiam jungebat corpora vivis, Componens manibusque manus, atque oribus ora.'

[x] *Pecudum intestinis*] Illud etiam supplicii genus et ab Opilio Macrino in duos milites, teste Capitolino, et in Christianos a Paganis, teste Sulp. Severo, usurpatum est.

CAP. III.

DE IRA ET ODIO.

1 M. Livii Salinatoris Cos.
2 C. Marcii Figuli juriscos.
3 Patriciorum.
4 Juventutis Romanæ.
5 Exercitus Romani.
6 Plebis Romanæ.
7 Q. Metelli Macedonici procos.
8 L. Cornelii Syllæ.

EXTERNORUM.

1 Alexandri Magni.
2 Hamilcaris Barchæ Pœni.
3 Hannibalis Barchæ Pœni.
4 Semiramidis, Assyriorum reginæ.

IRA quoque et odium[1] in pectoribus humanis magnos fluctus excitant: procursu celerior illa, nocendi cupidine hoc pertinacius. Uterque consternationis plenus affectus, ac nunquam sine tormento sui violentus:[a] quia dolorem cum inferre vult, patitur, amara solicitudine, ne non contingat ultio, anxius. Sed proprietatis eorum certissimæ sunt imagines; quas Dii ipsi in claris personis, aut dicto aliquo, aut facto vehementiori conspici voluerunt.

1. Cum adversus Hasdrubalem Livius Salinator bellum gesturus urbe egrederetur,[a] monente Fabio Maximo, ne ante descenderet in aciem, quam hostium vires animumque cognosceret,[2] primam occasionem pugnandi non omissurum se respondit. Interrogatusque ab eodem,[3] 'quid ita tam festinanter manum conserere vellet;' 'Ut quam celerrime,' inquit, 'aut gloriam ex hostibus victis, aut ex civibus prostratis gaudium capiam.' Ira tunc atque virtus sermonem ejus inter se diviserunt: illa injustæ[4] damnationis

[a] *Uterque affectus perturbationis plenus est; et quando violentus est, illum, in quo est, torquet.*

1 'Edd. pleræque ante Pighium: *Ira quoque aut odium;* quod in multis est Mss. Ascens. *Ira quoque ac odium;* Cop. Ultraj. prim. Leidd. prim. tert. sext. *Ira quoque et odium;* quod melius.' *Torren.*—2 Sic omnes codd. et edd. ante Pighium, qui dederat *cognosset.*—3 Nonnulli codd. Torren. *ab eo:* forte *ab eo dem*[7], i. e. *ab eo demum.*—4 Copes. *ut injustæ.*—5 Ita omnes fere codd.

NOTÆ

[a] *Urbe egrederetur*] De Livii Salinatoris Consulatu, de Hasdrubalis victoria, Censura, diximus variis in locis.

memor, hæc triumphi gloriæ intenta.* Sed nescio an ejusdem fuerit hoc dicere, et sic vincere.[b]

2. Ardentis spiritus virum, et bellicis operibus assuetum, huc iracundiæ stimuli egerunt; C. autem Figulum mansuetissimum, pacato juris civilis judicio celeberrimum, prudentiæ moderationisque immemorem reddiderunt. Consulatus enim repulsæ dolore accensus, eo quidem magis, quod illum bis patri suo[b] datum meminerat, cum ad eum postero comitiorum die multi consulendi causa venissent, omnes dimisit: præfatus, 'Omnes[5] consulere scitis, consulem facere nescitis.' Dictum graviter, et merito; sed tamen aliquanto melius non dictum. Nam quis populo Romano irasci sapienter potest?

3. Itaque ne illi quidem probandi, quamvis factum eorum nobilitatis splendore protectum sit, qui, quod Cn. Flavius[c] humillimæ quondam sortis, præturam adeptus erat, offensi, annulos aureos[d] sibimetipsis, et phaleras equis suis[6] detractas abjecerunt, doloris impotentia tantum non luctum profecto[7] testati.

4. Talis iræ motus aut singulorum, aut paucorum adversus populum universum: multitudinis autem erga principes ac duces, ejusmodi. Manlio Torquato amplissimam et gloriosissimam ex Latinis et Campanis victoriam in Urbem referenti, cum seniores omnes lætitia ovantes occurrerent,

[b] *Sed nescio an is, qui vocem tam crudelem protulit, tantam victoriam referre meruerit.*

et edd. ante Pigh. qui legerat, *An vos;* Leid. 5. habet, *An nos.*—6 Pighius ejecerat *suis,* contra omnes codd. et edd. vett.—7 Ita Vorstius et Torrenius ediderunt, Pighius autem et Colerus *impotentiam t. n. luctum.* Gronovius malit *impatientiam tantum non luctu professo.* Perizonius *impotentiam tantum*

NOTÆ

* An. M. 3847. Ol. 143. 2. Urb. C. 546. Ant. Ch. 206.

[b] *Bis patri suo*] Qui primum cum Scipione Nasica Consul, et iterum cum L. Cornelio Lentulo contra Dalmatas bene rem gessit.

[c] *Cn. Flavius*] Qui primus e gente libertina Ædilis Curulis factus, quod fastos et jus civile vulgasset. Vide lib. II. c. 1.

[d] *Annulos aureos*] Nec Senatus universus phaleras, nec omnis Equester Ordo annulos abjecit, sed sola Nobilitas, ut scribit Plinius.

juniorum nemo obviam processit: quod filium[e] adolescentem fortissime adversus imperium suum præliatum, securi percussisset.[8] † Miserti sunt æqualis nimis aspere puniti: nec factum eorum defendo, sed iræ vim indico, quæ unius civitatis et ætates et affectus dividere valuit.

5. Eademque[9] tantum potuit, ut universum populi Romani equitatum a Fabio consule[f] ad hostium copias persequendas missum, cum et tuto et facile eas liceret delere, legis agrariæ ab eo impeditæ memoria immobilem retineret.‡ Illa vero etiam Appio duci,[g] cujus pater,[10] dum pro senatus amplitudine nititur, commoda plebis acerrime impugnaverat, infensum exercitum faciendo, voluntaria fuga terga hosti, ne triumphum imperatori quæreret, dare coëgit.* Quoties[11] Victoriæ victrix! congratulationem ejus in Torquato spernendam, in Fabio pulcherrimam partem omittendam, in Appio totam fugæ postponendam reddidit.[c] [12]

[c] *Quoties ergo ira victoriæ victrix; qua factum est, ut congratulatio ob victoriam relatam in Torquato sperneretur; pars victoriæ maxima in Fabio amitteretur, et tota victoria in Appio turpi fugæ postponeretur.*

non luctu professo, quocum facit Torrenius.—8 'Ven. Mediol. et reliqui *securi percussum occidisset;* et Barb. prim. cum Leid. prim. his consentiunt. Ita supra VI. 3. 9. 'fusti percussam interemit,' ac similiter VIII. 1. Amb. 1. Sed reliqui Mss. cum Mog. *securi percusserat;* quod sufficit; sic enim *occisum* satis intelligas, quod non facias, si quis *fusti percussus* dicatur. Sunt qui habent, *securi percussum miserati sunt.*' Torren.—9 Ita omnes codd. ut revocavit Torren. *Eadem* clam scripserat Pighius, qui mox etiam ex Camp. legerat *peditatum* pro *equitatum*, quod codd. omnes et edd. vett. retinent. Deinde pro *memoria* nonnulli codd. *memorem*, ut in Aldd. Colin. Gryph. et Steph. vel *memores*, ut in Mog.—10 Perizon. legit, *cujus et pater.* Paulo post unus Douac. *exercitum reddendo.*—11 *Quoties ergo* Pighius: *ergo*, ignorantibus codd. expunxit Torrenius.—12 Sic codd. Pighius vero, *credidit.* Tum tres codd.

NOTÆ

[e] *Quod filium*] Consule lib. v. c. 6.

† An. M. 3714. Ol. 110. 1. Urb. C. 413. Ant. Ch. 339.

[f] *A Fabio consule*] Fabio Cæsone, qui tum secundum Consul erat; cum enim Licinio Tribuno plebis legem agrariam ferre volenti vehementer obstitisset, in Veientes et Æquos movit; quos quidem primo congressu solo equitatu vertit in fugam: at dum pedites victoriam persequi detrectant, hostes innocui effugiunt. Livius lib. II.

‡ An. M. 3574. Ol. 75. 1. Urb. C. 273. Ant. Ch. 479.

[g] *Appio duci*] Claudio Sabino: qui cum, et invitus, et invita plebe, cui Claudia gens infensa erat, Consul factus esset, in Volscos profectus est: sed milites deserere signa, ordi-

6. Age, quam violenter se in pectore universi populi Romani gessit eodem tempore, quo suffragiis ejus dedicatio ædis Mercurii M. Plætorio[13] primipili centurioni data est; præteritis consulibus,[h] Appio quod obstitisset, quo minus æri alieno suo succurreretur: Servilio,[14] quod susceptam causam suam languido patrocinio protexisset! Negas[15] efficacem iram, cujus hortatu miles summo imperio prælatus est? †

7. Quæ quidem non proculcavit[16] tantum imperia: sed etiam gessit impotenter. Nam Q. Metellus[i] cum utramque Hispaniam[17] consul prius, deinde proconsule, pæne totam

partem dimittendam; codd. Pighiani, *fugæ postponendam.*—13 Perizon. ex Livio legit, *M. Lætorio;* Ultraj. 1. 2. *M. Prætorio;* ceteri codd. *M. Plætorio.* —14 'Copes. *præteritis Apio et Servilio coss. Apio quod obst. q. min. al. æ. succurreretur, Servilio.* Sane *Claudios* plerumque vocat *Appios,* si modo eo nomine nominentur. Tum melius abest copula ante *Servilio.* sic Liv. XLIV. c. 40. 'aut consule aut rege: rege quod, &c. consule quod,'' &c. *Perizon.* 'Cum Copes. consentit Leid. sext. ceteri, ut erat ante Pighium, *præteritis consulibus, Appio, quod obstitisset, quo minus æri suo alieno succurreretur, Servilio, quod, &c.* omissa copula ante *Servilio,* quam retinebant tamen vulgatæ Edd. et unus atque alter Ms. itaque sic convenientius duxi rescribere.' *Torren.*—15 *Nega* conj. Perizon. *efficacem esse iram* Vet. Pigh. Vorst. Thys. et *esse* delevit Torren.—16 Ita Torrenius edidit jubentibus et scriptis et edd. cum Perizonio. Pighius ediderat: *Non quidem proculcavit.*—17 'Sic codd. et editi ante Pighium. Hic cum aliis edidit *provinciam Hispaniam* ex Cauch. et Camp. quia Metellus non *utramque* Hispaniam, sed *citeriorem* provinciam duntaxat obtinebat. At *utramque* rem magis auget, ut recte Torrenius observat.' *Kapp.* Mox Dan. *pæne jam,* ut in Aldd. Colin. Gryph. et Steph. et plerisque codd. Torren. *pæne totam* rescripsit Pigh. ex Cauch. et Camp. et sic unus Braud. et

NOTÆ

nes relinquere, abjicere se in castra, et tandem coram hoste palam fugere: quare ubi in agrum Romanum ventum est, ordinum ductores qui fugerant, securi percussi; et e reliqua multitudine decimus quisque neci datus est. Hæc Livius lib. II.

* An. M. 3584. Ol. 77. 3. Urb. C. 283. Ant. Ch. 469.

h *Præteritis Consulibus*] Ap. Claudio Sabino, qui Claudiæ gentis princeps extitit, et P. Servilio Prisco: orta propter nexos ære alieno gravi seditione, Appius imperio Consulari agendum ratus; Servilius vero pollicitus est habendam a Senatu nexorum rationem; promissis tamen stare cum, nec per Senatum, nec per Appium ipsi liceret, in utrumque Consulem grave odium populi conflatum est.

† An. M. 3560. Ol. 71. 3. Urb. C. 259. Ant. Ch. 493.

i *Q. Metellus*] Macedonicus; de quo tamen diversa plane prodit Appianus, cum velit exercitum triginta millium peditum rei militaris peritissimum ab eo Q. Pompeio traditum: quod refert Valerius. Ex eo tamen verisimile fit, quod Metello post tot

subegisset, postquam cognovit Q. Pompeium consulem inimicum suum successorem sibi mitti, omnes qui modo militiam suam voluerunt finiri,[18] dimisit: commeatus petentibus, neque causis excussis, neque constituto tempore, dedit: horrea custodibus remotis opportuna rapinæ præbuit: arcus, sagittasque Cretensium frangi, atque in amnem abjici jussit: elephantis cibaria dari vetuit. Quibus factis ut cupiditati suæ indulsit, ita magnifice gestarum rerum gloriam corrupit: meritumque honorem triumphi, hostium, quam iræ, fortior victor,[19] amisit.

8. Quid Sylla, dum huic vitio obtemperat, nonne multo alieno sanguine profuso, ad ultimum et suum erogavit? Puteolis enim ardens indignatione, quod Granius princeps ejus coloniæ pecuniam a decurionibus ad refectionem Capitolii promissam cunctantius daret, animi concitatione nimia, atque immoderato[20] vocis impetu convulso pectore, spiritum cruore[j] ac minis mistum evomuit. Nec senio jam prolapsus, utpote sexagesimum ingrediens annum, sed alita miseriis reipublicæ[21] impotentia furens. Igitur in dubio est, Syllane prior, an iracundia Syllæ sit extincta.

EXTERNA.

Neque ab ignotis exempla petere juvat, et maximis[22] viris exprobrare vitia sua verecundiæ est. Ceterum cum propositi fides excellentissima quæque complecti moneat,

Leid. 6. *subjecisset* vulgo ante Pigh.—18 Sic fere Mss. Copes. tamen *finire* ut legebatur ante Pighium, etiam omisso *suam;* sed cum Mss. consentiunt Mog. Mediol. Ascens.—19 'Guyeto scribendum videbatur, *auctor:* inepte.' *Torren.*—20 Ita codd. cum Vet. Mog. et Mediol. 3. et sic emendavit Pigh. Vulgo, *immoderatæ.* Paulo post Ultraj. 2. et Mog. *commixtum evomuit.*—21 Ita ex codd. Pighius, et consentiunt Torreniani.—22 Ita in omnibus Pighio prioribus edd. legebatur, neque aliter habent codd. tribus exceptis, quos se-

NOTÆ

victorias negatus sit honos triumphi.

j *Spiritum cruore*] Cum Capitolii dedicandi vehementi desiderio teneretur, Granium in cubiculum advocat, eumque a ministris strangulari jubet; sed clamore nimio dirupta vomica expiravit. Epigramma a se compositum suo sepulcro voluit inscribi; illius hæc sententia fuit: 'Se nec ab amicorum beneficiis, nec ab inimicorum injuriis superatum.'

voluntas operi cedat; dum præclara libenter probando, necessaria narrandi conscientia non desit.[d] [23]

1. Alexandrum iracundia sua propemodum cœlo deripuit. Nam quid obstitit, quo minus illuc assurgeret, nisi Lysimachus[k] leoni objectus,[l] et Clytus[m] hasta trajectus, et Callisthenes mori jussus? quia tres maximas victorias totidem amicorum injustis cædibus victor edidit.[24] ‡

[d] *Voluntas licet ab his narrandis abhorreat, cedat proposito operi, dum probando libenter egregie facta, narratio ob promissi fidem necessaria non desit huic operi.*

cutus Pighius edidit: *Nunc .... sed maximis.*—23 Copes. *cedit .... desiit.* 'Videtur prorsus legendum *v. o. cedat, dum præclara probandi, n. n. c. n. desit;* vel etiam, *dum præclara probando, necessaria narrandi gloria non desit.*' Perizon. 'Leid. quint. Ultraj. prim. *probandi;* Leid. sec. *narrando.* Ceteri ut editur; neque necesse est quicquam mutari.' *Torren.*—24 'Non dubitavi hanc vocem, quæ in omnibus Pighio antiquioribus edd. in omnibus codd. Torrenii, in sex Pighii, in uno Coleri et in Copes. forte etiam in utroque Brand. extat, et bonum sensum habet, in textum restituere, et conjecturam Pighii *perdidit,* quam Colerus, Vorstius, Torrenius aliique receperant, loco suo movere. In Susiano pro *victor edidit* est *deturpavit;* quod plane alienum est, sicut Pighianum *perdidit.* Valerius enim causam affert, cur Alexander fere in cœlum assurgeret, *quia* nempe tres maximas victorias edidisset. Quia vero nullam historiam sine acumine dimittere solet, pungit simul Alexandrum, dum addit, eum quoque victorem fuisse injustis cædibus totidem amicorum. Perizonius ingeniose conjicit: *victo reddidit,* i. e. omnem gloriam, quam ex victoriis ceperat, his cædibus quasi amisit, et quasi non contigissent, *victo hosti* eas reddidit, dum gloriam suam plane pessumdedit. Ceterum Rupertus recte observat, Lysimachum, qui leoni objectus erat, feram exanimasse, unde videtur Valerius cogitatum scelus Alexandri pro perfecto sumsisse.' *Kapp.*—

NOTÆ

[k] *Lysimachus*] Qui post Alexandri mortem Thraciæ et Macedoniæ imperavit, et admodum senex cum Seleuco Nicanore dimicans cecidit.

[l] *Leoni objectus*] Id ut meram fabulam repudiat Curtius; ut veram historiam probat Justinus. Cum illius præceptor Callisthenes miris modis torqueretur, Lysimachus misericordia motus venenum ei dedisse fertur; ideoque jussu Alexandri objicitur leoni: at ille nihil territus manipulo involutam manum in os leonis immergit, arreptaque lingua, feram exanimat: quod ut nuntiatum Regi est, concessa Lysimacho et vita, et major apud Regem gratia.

[m] *Clytus*] Cujus soror Hellanice Alexandrum educaverat: cum in eum sermonem Alexander et exercitus duces super mensam incidissent; uter, Philippus, an Alexander, esset rebus gestis illustrior; juvenes non Philippo tantum, sed Baccho etiam Alexandrum; Clytus vero Alexandro Philippum prætulit: inde orto Clytum inter et Alexandrum jurgio, impotens animi Alexander in aditu cubiculi cum hasta constitit, Clytumque, dum exit sine lumine, medium transfixit. 'I nunc,' inquit, 'ad Philippum, Parmenionem, et Attalum,'

2. Quam vehemens deinde[25] adversus populum Romanum Hamilcaris odium! Quatuor enim puerilis[n] ætatis filios intuens, ejusdem numeri catulos leoninos in perniciem imperii nostri alere se prædicabat.* Digna nutrimenta, quæ in exitium patriæ suæ,[o] ut evenit, converterentur.[26]

3. E quibus Hannibal mature adeo patris vestigia subsecutus est, ut eo exercitum in Hispaniam trajecturo, et ob id sacrificante, novem annorum natu,[27] altaria tenens juraret, 'se, cum primum per ætatem potuisset, acerrimum hostem populi Romani futurum;' ut pertinacissimis precibus instantis belli commilitium exprimeret.[e]† Idem significare cupiens quanto inter se odio Carthago et Roma dissiderent, inflicto in terram pede, suscitatoque pulvere, 'tunc inter eas fore finem belli' dixit, 'cum alterutra urbs[28] in habitum pulveris esset redacta.'

4. In puerili pectore tantum[29] vis odii potuit: sed in muliebri[30] quoque æque multum valuit; namque Semira-

[e] *Ut precibus pertinacibus exprimeret in bello instanti se libenter patri militiæ comitem iturum.*

25 *Quam vehementer denique* malit Perizon. Supra tamen, III. 2. 10. probavit *deinde.*—26 Codd. tres Torren. *converteret.*—27 Sic restituit Pighius, et habent Torreniani codd. cum Mog. Sed Mediol. *octo annorum natu.* Reliqui ediderunt *octo annorum natus.*—28 'Harl. uterque Paris. Barb. prim. *alteruta pars;* ut legebatur ante Pighium. Sed in reliquis Mss. et Ed. Mog. est *alterutra urbs:* quod multo sane est melius.' *Torren.*—29 'Miror quod Pighius et hunc secuti Colerus et Thysius ediderunt *non tantum.* Sane vocula negans locum hic non habet: recteque a codd. Brand. et antiquioribus typis expressis abest.' *Vorst.* 'Abest et ab omnibus nostris. Leid. sec. *in pueruli pectore.*' Torren.—30 Sic omnes typis expressi præter Mog. quæ cum

NOTÆ

De Callisthene vide lib. VII. c. 2.

‡ An. M. 3728. Ol. 113. 3. Urb. C. 427. Ant Ch. 325.

[n] *Quatuor enim puerilis*] Hannibalem, Hasdrubalem a Salinatore cæsum, Magonem a Druso in Insubris victum, et Hannonem a Masinissa et Scipione in Africa occisum.

[o] *In exitium patriæ suæ*] Si enim bellum Romanis non indixisset Hannibal, Scipio non delevisset Carthaginem.

* An. M. 3807. Ol. 133. 2. Urb. C. 506. Ant. Ch. 246.

† An. M. 3816. Ol. 135. 3. Urb. C. 515. Ant. Ch. 237.

mis Assyriorum regina,[p] cum ei circa cultum capitis sui occupatæ nuntiatum esset, Babylonem[31] defecisse, altera parte crinium adhuc soluta protinus ad eam expugnandam cucurrit: nec prius decorem capillorum in ordinem, quam tantam urbem in potestatem suam redegit.‡ Quocirca statua ejus Babylone posita est illo habitu, quo ad ultionem exigendam celeritate præcipiti tetendit.

Mss. undecim habet, *sed in mulieribus.* Mox *sui* addidit Pighius; probant Mss. et Mog.—31 Plerique Mss. Mog. et Mediol. *Babyloniam;* et postea *Babyloniæ.* Ascripsit Perizonius: ‘ Sic *Lacedæmoniam* supra in cap. de Industria.’ Pro *cucurrit,* Paris. sec. *occurrit.* ‘ Mox Gryph. et Steph. *decorum capillorum,* contra Mss. et genium Latini sermonis.’ *Torren.*

NOTÆ

p *Semiramis Assyriorum Regina*] Quæ vafra inprimis et astuta ratione ad regnum ex humili conditione pervenisse dicitur; vere, an secus affirmare non ausim: aiunt eam initio vernæ regii ancillam fuisse; deinde forma ipsius et lepore captus Ninus eam amare cœpit, eamque in uxorem duxit; a quo aliquanto post petiisse dicitur, ut unum modo diem in solio regio sedeat, omnesque sibi obtemperent: quod ubi a Rege impetravit, experiundi causa quædam haud magni momenti imperat: ubi serio omnes in omnibus sibi parere vidit, jubet stipatoribus corporis regii, ut Regem ipsum comprehendant, comprehenditur; ut vinciant, vincitur; ut interficiant, interficitur: ita regnum ex diurno diuturnum efficitur. Aliter tamen in notis ad Justinum.

‡ An. M. 2053. Ant. Ch. 2000.

CAP. IV.

DE AVARITIA.

1 M. Crassi et Q. Hortensii.
2 Q. Cassii Longini propr.
3 L. Septimuleii.

EXTERNI.
Ptolemæi Cypriorum regis.

PROTRAHATUR etiam[1] avaritia, latentium indagatrix

1 *Protrahatur etiam in medium* unus Brand. Ultraj. 1. Leidd. 1. 2. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *in medium* ceteri codd. cum Vet. Mog. Venett. &c.

lucrorum, manifestæ prædæ avidissima vorago; nec habendi fructu felix, et cupiditate quærendi miserrima.

1. Cum admodum lucupleti L. Minucio Basilo[a] falsum testamentum quidam in Græcia subjecisset, ejusdemque[2] confirmandi gratia potentissimos civitatis nostræ viros M. Crassum et Q. Hortensium, quibus Minucius ignotus fuerat, tabulis hæredes inseruisset,[3] quanquam evidens fraus erat, tamen uterque pecuniæ cupidus, facinoris alieni munus non repudiavit.* Quantam culpam quam leviter retuli! Lumina curiæ, ornamenta fori, quod scelus vindicare[4] debebant, inhonesti lucri captura invitati, auctoritatibus suis texerunt.

2. Verum aliquanto majores vires in Q. Cassio[b] exhibuit; qui in Hispania M. Silium et A. Calpurnium[5] occidendi sui gratia cum pugionibus deprehensos, quinquagies sestertium ab illo, ab hoc sexagies pactus dimisit.† At quis dubitet,[6] si alterum tantum daretur, jugulum quoque suum æquo animo illis fuisse præbiturum?

non habent; delevit Pighius.—2 *Ejus denique* Pigh. Coler. et Thys. contra omnes codd. et edd. vett.—3 'Ita Mss. et editt. vett. Pighius vero male edidit *subjecissent...inseruerunt. Quamquam*, quem temere Colerus et Vorstius secuti sunt. [*hæredes inscripsisset* Leid. 6.] Mox frustra iidem malint *leniter*.' Kapp. —4 Ultraj. prim. *scelus ipsi vindicare*. Leid. quint. *qui scelus vindicare*. Deinde Cop. *captura irritati;* quod Perizonio a librariis non ortum videbatur, ut *irritati* hic sit *incitati*.—5 Veteres libri habent prænomina in vulgatis omissa, *M. Silium, A. Calpurnium*. Hirtius de bello Alexandrino Q. *Sextium* suggerit pro *M. Silio*. Plerique Mss. *in Hispaniam Sillium et Calphurnium*. Sed in nonnullis *m* in *Hispaniam* expunctum est.—6 'Codd. varie: *At quis dubitet; Ac qui dubites; Atquin dubitet; At hunc dubitas; At quid dubites*. E quibus aliud procul dubio aliis placebit: cum *At quis dubitet, At hunc dubitus, At quid dubites*, singula videantur posse habere locum potius, quam *Atqui ne dubites*, quod dedit Pighius: quare *At quis dubitet* restitui, quod antea lege-

NOTÆ

[a] *L. Minucio Basilo*] Tres præcipue hoc nomine memorantur; quorum unus sub Sylla, alter sub Cæsare in Galliis militavit; tertius dives ille Basilus, nisi forte idem fuerit, qui Syllæ partes secutus est. De Crasso et Hortensio egimus sæpissime.

* An. M. 3986. Ol. 178. 1. Urb. C. 685. Ant. Ch. 67.

[b] *In Q. Cassio*] Longino, qui Tribunus plebis ad Cæsarem cum Antonio et Curione profugit; a quo Hispaniæ Proprætor factus Provinciam avare et crudeliter administravit: et sub Trebonii successoris adventum in ostio Iberi fluminis demersa navi cum omnibus opibus periit.

† An. M. 4007. Ol. 183. 2. Urb. C. 706. Ant. Ch. 46.

3. Ceterum avaritia ante omnes L. Septimuleii præcordia possedit: qui, cum C. Gracchi familiaris fuisset, caput ejus abscidere,[7] [c] et per Urbem pilo fixum ferre sustinuit; quia Opimius consul auro id se repensurum edixerat.‡ Sunt qui tradant,[8] liquato plumbo eum cavatam partem capitis, quo ponderosius esset, explesse. Fuerit ille seditiosus, bono perierit exemplo: clientis tamen scelesta fames in has usque jacentis injurias esurire non debuit.[a]

EXTERNUM.

Odium merita[9] Septimuleii avaritia; Ptolemæi[d] autem, regis Cypriorum, risu prosequenda. Nam cum anxiis sordibus magnas opes corripuisset,[10] propterque eas periturum se videret; et ideo omni pecunia imposita navibus, in altum processisset, ut classe perforata suo arbitrio periret, et hostes præda carerent; non sustinuit mergere aurum, et argentum; sed futurum suæ necis præmium[e] domum revexit.* Procul dubio hic non possedit divitias, sed a di-

[a] *Scelesta tamen clientis avaritia non debuit inferre tantam injuriam occiso patrono.*

batur.' *Torren.* *At hunc dubites* Barb. unde Modius: *An hunc dubites;* unus Brand. *Atqui dubites;* alter *An dubites.*—7 ' Ita legendum sine dubio. Et habet ita uterque cod. Brand. Aldus edidit, *abscindere.* Quem miror Pighium et alios esse secutos. Sane alibi ubi Aldus *abscissum* edidit, Pighius recte maluit *abscisum.*' Vorst.—8 *Sunt qui tradunt* in vulgg. et multis codd. sed alterum habent sex Torreniani cum Mog.—9 ' Aldus ediderat, *Odio merito;* ut ex seqq. subaudiatur *prosequenda.* At Pighius ex aliquot codd. rescripsit *Odium merita est.* Habent ita et Brandeburgenses; nisi quod *est* omittunt; idque eleganter plane.' *Vorst.* *Odium merita*, deleto *est*, etiam codd. Torreniani exhibent, ut et Mog. Venett. Mediol. et Ascens.—10 Colerus et

NOTÆ

[c] *Caput ejus abscidere*] C. Gracchi mortem explicuimus lib. I. c. 7. n. 6.

‡ An. M. 3933. Ol. 164. 4. Urb. C. 632. Ant. Ch. 120.

[d] *Ptolemæi*] Auletis frater fuit, qui contra jus a P. Clodio proscriptus est, ut habent Appianus et Marcellinus; missusque Cato, qui pecuniam illius Romam deveheret.

[e] *Suæ necis præmium*] Jussu Catonis a Canidio monitus, ut et pecunia et regno cederet; cum nec a fratre, nec a quovis alio spes ulla esset auxilii, veneno sibi mortem conscivit, ex Plutarcho et Dione.

* An. M. 3997. Ol. 180. 4. Urb. C. 696. Ant. Ch. 56.

vitiis possessus est: titulo rex insulæ, animo pecuniæ [11] miserabile mancipium.

Modius *corruisset*, improbante Perizonio.—11 Barb. 1. *animo autem pecuniæ*, ut vulgg. ante Pigh. sed ceteri codd. cum Mog. *autem* delent.

CAP. V.

DE SUPERBIA ET IMPOTENTIA.

1 M. Fulvii Flacci Cos.
2 M. Livii Drusi tribuni plebis.
3 Cn. Pompeii Magni Cos. 3.
4 M. Antonii Triumviri.

EXTERNORUM.

1 Alexandri Magni.
2 Xerxis Persarum regis.
3 Hannibalis Pœni.
4 Carthaginiensis et Campani senatus.

Atque ut superbia quoque et impotentia in conspicuo ponantur,[1] M. Fulvius Flaccus [a] consul, M. Plautii Hypsæi collega, cum perniciosissimas reipublicæ leges introduceret, de civitate danda, et de provocatione ad populum, eorum, qui civitatem mutare voluissent, ægre compulsus est, ut in Curiam veniret. Deinde partim monenti, partim oranti senatui, ut incepto desisteret, responsum non dedit.* Tyrannici consul spiritus haberetur, si adversus unum senatorem hoc modo se gessisset,[2] quo Flaccus in totius amplissimi ordinis contemnenda majestate versatus est.

2. Quæ a M. quoque Druso [b] tribuno plebis per summam contumeliam vexata est.[3] Parvi [4] enim habuit L.

1 Aliquot codd. *ponatur*, et paulo post *mutare noluissent*.—2 Copes. *se egisset*.—3 Harl. Bitur. 1. Leidd. 4. 5. et Ultraj. 1. 2. *Quæ amentia M. quoque Drusum...vexavit;* tres pro *Druso* habent *Bruto*.—4 Ita Pighius ex codd. *parum* in aliis. Mox pro *interfari*, pauci codd. Torren. *interpellare;* Vet.

NOTÆ

[a] *M. Fulvius Flaccus*] Qui cum C. Graccho periit, ut diximus lib. I. c. 7. n. 6.

* An. M. 3929. Ol. 163. 4. Urb. C. 628. Ant. Ch. 124.

Philippum Consulem, quia interfari concionantem ausus fuerat, obtorta gula, et quidem non per viatorem, sed per clientem [c] suum, adeo violenter in carcerem præcipitem egisse, ut multus a naribus ejus cruor profunderetur: verum etiam, cum senatus ad eum misisset, ut in Curiam veniret: 'Quare non potius,' inquit, 'ipse in Hostiliam propinquam Rostris, id est,[5] ad me venit?' Piget adjicere quod sequitur. Tribunus senatus imperium despexit: senatus tribuni verbis paruit.†

3. Cn. autem Pompeius quam insolenter![6] qui balneo egressus, ante pedes suos prostratum Hypsæum [d] ambitus reum, et nobilem virum, et sibi amicum jacentem reliquit, contumeliosa voce proculcatum. 'Nihil' enim 'eum[7] aliud agere, quam ut convivium suum moraretur,' respondit. Et hujus dicti conscius, securus[8] animo cœnare potuit.‡ Ille vero etiam in foro non erubuit P. Scipionem socerum [e] suum legibus noxium, quas ipse tulerat, in maxima quidem[9] reorum et illustrium ruina, muneris loco a judicibus deposcere, maritalis lecti blanditiis statum reipublicæ temperando.

fari inter se.—5 Quidam pro *id est* habent *idem;* Ultraj. *adest.* Colerus *id est ad me venit,* tanquam glossam, ejecit. Audacter, inquit Kappius. Pro *profunderetur* paulo ante nonnulli codd. Torren. cum vulgg. ante Pigh. *perfunderetur.*—6 'Vulgo addebatur *egit:* quod bene expunxit Pighius, jubentibus etiam nostris omnibus. Damnavit etiam Perizon. ad VII. 2. Ext. 2.' *Torren.*—7 Codd. et Mog. *eum* testantur, quod addidit Pighius, cum in aliis edd. omissum fuerit.—8 Ita etiam Pighius, improbante Torrenio: *securo* duodecim codd. Torren. cum Vet. et vulgg.—9 Ita Pigh. vulgo, *quoque.* Mox *temerando* pro *temperando* malit Perizon. Vide Heins. ad Vell. II. 60. 4.

NOTÆ

[b] *M. quoque Druso*] De illius conatibus et morte supra egimus.

[c] *Per clientem*] A viatore Florus; ab ipso Druso Aurelius Victor id factum affirmat. De Philippo supra.

† An. M. 3963. Ol. 172. 2. Urb. C. 662. Ant. Ch. 90.

[d] *Prostratum Hypsæum*] Qui cum Metello Scipione et Milone Consulatum petierat; cumque urbem armatis militibus diu turbassent, unus Pompeius Consul creatus est, ipsique ambitus postulati.

‡ An. M. 4002. Ol. 182. 1. Urb. C. 701. Ant. Ch. 51.

[e] *Socerum*] Corneliam illius filiam post mortem Juliæ in uxorem duxerat.

* An. M. 4012. Ol. 184. 3. Urb. C. 711. Ant. Ch. 41.

4. Tetrum facto pariter ac dicto M. Antonii convivium. Nam cum ad eum triumvirum Cæsetii Rufi senatoris caput allatum esset, aversantibus [10] id ceteris, propius admoveri jussit, ac diu diligenterque consideravit. Cunctis deinde [11] expectantibus quidnam esset dicturus: 'Hunc ego,' inquit, 'notum non habui.'* Superba de senatore, impotens de occiso confessio.

EXTERNA.

1. Satis multa de nostris: aliena nunc adjiciantur. Alexandri regis virtus et felicitas tribus insolentiæ gradibus exultavit evidentissimis. Fastidio enim Philippi,[f] Jovem Hammonem patrem ascivit: tædio morum, et cultus Macedonici, vestem et instituta Persica assumsit: spreto mortali habitu, divinum æmulatus est. [12] † Nec fuit ei pudori, filium, civem, hominem dissimulare.

2. Jam Xerxes, cujus in nomine superbia et impotentia habitat, suo jure quam insolenter usus est,[13] cum Græciæ

—10 Codd. Torren. sex, *adversantibus;* Ultraj. 1. *aversantibus ceteris.*—11 Tres codd. *Cunctisque denique;* duo alii, *Cunctis denique.*—12 Aldd. Chalc. Colin. Gryph. et Steph. *divinum caput æmulatus est;* 'sed Pighius *caput* expunxit, quod a cod. aliquo id abesse observasset. Abest quoque ab uno cod. Brand. Alter cod. Brand. habet *divinum caput latus est:* quod idem in tribus codd. et Pighius observavit. Unde conjecturam fecit Lipsius legendum esse, *divinum captatus est:* ut *captatus est* sit pro *captavit,* quomodo supra 'fluctuatus est' pro 'fluctuavit.' Ceterum notandum et hoc est, in cod. Susiano, ut Pighius testatur, scriptum esse *divinum aucupatus est.* Quæ quidem lectio Pighio nec contemnenda videtur. Notetur denique, veterem typis expressum Mart. Herbip. habere *divinum capere conatus est.*' Vorst. 'Leid. 1. *caput latus est;* 2. *aucupatus caput latus est;* Ultraj. 2. *capere æmulatus est.* Barb. 1. *caput latus,* et pro v. l. *aucupatus est;* Paris. 1. *aucupatus est;* et in margine, *capere conatus est.* Ceteri, *æmulatus est:* quod satis bene habet. Quamvis *aucupatus est* quoque non damnem. In excerptis Douac. additur: 'lego, *divinum capite aucupatus est,* vel *æmulatus est.*' Torren.—13 Omnes Mss. *tam insolenter usus est,* et sic Mog. Ven. Mediol. Ascens. Sed Aldus et reliqui *quam insolenter usus est,* quod postremum Pighius mutavit in *abusus est:* conjiciebat Cl. Perizonius *suo jure tamen insolenter usus est:* Lipsius ex Vet. *habitat suo jure, quam insolenter? Quod Græciæ, &c.* Nonnulli codd. Torren.

NOTÆ

[f] *Fastidio enim Philippi*] Qui Alexander Jovis Hammonis filius dictus sit, vestes, ornatumque Persicum sumserit, pluribus persequuntur Arrianus et Curtius; quæ hic referre infinitum sit.

† An. M. 3728. Ol. 113. 3. Urb. C. 427. Ant. Ch. 325.

indicturus bellum, adhibitis Asiæ principibus, 'Ne viderer,' inquit, 'meo tantummodo usus consilio, vos contraxi. Ceterum mementote parendum magis vobis esse,[14] quam suadendum.'‡ Arroganter etiam si victori repetere ei regiam contigisset: tam deformiter victi[g] nescias utrum insolentius dictum, an impudentius.[15]

3. Hannibal autem Cannensis pugnæ successu elatus, nec admisit quenquam civium suorum in castris, nec responsum ulli[h] nisi per interpretem dedit. Maharbalem[16] etiam ante tabernaculum suum clara voce affirmantem, 'prospexisse se, quonam modo paucis diebus[17] Romæ in Capitolio cœnaret,'[i] aspernatus est.* Adeo felicitatis et moderationis dividuum contubernium est.[a]

4. Insolentiæ vero inter Carthaginiensem et Campanum senatum quasi æmulatio fuit. Ille enim separato a plebe balneo lavabatur: hic diverso foro utebatur. Quem morem Capuæ aliquamdiu retentum, C. quoque Gracchi oratione in Plautium scripta patet.

[a] *Usque adeo felicitas et moderatio difficile in uno homine reperiuntur.*

habent quoque *quod Græciæ.*—14 Sic codd. et Mog. restituit Pighius τὸ *esse*, quod vulgo omittebatur.—15 Perizon. et Guy. malint, *imprudentius*, improbante Kappio.—16 Copes. *Aherbalem;* Harl. *Aderbalem;* Barb. prim. Leid. tert. *Adherbalem.* Nonnulli *Maherbalem.* Confer Notas VV. DD. ad Flor. II. 6. 19.—17 Copes. et Leid. 6. *paucis inde diebus;* non male, inquit Perizon. nisi malis, *paucis in diebus.*

NOTÆ

‡ An. M. 3569. Ol. 73. 4. Urb. C. 268. Ant. Ch. 484.

[g] *Tam deformiter victi*] Nec victor, nec victus tum erat Xerxes; necdum enim in Græcos bellum gesserat.

[h] *Nec responsum ulli*] Illius rei nec Polybius, nec Livius, nec Plut. meminerunt.

[i] *In Capitolio cœnaret*] Cum ceteri suaderent Hannibali, ut quietem et ipse sumeret, et fessis daret militibus, Maharbal Præfectus Equitum minime cessandum ratus: 'Immo, ut quid hac pugna sit actum scias, die quinto,' inquit, 'victor in Capitolio epulaberis: sequere cum equite, ut prius te venisse, quam venturum sciant.' 'Præcedant,' inquit Hannibal, 'nuntii: læta res est; sed via major, quam ut eam statim capere animo possim:' tum Maharbal: 'Non omnia nimirum eidem Dii dedere: vincere scis Hannibal, victoria uti nescis.' Hæc Livius lib. XXII.

* An. M. 3838. Ol. 141. 1. Urb. C. 537. Ant. Ch. 215.

CAP. VI.

DE PERFIDIA.

1 T. Tatii Sabinorum regis.
2 Ser. Sulpicii Galbæ præt.
3 Cn. Domitii Ahenobarbi procos.
4 Q. Servilii Cæpionis Cos.

EXTERNORUM.

1 Carthaginiensium.
2 Hannibalis Pœni.

Occultum jam et insidiosum malum, perfidia, latebris suis extrahatur. Cujus efficacissimæ vires sunt mentiri, ac fallere: fructus in aliquo admisso scelere consistit: tum certus, cum credulitatem [1] nefariis vinculis circumdedit: tantum incommodi humano generi afferens, quantum salutis bona fides præstat. Habeat igitur non minus reprehensionis, quam illa laudis consequitur.

1. Romulo regnante Sp. Tarpeius arci præerat. Cujus filiam virginem aquam sacris petitum extra mœnia egressam, Tatius, ut armatos Sabinos in arcem secum reciperet, corrupit, mercedis nomine pactam, quæ in sinistris manibus gerebant. Erant autem his armillæ,[a] et annuli magno ex pondere auri. Loco potitum agmen Sabinorum puellam, præmium flagitantem, armis obrutam necavit; perinde quasi promissum, quod ea quoque lævis gestaverant, solverit.[2] * Absit reprehensio: quia impia proditio celeri pœna vindicata est.

2. Ser. quoque Galba summæ perfidiæ;[b] trium enim Lu-

1 Ita ex conj. Perizon. et Coler. codd. vero *crudelitatem* habent.—2 Sic conj. Perizon. et ex Leid. 6. in textum recepit Torren. ceteri codd. et edd. vett. *solvit*, et hoc nihil aliud est, quam *solvit*, sive *solverit*. Pighius aliique eum secuti *solvens*. Edd. vett. *quod ea quæ l. gestaverant*; sed *quoque* habent

NOTÆ

[a] *Erant autem his armillæ*] Aureis armillis id temporis usos esse Sabinos negat Livius; virgo Tarpeia hoc in loco sepulta huic arci nomen fecit.

* An. M. 3306. Ol. 8. 1. Urb. C. 5. Ant. Ch. 747.

[b] *Summæ perfidiæ*] Lege quæ diximus superius. Cn. Domitius fuit pater illius, qui M. Antonii in Censura Collega fuit.

sitaniæ civitatum convocato populo, tanquam de commodis ejus acturus, septem[3] millia, in quibus flos juventutis consistebat, electa, et armis exuta, partim trucidavit, partim vendidit.† Quo facinore maximam cladem[4] barbarorum magnitudine criminis antecessit.[a]

3. Cn. autem Domitium summi generis, et magni animi virum, nimiæ gloriæ cupiditas perfidum existere coëgit. Iratus namque[c] Bituito[5][d] regi Arvernorum, quod cum suam, tum etiam Allobrogum gentem, se etiam tum in provincia morante, ad Q. Fabii[e] successoris sui dexteram confugere hortatus esset, per colloquii simulationem arcessitum, hospitioque exceptum vinxit, ac Romam nave deportandum curavit.‡ Cujus factum senatus neque probare potuit, ne-

[a] *Quo facinore superavit magnitudine criminis sui cladem quam intulit barbaris maximam.*

codd. ex quibus panci exhibent *gestaverat*.—3 Codd. Torren. *novem;* Mog. Mediol. Ascens. *octo;* Leid. quint. *Centum octo;* sext. cum Copes. *sex;* Ven. Ald. et reliqui usque ad Pighium, *novem millia:* ille *septem millia* dedit et eum secuti. Vide Casaub. ad Suet. in Galba cap. 3.—4 Ultraj. 1. Leid. 6. et Copes. *partem* pro *cladem*, quod est in ceteris. 'Sensus est: Licet maxima clades fuerit barbarorum, tamen majus fuisse illius crimen, adeoque magnitudinem cladis magnitudine criminis antecessisse.' *Perizon.*—5 Ita codd. vide Interpp. ad Flor. III. 2. Pighius tamen dederat, *Betulto* ex marmore antiquo. Paulo post aliquot codd. *tum suam quam et A. gentem;* vel, *tum*

NOTÆ

† An. M. 3903. Ol. 157. 2. Urb. C. 602. Ant. Ch. 150.

[c] *Iratus namque*] Locus plane difficilis; cum et ab aliis Valerius, et alii inter se dissentiant. Tradit Suetonius Allobrogas, Arvernosque a Domitio victos: Velleius Arvernos a Domitio, a Fabio Allobrogas: Epit. Liviana lib. LXI. Allobrogas a Domitio; a Fabio vero et Allobrogas et Arvernos: Florus et Eutropius res ab utroque gestas permiscent. Ut eos omnes, quoad ejus fieri potest, conciliemus, ea ratio, quam suppeditat Strabo, inenuda est. Betultus contra Romanos pugnavit, Allobrogum auxiliis fretus: primum contra Domitium ad flumen Undalum, iterum contra Fabium ad confluentem in Rhodanum Isaram; magnaque strage in utroque prælio victus est. Post Allobroges deditionem faciunt, ex Eutropio; et Betultus ipse, ex Epit. Liv. Romam sponte venit, sed summa perfidia Albæ custodiendus retinetur.

[d] *Bituito* [*Betulto*] Dicitur enim et *Betultus*, et *Betulius*.

[e] *Q. Fabii*] Æmiliani Allobrogici, qui Scipionis Æmiliani ex fratre nepos.

‡ An. M. 3933. Ol. 164. 4. Urb. C. 632. Ant. Ch. 120.

que rescindere voluit, ne remissus in patriam Bituitus bellum renovaret. Igitur eum Albam custodiæ causa relegavit.

4. Viriathi etiam cædes duplicem perfidiæ accusationem recepit: in amicis,[f] quod eorum manibus interemtus est: in Q. Servilio Cæpione consule, quia is sceleris hujus auctor, impunitate promissa, fuit: victoriamque non meruit, sed emit.[g]

EXTERNA.

1. Verum ut ipsum fontem perfidiæ contemplemur, Carthaginienses Xantippum Lacedæmonium, cujus optima opera primo Punico bello usi fuerant, et quo juvante Atilium Regulum ceperant, simulantes sese domum revehere, in alto[6] merserunt.[h]* Quid tanto facinore petentes? an ne victoriæ eorum socius superesset? Extat nihilominus, et quidem cum illorum opprobrio; quem sine ulla gloriæ jactura inviolatum reliquissent.

2. Hannibal porro Nucerinos, hortatu suo[i] cum binis[7] vestimentis urbem inexpugnabilibus muris cinctam egres-

suam et A. gentem.—6 Atreb. Winck. et Leid. 4. *in alto mari.* Nonnulli codd. Torren. *in altum;* sed iidem fere *miserunt* habent, manifesto errore. Unus Douac. *domum referre in alto.*—7 Lipsius conj. *privis;* Perizon. *unis.* Mox

NOTÆ

[f] *In amicis*] Q. Servilius Cæpio in duobus peccavit; quod et pacem a fratre Fabio Serviliano factam violavit, et Audacem, aliosque duces, quos Viriatus ad ipsum identidem mittebat, corrupit: ab iis enim Viriatus noctu sopitus confossus est.

[g] *Emit*] Percussoribus nullam gratiam retulit, cum diceret: 'Nunquam placuisse Romanis Imperatorem a suis interfici militibus.' Ita Eutropius.

[h] *In alto merserunt*] Alia est aliorum de Xantippo sententia: paulo post victoriam, popularem invidiam veritus, in Græciam rediit. Ita Orosius. Cum navis rimarum plena illi data esset, aliam conscendit, evasitque incolumis; sic Appianus. Vectores jussi sunt in deserta insula illum exponere; ita Zonaras: nonnulli submersum volunt.

[i] *Nucerinos hortatu suo*] De Nucerinis et Acerranis, quæ duo Campaniæ oppida, non consentit Valerio T. Livius: vult enim illos ad hospitia, amicasque Campaniæ urbes se contulisse; hos vero per intermissa munimenta, neglectasque custodias silentio noctis dilapsos per vias, inviaque, qua quemque aut consilium, aut terror tulit, perfugisse. lib. XXIII.

sos, vapore et fumo balnearum strangulando, et Acerranorum senatum, eadem ratione extra mœnia evocatum, in profundum puteorum abjiciendo, nonne bellum adversus populum Romanum et Italiam professus, adversus ipsam fidem acrius gessit, mendaciis et fallacia quasi præclaris artibus gaudens? Quo evenit, ut alioqui insignem nominis sui memoriam relicturus, in dubio, majorne, an pejor vir haberi deberet,[8] poneret.[†]

complures codd. Torren. *in profundo*.—8 Vet. *vir haberetur*.

NOTÆ

† An. M. 3839. Ol. 141. 2. Urb. C. 538. Ant. Ch. 214.

CAP. VII.

DE SEDITIONIBUS.[1]

PLEBIS ROMANÆ ADVERSUS

1 C. Marium Cos. 6.
2 Q. Metellum Censorem.
3 A. Numium candidatum.
4 A. Sempronium Asellionem præt.

MILITUM ROMANORUM ADVERSUS

1 Gratidium legatum.
2 Q. Pompeium consulem.
3 C. Carbonem legatum.

Sed ut violentæ seditionis,[2] tam togatæ, quam etiam armatæ, facta referantur.

1. L. Equitium,[a] qui se Ti. Gracchi filium simulabat, tribunatumque adversus leges cum L. Saturnino petebat, a C. Mario quintum[3] consulatum gerente in publicam custo-

1 Mss. et Edd. ante Pighium, *De vi et seditione*. Sed Edd. fere addunt, *Et de populo Romano;* quod Mss. non agnoscunt, nec etiam Mog.—2 Ita prorsus codices Brand. Pighius sic legendum conjecit, cum in Atreb. observasset *violentiæ seditionis*. Aldus ediderat: *violentiæ et seditionis*. Ut in Brand. ita etiam Copes. Leidd. prim. tert. sext. Paris. sec. Barb. Ultraj. prim. sed Leid. sec. *violentæ et seditionis*.—3 Sic codd. et edd. vett. *a C. Mario sextum*

NOTÆ

[a] *L. Equitium*] Firmanum, qui primo Tribunatus die cæsus est, ex Appian. De illo supra.

diam ductum, populus claustris carceris convulsis raptum humeris suis per summam animorum alacritatem portavit.*

2. Idemque[4] Q. Metellum[b] censorem, quod ab eo, tanquam Gracchi filio, censum recipere nolebat, lapidibus prosternere conatus est, affirmantem tres tantummodo filios Graccho fuisse: e quibus unum in Sardinia stipendia merentem, alterum infantem Præneste, tertium post patris mortem natum Romæ decessisse: neque oportere clarissimæ familiæ ignotas sordes inseri: cum interim improvida concitatæ multitudinis temeritas, pro impudentia,[5] et audacia, adversus consulatum et censuram tetendit, principesque suos omni petulantiæ genere vexavit.†

3. Vesana hæc tantummodo: illa etiam cruenta seditio. Populus enim A. Numium[6][c] competitorem Saturnini, novem jam creatis tribunis, unoque loco duobus candidatis restante, vi prius in ædes privatas compulit: extractum deinde interemit; ut cæde integerrimi civis facultas adipiscendæ[7] potestatis teterrimo civi daretur.‡

4. Creditorum quoque consternatio adversum Sempronii Asellionis, prætoris urbani, caput intolerabili modo exar-

Pigh. et Coler.—4 'Suspectum est *quæ* ex Q. sequente ortum.' *Perizon.*—5 Edd. vett. *imprudentia;* sed Pighius correxit ex codd. 'Si bene novi sermonem Valerii, scripsit is quidem: *Cum interim improvida concitatæ multitudinis (proh impudentiam et audaciam) adversus consulatum.* Mirum in modum istas exclamatiunculas affectat Valerius.' *Coler. impudentia* Ultraj. sec. uterque Paris. et Barb. prim. quod sine dubio verum est. Etiam Guyetus legebat *Pro impudentia et audacia!* Leid. sext. *cum imprudentia.* Colero et Guyeto non assentior.' *Torren.*—6 Ita Pigh. ex Livio; et sic Ultraj. 1. 2. sed Brand. unus *Minium;* alter *Nunnium,* et sine prænomine; *Mumium* edd. vett. alii codd. *Nimium, Mininum,* et *Numicium.*—7 Dan. *apiscendæ,* probante Colero.

NOTÆ

* An. M. 3954. Ol. 170. 1. Urb. C. 653. Ant. Ch. 99.

[b] *Q. Metellum*] Numidicum.

† An. M. 3953. Ol. 169. 4. Urb. C. 652. Ant. Ch. 100.

[c] *A. Numium*] Mirum quot nominibus ille appelletur: a Livio et Valerio *A. Numius;* a Floro *Annius;* in manuscriptis codicibus *Annonius;* ab Appian. Plut. et Orosio *A. Nomius:* erat enim gens Nomia tum nobilis. De factione Saturnini et Glauciæ egimus lib. III. c. 2. n. 18.

‡ An. M. 3954. Ol. 170. 1. Urb. C. 653. Ant. Ch. 99.

sit. Quem, quia causam debitorum susceperat, concitati a L. Cassio tribuno plebis pro æde Concordiæ sacrificium facientem, ab ipsis altaribus fugere extra forum coactum, inque tabernula[8] latitantem, prætextatum discerpserunt. *

MILITUM ROMANORUM.

1. Detestanda fori[9] conditio: sed si castra respicias, æque magna orietur indignatio. Cum C. Mario lege Sulpicia,[d] provincia Asia,[10] ut adversus Mithridatem bellum gereret, privato decreta esset, missum ab eo Gratidium legatum ad L. Syllam consulem accipiendarum legionum causa milites trucidarunt: procul dubio indignati, quod a summo imperio, ad eum, qui nullo in honore versaretur, transire cogerentur.† Sed quis ferat militem scita plebis exitio legati corrigentem?

2. Pro consule istud tam violenter exercitus: illud adversus consulem. Q. enim Pompeium Syllæ collegam, senatus jussu ad exercitum Cn. Pompeii,[e] quem aliquamdiu invita civitate obtinebat, contendere ausum, ambitiosi ducis illecebris corrupti milites, sacrificare incipientem adorti, in modum hostiæ mactaverunt:[11] tantumque scelus Curia, castris cedere se confessa, inultum habuit.‡

3. Ille quoque exercitus nefarie violentus, qui C. Carbo-

—8 Ita Brand. 1. 2. Ultraj. 1. 2. Bitur. 1. Leidd. 4. Ascens. Gryph. Steph. et Pigh. *tabernacula* Coler. et Thys. cum edd. vett. *latitantem præ timore* Ultraj. 2. et Steph. ex glossa.—9 In quibusdam edd. *fori Romani*, contra codd. Mox in Harl. *oritur indignatio*.—10 Idem codex cum Ultraj. 1. *Asiæ*. Paulo post Copes. et Leid. 6. *gratia* pro *causa*.—11 Complures codd.

NOTÆ

* An. M. 3965. Ol. 172. 4. Urb. C. 664. Ant. Ch. 88.

[d] *C. Mario lege Sulpicia*] De Sulpicii lege, seditione, morte lege lib. I. c. 5. num. 5.

† An. M. 3966. Ol. 173. 1. Urb. C. 665. Ant. Ch. 87.

[e] *Cn. Pompeii*] Strabonis, qui tum Proconsul Italiam cum exercitu obtinebat: quæ Provincia Q. Pompeio Rufo Consulum alteri decreta est. Tunc primum Consulis sanguine militum manus imbutæ sunt.

‡ An. M. 3966. Ol. 173. 1. Urb. C. 665. Ant. Ch. 87.

nem,[12 f] fratrem Carbonis ter consulis, propter bella civilia dissolutam disciplinam militarem præfractius et rigidius astringere conatum, privavit vita: satiusque duxit maximo scelere coinquinari, quam pravos ac tetros mores mutare.*

mactarunt. In fine Ultraj. 2. Vet. et Mog. *inultum abiit.*—12 Nonnulli codd. Torren. *Gn. Carbonem.*

NOTÆ

[f] *C. Carbonem*] Auctorum, quos quidem legerim, nullus meminit illius Carbonis.

* An. M. 3972. Ol. 174. 3. Urb. C. 671. Ant. Ch. 81.

CAP. VIII.

DE TEMERITATE.

1 P. Africani Majoris.
2 C. Cæsaris Cos. 2.
3 Exercitus Romani.

EXTERNORUM.
1 Hannibalis Pœni.
2 Atheniensis populi.

TEMERITATIS etiam et subiti et[1] vehementes sunt impulsus: quorum ictibus hominum mentes concussæ, nec sua pericula respicere,[2] nec aliena facta justa æstimatione prosequi valent.

1. Quam enim temere se Africanus superior ex Hispania duabus quinqueremibus ad Syphacem trajecit,[a] in unius

1 Hoc Pighius ex Mss. al. *ita subiti ut;* unde Perizonius ex Copes. *ut subiti ita vehementes.* Vet. *et—et* omittit.—2 Pigh. ex codd. suis *dispicere;* et sic Leid. 5. *despicere* habent Brand. 1. 2. Leidd. 3. 6. Harl. Bitur. 1. Copes. et Mog. *conspicere* Barb. 1. et Leid. 4. ceteri Torren. cum Aldd. Colin.

NOTÆ

[a] *Ad Syphacem trajecit*] Postquam victis in Hispania Pœnis, bellum in Africa gerendum decrevit Scipio, e re Romana facturum se putavit, si Syphacem Numidiæ Regem suas ad partes alliceret: magnum adiit periculum, non a Syphace tantum, sed etiam ab Hasdrubale Gisconis, qui cum septem triremibus paulo ante in portum invectus, jam se ad oppri-

Numidæ[3] infidis præcordiis suam pariter et patriæ salutem depositurus! Itaque exiguo momento maximæ rei casus fluctuatus est,[4] utrum interfector, an captivus[b] Scipionis Syphax[5] fieret.*

2. Jam[6] C. Cæsaris anceps conatus, etsi cœlestium cura protectus est, vix tamen sine animi horrore referri potest. Siquidem impatiens legionum[c] tardioris a Brundusio[d] Apolloniam trajectus, per simulationem adversæ valetudinis convivio egressus, majestate sua servili veste occultata, naviculam conscendit, et e flumine[7] maris Adriatici sæva tempestate fauces petiit. Protinusque in altum dirigi jusso navigio, multum ac diu contrariis jactatus fluctibus, tandem necessitati cessit.[e] †

3. Age, illa quam execrabilis militum temeritas! fecit enim ut A. Albinus[f] nobilitate, moribus, honorum omnium

Gryph. et Steph. *respicere.*—3 Ita Torren. restituit, cum *Numidiæ* edidissent Pigh. Coler. Thys. et Vorst.—4 Pighius *fluctuavit* ex duobus codd. contra omnes alios libros.—5 'Ita Torrenius rescripsit, probantibus Gronovio et Perizonio; nam vulgata lectio est *interfector an captivus Scipio Syphacis;* atque ita Vorstius edidit. Pighius et Colerus *captivus an victor Scipio Syphacis.* Torrenii lectio propius ad lectionem librorum accedit, atque cum historia convenit. Quare malui Torrenium quam Pighium sequi.' *Kapp.*—6 Ita Brand. 1. 2. octo codd. Torren. cum aliis Pigh. *Nam* edd. vett. Mox *tamen vix* in iisdem; *attamen* in nonnullis Torren. vel *non tamen vix*, ut credas *vix* ex glossa ortum; *vix tamen sine horrore* Mog. *errore* Copes.—7 Sic Pigh. ex Pulm. et Sus. codd. tamen Torren. et edd. vett. *e flumine ac.*—8 Ultraj. 1.

NOTÆ

mendos Romanos parabat; cum vento obsecundante portum regium Scipio ingressus est. Reliqua supra diximus.

[b] *An captivus, &c.*] Postea enim Syphacem vicit Scipio; quem si Syphax retinuisset, nec ab illo victus esset, nec in triumphum ductus.

* An. 3848. Ol. 143. 3. Urb. C. 547. Ant. Ch. 105.

[c] *Impatiens legionum*] Cum Bibulus hostili classe mare teneret, et Antonius, quamvis literis sæpe evocatus, non solveret Brundusio.

[d] *Brundusio*] Urbs est Calabriæ, ad mare Hadriaticum. Via Appia eo usque perducta, et portu nobilis. Hodie *Brindes.* De Apollonia antea.

[e] *Tandem necessitati cessit*] Cum vim procellæ gubernator metueret, Cæsar apprehensa illius dextera: 'Perge,' inquit, audacter perge; nec extimescas quicquam, Cæsarem vehis, ac Cæsaris fortunam navigationis comitem.

† An. M. 4006. Ol. 183. 1. Urb. C. 705. Ant. Ch. 47.

[f] *A. Albinus*] Ex gente Posthumia, vir Prætorius, et Syllæ in bello sociali legatus, ex Plut. classi Præfectus, et a militibus ob proditionis crimen in-

consummatione civis eximius, propter falsas et inanes[8] suspiciones, in castris ab exercitu lapidibus obrueretur: quodque accessionem indignationis non recipit, oranti atque obsecranti duci a militibus causæ dicendæ potestas negata est.‡

EXTERNA.

1. Itaque minus miror apud trucem, et sævum Hannibalis animum defensionis locum innoxio gubernatori non[9] fuisse: quem a Petilia classe Africam repetens[g] freto appulsus,[h] dum tam parvo spatio[i] Italiam Siciliamque inter se divisas non credit, velut insidiosum cursus rectorem interemit: posteaque diligentius inspecta veritate, tunc absolvit, cum ejus innocentiæ nihil ultra sepulcri honorem dari potuit.* Igitur angusti atque æstuosi maris alto e tumulo[10] speculatrix statua, tam memoriæ Pelori,[j] quam Punicæ temeritatis, ultra citraque navigantium oculis collocatum[11] indicium est.

omittit, *et inanes;* Copes. delet, *in castris.* Mox pro *recipit* quod restituit Pigh. et testantur codd. cum Vet. Mog. Mediol. et Aldd. multæ edd. habent *recepit.*—9 In multis edd. ante Pigh. deerat *non;* Ascens. dedit, *gubernatori defuisse;* sed *non fuisse* in quamplurimis est codd. Paulo post nonnulli codd. Torren. *non credidit.*—10 Ita ex codd. Pighius; et ita quoque Brand. 1. 2. Aldus ediderat *ex alto tumulo.*—11 'Sic Vorst. et Torren. jubentibus omnibus fere codd. et edd. vett. *Collocatum* construatur cum *indicium.* Pighius ex Camp. *oculis expositum;* Colerus audacter ex conj. *oculatum;* Aldd. &c. *collocata,* sc. statua. Perizon. 'Forte,' inquit, 'legendum *eo oblata,* vel exponendum *collocata in oculis,* vel *collocata illic indicium est oculis.*' Fateor lect. *oculis collocatum* mihi non satis placere, neque tamen aliorum edd. lectio melior mihi videtur. Ergo retinui.' *Kapp. quam memoriæ* habent Copes. et

NOTÆ

terfectus dicitur a Livio in Epit. lib. LXXV. hoc flagitium non vindicavit Sylla, cum diceret promtiores habiturum se milites, dum scelus admissum eluerent.

‡ An. M. 3965. Ol. 172. 4. Urb. C. 664. Ant. Ch. 88.

g *Africam repetens*] Revocatus a civibus, ut Scipioni resisteret.

h *Freto appulsus*] Siculo, quia ibi ob angustias semper fervet mare.

i *Tam parvo spatio*] Conjunctam olim cum Italia Siciliam testantur Sallustius, Strabo, et Virgilius: 'Hæc loca vi quondam vasta convulsa ruina Dissiluisse ferunt: cum protinus utraque tellus Una foret,' &c.

* An. M. 3851. Ol. 144. 2. Urb. C. 550. Ant. Ch. 202.

j *Memoriæ Pelori*] Sunt qui ab illo gubernatore promontorio Siciliæ Peloro nomen factum velint: sed hæc appellatio Hannibale antiquior. Constat ex Servio hunc gubernatorem

2. Jam Atheniensium civitas ad vesaniam usque temeraria, quæ decem universos [12] imperatores [k] suos, et quidem a pulcherrima victoria venientes, capitali judicio exceptos necavit: quod militum corpora, sævitia maris interpellante, sepulturæ mandare non potuissent: necessitatem puniens, cum honorare virtutem deberet.[13] †

aliquot ex Torrenianis: *collocatæ* tres ejusdem.—12 Ita Pigh. ex codd. itaque Brand. 1. 2. 'Inter variantes Gudii ascriptum: '*universos* videtur vox corrupta, a quibusdam libris abest.' Equidem video abesse a Paris. sec. et Ultraj. utroque; item a Mog. Mediol. Ascens. Ald. Colin. Gryph. et Steph. sed extat in Ven. et facile patior adesse.' *Torren.*—13 Ita Torren. ex decem codd. et edd. vett. *debuisset* Pigh. Coler. et Vorst.

NOTÆ

ibi sepultum esse.

[k] *Decem universos Imperatores*] Consule lib. v. cap. 3.

† An. M. 3648. Ol. 93. 3. Urb. C. 347. Ant. Ch. 405.

CAP. IX.

DE ERRORE.

1 Plebis Romanæ.
2 C. Cassii Longini procos.
3 Satellitum Lartis Tolumnii regis.

Temeritati proximus est error: quemadmodum ad lædendum par, ita cui facilius quis ignoverit: quia non sponte, sed vanis concitatus [1] imaginibus, culpæ se implicat. Qui quam late in pectoribus hominum vagetur,[2] si complecti coner, vitio, de quo loquor, sim obnoxius. Paucos igitur ejus lapsus referemus.

1. C. Helvius Cinna [a] tribunus plebis ex funere C. Cæ-

1 Ultraj. 1. 2. *concitatis.*—2 Tres codd. Torren. *vagatur;* totidem: *sum*

NOTÆ

[a] *C. Helvius Cinna*] Qui carmen 'Smyrnam' inscriptum novem annis composuit; cujus meminerunt et Catullus, et Martialis lib. x. 'Judice

saris domum suam petens, populi manibus discerptus est pro Cornelio Cinna,[b] in quem sævire se existimabat; iratus ei, quod, cum affinis esset Cæsaris, adversus eum nefarie raptum impiam pro Rostris orationem habuisset:[c] eoque errore propulsus est, ut caput Helvii perinde atque Cornelii circa rogum Cæsaris, fixum jaculo, ferret; officii sui,[3] alieni erroris piaculum miserabile.*

2. Nam C. Cassium error a semetipso pœnas exigere coëgit. Inter illum enim pugnæ quatuor exercituum[d] apud Philippos varium, ipsisque[e] ducibus ignotum eventum, missus ab eo Titinius[4] centurio nocturno tempore, ut specularetur, quonam in statu res M. Bruti essent; dum crebros excessus viæ petit, quia tenebrarum obscuritas, hostesne an commilitones occurrerent, dignoscere non sinebat, tardius ad Cassium rediit. Quem is exceptum ab hostibus, omniaque in eorum potestatem recidisse existimans, finire vitam properavit: cum et castra hostium invicem capta, et Bruti copiæ magna ex parte incolumes essent. Titinii vero non obliteranda silentio virtus, qui oculis paulisper hæsit inopinato jacentis ducis spectaculo attonitus; deinde profusus in lacrymas, 'Etsi imprudens,' inquit, 'imperator causa tibi mortis fui, tamen, ne idipsum impunitum sit,

obnoxius.—3 Perizon. aliquando conj. *officio suo*, contra omnes codd. et edd. vett.—4 Multi codd. *Tineius*, ut postea *Tineii*.—5 Vet. *opinio*.—6 Ita Pigh.

NOTÆ.

te major Cinna Marone fuit.' In somnis visus est sibi videre C. Cæsarem, qui se ad cœnam invitaret, abnuentemque invitum abduceret: ubi audiit cremari corpus Cæsaris, quamvis et somnio territus, et febre laboraret, in forum tamen honoris causa se contulit, ubi a populo discerptus est. Ita Plut.

[b] *Pro Cornelio Cinna*] Cinnæ quater Consulis filio, cujus soror Cornelia Cæsari nupserat: ipse a Sylla proscriptus, a Cæsare restitutus est.

[c] *Orationem habuisset*] Prætor a Cæsare factus insignia Prætoria in Rostris deposuit, illius interfectores extulit laudibus, eosque vocandos e Capitolio, præmiisque donandos censuit.

* An. M. 4010. Ol. 184. 1. Urb. C. 709. Ant. Ch. 43.

[d] *Quatuor exercituum*] Ex una parte Bruti et Cassii; ex altera, Antonii et Octavii Cæsaris.

[e] *Varium, ipsisque*] Quia castra Cassii Antonius, Octavii Brutus diripuit. Varias de morte Cassii sententias retulimus lib. I. c. 5. n. 8.

accipe me fati tui comitem.' Superque exanime corpus ejus jugulo suo gladium capulo tenus demisit: ac permisto utriusque sanguine, duplex victima jacuit, Pietatis hæc, Erroris illa.

3. Ceterum falsa opinatio,[5] nescio an præcipuam injuriam Lartis[6] Tolumnii, Veientium regis, penatibus intulerit. Nam cum in tesserarum prospero jactu per jocum collusori dixisset, 'Occide:' et forte Romanorum legati[f] intervenissent: satellites ejus, errore vocis impulsi, interficiendo legatos lusum ad imperium transtulerunt.[a] †

[a] *Verbum per jocum dictum pro imperio sumserunt.*

ex Atreb. nonnulli codd. Torren. cum edd. vett. *Laërtis.*

NOTÆ

[f] *Romanorum legati*] Fidena Romanorum colonia ad Tolumnium defecerat: legati quatuor Roma missi, qui defectionis causam quærerent; sed Tolumnii jussu interfecti sunt. Ita Livius, qui illud de tesseris ut commentum rejicit.

† An. M. 3617. Ol. 85. 4. Urb. C. 316. Ant. Ch. 436.

CAP. X.

DE ULTIONE.

1 Papiriæ tribus Tusculanorum in Poliam.
2 Populi Uticensis in C. Fabium Hadrianum.

EXTERNORUM.

1 Thamyris et Beronices reginarum.
2 Juvenum quorundam Græcorum.

Ultionis autem quemadmodum acres, ita justi[1] aculei sunt: qui lacessiti concitantur, acceptum dolorem pensare cupientes. Quos latius complecti non attinet.

1 Bitur. 1. *ita injusti;* Ultraj. 2. *ita plerique injusti sunt aculei;* Douac. *ita*

1. M. Flavius[2] tribunus plebis ad populum de Tusculanis retulit, quod 'eorum consilio Veliternos Privernatesque[a] rebellatos'[3] diceret. Qui cum conjugibus ac liberis, squalore obsiti, cum supplices Romam venissent, accidit, ut reliquis tribubus salutarem sententiam secutis, sola Polia[4] judicaret, oportere publice eos verberatos securi percuti: imbellem multitudinem sub corona venire. Quam ob causam Papiria[5] tribus, in qua plurimum postea Tusculani in civitatem recepti potuerunt, neminem unquam candidatum[6] Poliæ tribus fecit magistratum: ne ad eam ullus honos suis suffragiis perveniret, quæ illis vitam ac libertatem, quantum in ipsa fuit, ademerat.

2. Illam vero ultionem et senatus, et consensus omnium approbavit. Cum enim Hadrianus[7][b] cives Romanos, qui Uticæ consistebant, sordido imperio vexasset, idcircoque ab his vivus esset exustus; nec quæstio ulla in urbe hac de re habita, nec querela versata est.

EXTERNA.

1. Claræ ultionis utraque regina, et Thamyris,[8] quæ caput Cyri abscisum in utrem humano sanguine repletum demitti jussit, exprobrans illi[c] insatiabilem cruoris sitim, simulque pœnas occisi[d] ab eo filii sui[9] exigens;* et

plerumque justi.—2 Ita Pighius ex Winck. edidit, atque ita appellatur a Livio. Ceteri fere *M. Fulvius.* Mox pro *retulit* Perizon. malit, *tulit.*—3 Sic Vorstius et Torrenius rescripserunt, probantibus Manutio, Ruperto, Perizonio; licet omnes libri cum scripti tum editi habeant *rebellaturos.*—4 Nonnulli codd. *Popilia* pro *Polia;* alii *Pollia.*—5 *Popiria* in quibusdam Torren. *Popilia* edd. vett. *Papiria* Pigh. ex Winck.—6 Ita omnes codd. et edd. vett. sed Pigh. reformavit hoc modo: *plurimum Tusculani ... neminem postea candidatum,* improbante Kappio.—7 *Cum enim C. Fabius* Glarean. ex Floro. *Cum Adrianus* Venett.—8 *Tomyris* legi jussit Kappius. Gr. Τόμυρις.—9 Tres codd. Torren.

NOTÆ

[a] *Veliternos, Privernatesque*] Volscorum civitates. Illa hodie *Veletri,* hæc *Piperno* dicitur.

[b] *Hadrianus*] Fulvius Adrianus ab Orosio dicitur, qui cum Imperium collecta servorum manu affectaret, a civibus Romanis congestis sarmentis cum tota familia exustus est.

[c] *Exprobrans illi*] 'Satia te,' inquit, 'sanguine quem sitisti.'

[d] *Simulque pœnas occisi, &c.*] Araxe superato Cyrus, ut hostes simulata fuga falleret, castra et vino et epulis referta descrit; Spargabisus Thamy-

Beronice, quæ Laodices[e] insidiis interceptum sibi filium graviter ferens, armata currum conscendit, persecutaque satellitem regium crudelis operis ministrum, nomine Cæneum, quem[10] hasta nequicquam petierat, saxo ictum prostravit; ac super ejus corpus actis equis, inter infesta contrariæ partis agmina ad domum, in qua interfecti pueri corpus occultari arbitrabatur, perrexit.†

2. Jasonem Thessalum,[f] Persarum regi bellum inferre parantem, an satis justa ultio absumserit, ambiguæ æstimationis est. Taxillo[11] enim gymnasiarchæ a quibusdam juvenibus pulsatum se conquesto, permisit, ut aut tricenas ab his drachmas exigeret, aut denas plagas singulis imponeret. Quo posteriore vindicta uso, qui vapulaverant, Jasonem interfecerunt, animi, non corporis dolore pœnæ modum æstimantes. Ceterum parvo irritamento ingenui pudoris maximæ rei expectatio subruta est: quoniam opi-

delent pronomen *sui*; Leid. 5. *interemptum sibi filium*.—10 Ita vet. Pighii, Copes. Ultraj. 2. aliquot ex Gudianis et Mog. nonnulli etiam: *quem hasta nequaquam poterat*.—11 *Taxippo* Dan. Plerique codd. et edd. ante Pigh.

NOTÆ

ris filius se cum suis vino ingurgitat: tum media nocte superveniens Cyrus, eum cum exercitu cædit. Hæc quidem Justinus; at Herodotus vult captum Spargabisum, sibique, ubi ebrietate solutus est, mortem conscivisse. Brevis tamen et fallax fructus victoriæ: Cyrus enim in locum iniquum progreditur, ubi insidiis hostium circumventus cum omnibus copiis conciditur.

* An. M. 3523. Ol. 62. 2. Urb. C. 222. Ant. Ch. 530.

[e] *Beronice, quæ Laodices, &c.*] Ab Oliverio hac in parte, ut in aliis multis, dissentio: id enim Beronice, quæ Mithridatis Ponti Regis soror erat, tribuit; ego non item: valde enim falsus sum, nisi de Beronice et Laodice, quæ et sorores, et Ptolemæi Philadelphi filiæ, et Antiochi Dei uxores fuerunt, intelligi debeat. Laodicen jam diu uxorem duxerat Antiochus, cum, post diuturna cum Philadelpho bella, Beronicen accepit; primumque Laodicen cum filiis Seleuco et Antiocho aula expulit; sed paulo post amore victus eam reduxit: quæ verita viri mobilis animum, eum sustulit veneno; et Seleucus Beronices filium ipsamque Beronicen ab Antiochiæ Præfecto occidi jussit.

† An. M. 3965. Ol. 172. 4. Urb. C. 664. Ant. Ch. 88.

[f] *Jasonem Thessalum*] Virum belli peritissimum, qui subacta Thessalia ad tantam potentiam venit, ut octo equitum millia, et viginti peditum gravis armaturæ in armis haberet: suorum insidiis periit.

nione Græciæ tantum in spe Jasonis, quantum in effectu Alexandri reponitur.[a] [12] ‡

[a] *Ceterum victoriæ de Persis expectatio subversa est ob irritatos hoc supplicio ingenuos adolescentes, quoniam omnis Græcia tantum Jasonem facturum sperabat, quantum postea effecit Alexander.*

gymnasiarcho.—12 Ita Copes. tredecim Torren. et Vet. et Mog. quare Torren. pro Pighiano *reponebatur* restituit.

NOTÆ

‡ An. M. 3685. Ol. 102. 4. Urb. C. 384. Ant. Ch. 368.

CAP. XI.

DE IMPROBE DICTIS ET SCELERATE FACTIS.[1]

ROMANORUM.

1 Tulliæ Ser. F. L. Superbi regis.
2 C. Fimbriæ trib. pl.
3 L. Catilinæ.
4 Magi Chilonis.
5 C. Toranii C. F.
6 Villii Annalis.
7 Uxoris Vettii Salassi.

EXTERNORUM.

1 Duorum fratrum Hispanorum.
2 Mithridatis regis.
3 Sariastris Tigranis regis F.
4 L. Ælii Sejani.

NUNC quatenus[2] vitæ humanæ tum bona, tum etiam mala substitutis exemplorum imaginibus persequimur;[3] dicta improbe, et facta scelerate referantur.

1. Unde autem potius, quam a Tullia ordiar?[a] quia tempore vetustissimum, conscientia nefarium, voce improbum

1 *Dicta improba aut facta scelerata* Vet.—2 Multi codd. *quatinus.*—3 Codd. magno numero *prosequimur.* Tum plerique præferunt: *dicta improba et facta*

NOTÆ

[a] *A Tullia ordiar*] Quæ juncto per summum scelus cum Tarquinio Superbo matrimonio, cum et ipsa maritum et ipse uxorem sustulisset, ad necem patri inferendam illum incitavit.

ac monstri[4] simile exemplum est. Cum carpento[5] veheretur, et is, qui jumenta agebat, succussis frænis constitisset, repentinæ moræ causam requisivit; et, ut comperit corpus patris Ser. Tullii occisi ibi jacere, supra id[6b] vehiculum duci jussit, quo celerius in complexum interfectoris ejus Tarquinii veniret.* Qua tam impia, tamque probrosa festinatione, non solum se æterna infamia, sed ipsum etiam vicum cognomine sceleris commaculavit.

2. Non tam atrox est C. Fimbriæ[c] factum et dictum: sed si per se æstimetur, utrumque audacissimum. Id egerat,[7] ut Scævola in funere C. Marii jugularetur. Quem postquam ex vulnere recreatum comperit, accusare ad populum instituit. Interrogatus deinde, 'quid de eo secus dicturus esset, cui pro sanctitate morum satis digna laudatio reddi non posset,' respondit 'se objecturum illi, quod parcius corpore telum recepisset.' Licentiam[8] furoris ægræ reipublicæ gemitu prosequendam!

3. L. vero Catilina in senatu M. Cicerone incendium ab ipso excitatum dicente, 'Sentio,' inquit:[d] 'et quidem il-

scelerata, ut in titulo: sed et sic edd. ante Pigh.—4 Ita Pigh. ex uno cod. improbante Gudio; *voce improbum monstri* Copes. et Leid. 6. *monstro* in uno Torren. *improbum ac* desunt in ceteris codd. et edd. ante Pigh. omnibus.—5 *Quæ cum carpento* Pigh. ex Sus. et Pulm. et sic in Ultraj. 2. et Mog. *Quæ* non habent ceteri codd. delevit Torren. Pighium sunt secuti Coler. Thys. Delph. Vorst. alii.—6 Ita Copes. duodecim codd. Torren. et edd. ante Pighium, qui mutaverat in, *supra idem*.—7 'Ita legendum; non ut Pighius, et hunc secuti Colerus et Thysius edidere, *Is egerat*. Habent ita veteres typis expressi Aldi et Chalcoc. itemque Mss. Brand. Nota phrasis est 'id agere,' pro id meditari, id operam dare. Virgilius Ecl. IX. Nepos XIV. 6. 6.' *Vorst.* *Id egerat* habent novem codd. Torren. *Is egerat* tamen Vet. et Mog. Mox pro *jugularetur*, apud Cic. legitur *vulneraretur*.—8 Ita codd. et edd. ante Pighium; *O licentiam* Pigh. Coler. Thys. Minel. Delph. et Vorst.—

NOTÆ

[b] *Supra id vehiculum*] Cum auriga horrore commotus hæreret, illum arrepto pedum scabello petit, inclamans: 'Non ages, sceleste, vel per mortuum?' Hæc pluribus Livius et Dionysius.

* An. M. 3520. Ol. 61. 3. Urb. C. 219. Ant. Ch. 533.

[c] *C. Fimbriæ*] Ex gente Flavia, qui occiso aliquanto post Valerio Flacco Consule, cujus legatus erat, Mithridatem Pergamo expulit; sed desertus a suis, Syllæ metu mortem sibi conscivit.

[d] *Sentio, inquit, &c.*] Quasi sui purgandi causa in Senatum venit: ubi

lud si aqua non potuero,[9] ruina extinguam.' Quem quid aliud existimemus, quam conscientiæ stimulis actum a se inchoatum parricidium [10] peregisse?†

4. Consternatum etiam Magii Chilonis amentia pectus: qui M. Marcello [e] datum a Cæsare spiritum, sua manu eripuit. Vetus amicus et Pompeianæ [11] militiæ comes, indignatus aliquem amicorum ab eo sibi præferri. Urbem enim a Mitylenis,[f] quo se contulerat, repetentem, in Atheniensium portu pugione confodit,[g] protinusque ad irritamenta vesaniæ suæ trucidanda tetendit,[a] amicitiæ hostis,

[a] *Protinusque seipsum vesania agitatum trucidavit.*

9 'Copes. cum tribus aliis *potero;* quod forsan non spernendum.' *Torren.*— 10 'Ita habet Vet. cum nonnullis Torren. codd. Sensus est clarus: Catilina, quem stimuli conscientiæ egerant, sive qui ipse negare non poterat scelus, voce sua improba inchoatum a se parricidium peregit. Manifeste opponuntur *inchoatam* et *peregisse*. *Actum* non est substantivum, sed participium referendum ad *Quem*, scil. Catilinam. Pighius et Colerus: *actum a se inchoati parricidii;* Vorst. et Torren. *actum simulacrum a se inchoati parricidii*, ediderunt. Sed *simulacrum* in codd. non invenitur, et a glossatore sine dubio additum est. Non ergo dubitavi lectionem, quæ et idoneis testibus nititur, et huic loco conveniens est, revocare. Vide Exempl. 6. 'Bis parricida, consilio prius, iterum spectaculo.' Exempl. 7. 'Quanto enim levius scelus est, cui tantummodo manus abest.' Mecum facit quoque Torrenius, licet Vorstianam lectionem expresserit.' *Kapp.*—11 *Vetus etiam Pomp. &c.* Pigh. ex quatuor codd. *Vetus amicus etiam* unus Brand. *Vetus et Pomp.* tres Tor-

NOTÆ

assedit, demisso vultu, voce supplici postulare a Patribus cœpit, ne existimarent sibi patricio viro perdita Repub. opus esse, cum eam servaret M. Tullius inquilinus civis urbis Romæ: ad hæc obstrepere omnes, hostem et parricidam vocare: tum ille furibundus, inquit: 'Quandoquidem ego circumventus ab inimicis præceps agor; incendium meum vestra ruina restinguam:' deinde ex Curia domum se proripuit. Ita Sallust.

† An. M. 3991. Ol. 179. 2. Urb. C. 690. Ant. Ch. 62.

[e] *M. Marcello*] Qui cum Sulpicio sub initium belli civilis Consul erat. Illius reditum sæpe fratri Cæsar negaverat; sed totius Senatus precibus victus, illi et salutem et reditum concessit: cum multi, tum ipse Cicero eleganti oratione gratias egit Cæsari.

[f] *Mitylenis*] Mitylene urbs olim maxima in Lesbo, cujus nomine tota insula Mitylene vulgo dicitur; nunc *Metelin*.

[g] *Pugione confodit*] Illius mortem describit Sulpicius ad Ciceronem scribens, lib. IV. Epist. quam concludit his verbis: 'Ita vir clarissimus ab homine teterrimo acerbissima morte est affectus; et cui inimici propter dignitatem perpercerant, inventus est amicus qui ei mortem afferret.'

divini beneficii interceptor, publicæ religionis, quod ad salutem clarissimi civis recuperandam attinuit, acerba labes.[12]

5. Hanc crudelitatem, cui nihil adjici posse videtur, C. Toranius[13] atrocitate parricidii superavit. Namque triumvirum[14] partes secutus, proscripti patris sui, prætorii et ornati viri, latebras, ætatem, notasque corporis, quibus agnosci posset, centurionibus edidit, qui eum persecuti sunt. Senex de filii magis vita et incrementis, quam de reliquo spiritu suo solicitus; 'an incolumis esset,' et 'an imperatoribus satisfaceret,' interrogare eos cœpit. E quibus unus: 'Ab illo,' inquit, 'quem tantopere diligis, demonstratus, nostro ministerio, filii indicio occideris:' protinusque pectus ejus gladio trajecit. Collapsus itaque est infelix,[15] auctore cædis quam ipsa cæde miserior.‡

6. Cujus fati[16] acerbitatem L. Villius Annalis sortitus. Cum[17] in Campum ad quæstoria comitia[h] filii descendens, proscriptum se cognosset, ad clientem suum confugit. Sed ne fide ejus tutus esse posset, scelere nefarii juvenis effectum est. Siquidem per ipsa vestigia patris militibus ductis, occidendum eum in conspectu suo objecit: bis parricida, consilio prius, iterum spectaculo.*

7. Ne Vettius quidem Sallassus[18] proscriptus parum

reniani; *Vetus enim P.* unus ejusdem; ceteri ut in textu.—12 Alii *clades*, ut in uno Douac. *lues* Ascens. et Coler. *labes* ceteri codd. et edd.—13 Codd. Torreniani, *Turanius*, item *Curanius*, ob similitudinem scilicet litt. *T.* et *C.*; Harl. *Gneius Turanius.*—14 *Namque triumvirorum* complures codd. Torren.—15 Copes. addit *pater*, ex glossa.—16 *Cujus facti* legebatur ante Pighium; sed *fati* retinent codd. et Mog. 'Videtur Perizonio legendum *Ejusdem*, vel *Cujus etiam*, vel *quoque fati*. Mox codd. fere, *L. Tullius Annalis;* Leid. 5. *L. Julius;* Par. 1. *L. Vilius.* Deinde tres codd. Torren. *sortitus fuit.*—17 *Qui cum* Pighius; sed *Qui* deest in codd. Pro *cognosset*, quod habent Ultraj. 2. et Mog. complures codd. Torren. cum edd. vett. *cognosceret;* Harl. *cognovisset.*—18 Nonnulli codd. *Fallassus;* unus *Filassus*, item *Falapsus.* Mox, *quid dicam*, vel saltem *quid*, deleret Perizonius; sed utrumque servant codd.—

NOTÆ

‡ An. M. 4012. Ol. 184. 3. Urb. C. 711. Ant. Ch. 41.

[h] *Ad quæstoria comitia*] Ut filius Quæstor crearetur, suaque præsentia, quoad posset, suffragaretur.

* An. M. 4012. Ol. 184. 3. Urb. C. 711. Ant. Ch. 41.

amari exitus; quem latentem uxor[i] interficiendum, quid dicam, tradidit, an ipsa jugulavit. Quanto enim levius est scelus, cui tantummodo manus abest?[b] †

EXTERNA.

1. Illud autem facinus, quia externum,[19] tranquilliore affectu narrabitur. Scipione Africano patris et patrui memoriam gladiatorio munere Carthagine Nova[j] celebrante, duo regii filii,[k] nuper patre mortuo, in arenam processerunt: pollicitique sunt 'ibi se de regno præliaturos, quo spectaculum illud illustrius pugna sua facerent.' Eos cum Scipio monuisset, 'ut verbis, quam ferro dijudicare mallent,[20] uter regnare deberet;' ac jam major natu consilio ejus obtemperaret; minor, corporis viribus fretus, in amentia perstitit. Initoque certamine, pertinacior impietas fortunæ judicio morte mulctata est.‡

2. Mithridates[21] autem multo sceleratius, qui non cum

[b] *Non multo enim levius est crimen, quod consilio committis, licet non manu.*

19 'Complures Mss. *externum est.* Mox pro *duo regii filii.* Mss. undecim, *duo regis filii.* Quod certe nihilo est deterius: utrumque habet etiam Mog.' *Torren. regis* habet etiam Vet.—20 'Aldus ediderat, *ut verbis contendere quam ferro dimicare mallent.* Sed alteram lectionem observavit Pighius in Mss. Et habet quoque eam uterque cod. Brand. nisi quod in uno est *dijudicari.* Sed et veteres typis expressi Chalcocondylæ et Martini Herpib. sic habent.' Copes. *ut verbis quam ferro dimicare,* omisso verbo *mallent;* unde Perizon. *Eos c. S. monuisset verbis q. f. dimicare,* omisso τῷ *mallent.* '*contendere* certe delent plerique Mss. præter Ultraj. prim. Porro tres Leid. unus Ultraj. et Harl. habent, *dimicare;* Ultraj. prim. *dimicari;* Leid. tert. *decernere,* et pro vv. ll. *dimicare,* et *judicare;* Leid. quart. *dijudicari.* Mihi quidem non dubium videtur, quin auctoris sit: *ut verbis, quam ferro, dimicare mallent;* ipsum enim, quod quæsivit, acumen est in verbo *dimicare.* Ceterum *mallent* Mss. retinent.' *Torren.*—21 Vorstius malit, *Mithridatis,* ut in uno Brand. Leid. 6. et aliis codd. Rubenii; quem vide in Elect. I. 19. ubi legendum conj. *Mithridatis F.*

NOTÆ

[i] *Quem latentem uxor*] Cum ad posticas uxoris ædes profugisset, ab ea non est admissus: quare, ne in persequentium manus incideret, se suo gladio confodit, ut auctor est Appianus.

† An. M. 4012. Ol. 184. 3. Urb. C. 711. Ant. Ch. 41.

[j] *Carthagine Nova*] Ab Hasdrubale Pœnorum duce in Hispania Bætica ad littus maris condita.

[k] *Duo regii filii*] Non fratres, sed patrueles, ex Plutarcho, Corbis et Orsua.

‡ An. M. 3848. Ol. 143. 3. Urb. C. 547. Ant. Ch. 205.

fratre de paterno regno, sed cum ipso patre bellum de dominatione gessit: in quo qui aut homines ullos adjutores invenerit, aut Deos invocare ausus sit, præ admiratione hæreo.[22]

3. Quanquam quid hoc, quasi inusitatum illis gentibus miremur? cum Sariaster[23] [m] adversus patrem suum Tigranem, Armeniæ regem, ita cum amicis consenserit, ut omnes dexteris[n] manibus sanguinem mitterent, atque eum invicem sorberent.* Vix ferrent[24] pro salute parentis tam cruenta conspiratione fœdus facientem.

4. Sed quid ego ista consector, aut quid iis immoror, cum unius parricidii cogitatione cuncta scelera superata cernam? Omni igitur impetu mentis, omnibus indignationis viribus, ad id lacerandum pio magis quam valido affectu rapior. Quis enim amicitiæ fide extincta genus humanum cruentis in tenebris sepelire conatum, profundo debitæ execrationis, satis efficacibus verbis adegerit?[c]

[c] *Quis verbis satis potentibus execrari pro merito possit Sejanum, qui oblitus amicitiæ cum Tiberio contractæ, conatus est genus humanum in cruentis tenebris sepelire?*

autem. Torrenius malit: *Mithridatis autem filius.* Alii codd. habeut ut in textu. Paulo post undecim codd. cum Mog. et Venett. *in quo quis aut homines;* Leid. 4. omittit *quis.*—22 Novem codd. cum nonnullis edd. vett. *pro a. habetur;* Vet. *pro a. haberet;* Bitur. 1. *habet;* Par. 1. *non definio.*—23 Fabric. Bibl. Gr. II. 19. p. 639. legendum putat, *Artabazes.* Paulo post multi codd. *invicem solverent;* Bitur. 1. *in mortem solverent.*—24 'Barthius legebat *Vix ferrent alii:* in Excerptis Douac. adduntur hæc: '*Vix ferrent illi.* Qui *illi?* abest hæc vox a chartaceo; lege igitur, *Vix ferrem pro salute,*' &c. Hæc ille. Aliquot Mss. *pro eo quem vix ferrent.* Deest *illi* in Mss. minimum decem et Edd. ante Pighium. Placet valde emendatio Gronovii, *Vix ferrem.* Quamvis τὸ *alii* quod Barthio in mentem venit, etiam Pighiano *illi* prætulerim, hoc

NOTÆ

[l] *Mithridates*] Non Ponticus, populi Romani hostis; qui, teste Justino, moriente patre puer erat: sed forte Mithridates Rex Parthorum.

[m] *Sariaster*] Vocatur a Plutarcho Tigranes minor.

[n] *Ut omnes dexteris*] Hujus conjurationis non meminit Plutarchus: a patre quidem ad Pompeium defecit; at aliquanto post patri, qui præsens etiam aderat, primas a Pompeio deferri, sibi secundas cum ferret ægrius, ad cœnam invitatus venire noluit, hæc tantum præfatus: 'Se facile carere Pompeio, qui sibi tales honores haberet.' Quare conjectus in vincula Pompeii triumphum cum liberis cohonestavit.

* An. M. 3988. Ol. 78. 3. Urb. C. 687. Ant. Ch. 65.

Tu videlicet efferatæ[25 o] barbariæ immanitate truculentior habenas Romani imperii, quas princeps[p] parensque noster salutari dextera continet, capere potuisti? Aut[26] te compote furoris, in suo statu mundus mansisset? Urbem a Gallis captam, et trecentorum inclytæ gentis[q] virorum strage fœdatam,[27] Alliensem diem,[r] et oppressos in Hispania Scipiones,[s] Thrasymenum[t] lacum, et Cannas,[u] bellorumque civilium[v] domestico sanguine madentem Æmathiam,[28] amentibus propositis furoris tui repræsentare et vincere voluisti. Sed vigilarunt oculi Deorum: sidera vigorem[29] suum obtinuerunt: aræ, pulvinaria, templa præ-

enim nauci est. Quare expunxi auctoritate Mss.' *Torren.*—25 Ultraj. 2. Leid. 6. Bitur. 1. et Harl. *efferata.* Mox Copes. *indigi imperii,* i. e. indigeri; non male, inquit Perizon.—26 *Haut* vel *Haud* in quibusdam codd. et edd. vett. mutavit Pighius.—27 Ita Aldd. Colin. Gryph. et Steph. cum Copes. tribus Leidd. et Par. 1. bene judicio Perizonii et Torren. *fædatum* Vorst. cum Brand. 1. 2. et multis aliis codd. *stragem fædam* Pigh. et Coler.—28 Ita Pigh. ex Winck. cui proxime accedit Dan. in quo legitur: *sanguine madentem Æmum;* Bitur. 1. *madentes furores Æmathiam;* Leid. 3. *madentem hemtiam,* et pro v. l. *madentes furores;* Leid. 5. *medentem Emathiam;* Ultraj. 2. *manantem furorem.* Ceteri codd. et edd. vett. *manantes furores,* quod pæne prætulerint Torren. et Kapp. quibus lectio Pighiana nimis antiqua et poëtica videtur.—29 Pigh. Coler. Vorst. et Torren. *sidera simul vigorem,* ut in Winck. contra alios codd. Torren. tamen in notis ita scribit: '*simul,* quod in textum immisit Pighius, abest ab omnibus nostris Mss. itaque delevi non necessarium, immo incommodum, nisi addatur aliqua conjunctio. Mox *capite Augusto* conj. Perizon. Deinde *torpere sibi* Pighius ex Sus. et Pulm. et sic etiam

NOTÆ

[o] *Tu videlicet efferatæ*] L. Ælium Sejanum alloquitur, qui a Tiberio ad summos honores evectus, vel ob nimiam potentiam invisus Imperatori; vel quod res novas moliretur: literis e Caprea missis apud Senatum accusatus est; Consulisque jussu raptus in carcerem, cum omni familia occiditur: corpora triduo ludibrio habita, deinde in Tiberim projecta: illius amici passim trucidati, nomen e fastis erasum, statuæ dejectæ, memoria decreto Senatus abolita.

[p] *Princeps*] Tiberius, in cujus laudem hæc scribit.

[q] *Trecentorum inclytæ gentis*] Fabiæ, qui ad Cremeram ceciderunt.

[r] *Alliensem diem*] Quo Romani a Gallis ad Alliam fusi sunt.

[s] *In Hispania Scipiones*] Publium et Cneium, de quibus supra.

[t] *Thrasymenum*] Ubi C. Flaminius ab Hannibale cæsus est.

[u] *Cannas*] Ubi victus Terentius Varro, occisus Æmilius Paulus.

[v] *Bellorumque civilium*] Quorum primum inter Pompeium et Cæsarem; alterum inter Triumviros Brutum et Cassium: victus ad Pharsalum Pompeius, victi ad Philippos Brutus et Cassius.

senti numine vallata sunt: nihilque quod pro capite Augusti ac patria excubare debuit, torporem sibi permisit. Et in primis [30] auctor ac tutela nostræ incolumitatis,[w] ne excellentissima merita sua totius orbis ruina collaberentur, divino consilio providit. Itaque stat pax,[31] valent leges, sincerus privati ac publici officii tenor servatur. Qui autem hæc violatis amicitiæ fœderibus tentavit subvertere,[32] omni cum stirpe sua populi Romani viribus obtritus,[33] [x] etiam apud Inferos, si tamen illuc receptus est, quæ meretur, supplicia pendit.[34] †

Leid. 5.—30 *Sed imprimis* malit Perizon. Tum *incolumitatis Jupiter* Aldd. Colin. Gryph. Steph. et pauci codd. *Jupiter* delevit Pighius. Pro *excellentissima merita*, Copes. et Leid. 6. habent, *excellentissima opera*.—31 '*Constat pax* Copes. quod mihi præferendum videtur.' *Perizon.*—32 Ita omnes codd. Torren. *subruere* ex aliis probat Lipsius.—33 Ita codices Brand. Pighius in Camp. reperit *lapidibus obtritus*. Unde ille legendum conjicit *pedibus obtritus*. Vorst. 'Copes. *viribus obruptus*, id est, *obrutus:* non male forsan; sed præfero lectionem Pighii.' *Perizon.* 'Paris. sec. et Leid. sext. *viribus obrutus;* Leid. sec. *in viribus contritus;* Leid. prim. *viribus obstrictus;* ceteri fere *viribus obtritus* retinent: sic etiam in Douac. Exc. quibus ascriptum: uterque *viribus:* male mutavit Pighius.' *Torren.*—34 Ita etiam Pigh. cum codd. fere omnibus et Mog. *rependit* Par. 2. *pependit* vulgo.

NOTÆ

w *Tutela nostræ incolumitatis*] Non Jovem appellat, sed Tiberium.

x *Viribus* [*pedibus*] *obtritus*] Illius enim cadaver unco tractum, et in Gemonias scalas abjectum; liberi ex Senatusconsulto necati, ut ait Dio.

† An. M. 4084. Ol. 202. 3. Urb. C. 783. Post Ch. 31.

CAP. XII.

DE MORTIBUS NON VULGARIBUS.

1 Tulli Hostilii regis.
2 Duarum matrum.
3 M. Juventii Thalnæ Cos.
4 Q. Lutatii Catuli.
5 L. Cornelii Merulæ.
6 Herennii Siculi.
7 Licinii Macri.
8 Cornelii Galli, et T. Haterii.

EXTERNORUM.

1 Comæ, Cleonis fugitivorum ducis fratris.
2 Æschyli poëtæ.
3 Homeri.
4 Euripidis.
5 Sophoclis.
6 Philemonis.
7 Pindari.
8 Anacreontis.
9 Milonis Crotoniatæ.
10 Polydamantis Scotusæi.

HUMANÆ autem vitæ conditionem præcipue primus et ultimus dies continet: quia plurimum interest, quibus auspiciis inchoëtur, et quo fine claudatur. Ideoque eum demum felicem fuisse judicamus, cui et accipere lucem prospere, et reddere placide contigit. Medii temporis cursus, prout fortuna gubernaculum rexit, modo aspero, modo tranquillo motu peragitur, spe semper minor, dum et cupide votis extenditur, et fere sine ratione consumitur. Nam et[1] si eo bene uti velis, etiam parvum amplissimum efficies, numerum annorum multitudine operum superando. Alioqui quid attinet inerti mora gaudere, si magis vitam exigis, quam approbas?[a2] Sed ne longius evager, eorum mentionem faciam,[3] qui non vulgari genere mortis absumti sunt.

[a] *Alioqui quid habet utilitatis diuturnitate vitæ inertis gaudere, si vitam tibi concessam in turpi otio transigere magis cupis, quam bonis operibus probatam reddere.*

1 Perizon. ejiceret *et* auctoritate Copesiani, quocum facit Leid. 6.—2 Sic Pighius cum legeretur, *exigas quam approbes.* Sed Pighii factum comprobant Mss. tantum non omnes.—3 In Camp. Winck. aliisque, *libet eorum mentionem facere;* quod placuit Pighio. 'Aldus ediderat: *eorum mentionem faciam:* quomodo codd. quoque Brand. habent.' *Vorst.* 'Itaque cum sic quoque haberent omnes nostri, illis potius, quam Pighio credendum putavi. Unus et alter habent *evagari.* Quod unde natum sit ostendit Paris. prim. *Sed ne longius evagari libeat, eorum mentionem faciam.* quod forsan Valerii fuerit.'

1. Tullus Hostilius[4] fulmine ictus,[a] cum tota domo conflagravit.* Singularem fati sortem, qua accidit, ut columen urbis, in ipsa urbe raptum, ne supremo quidem funeris honore a civibus decorari posset, cœlesti flamma in eam conditionem[5] redactum, ut eosdem penates, et regiam, et rogum, et sepulcrum haberet.

2. Vix verisimile est, in eripiendo spiritu idem gaudium potuisse, quod fulmen: et tamen idem valuit.[6] Nuntiata enim clade, quæ ad lacum Thrasymenum inciderat, altera mater sospiti[7] filio ad ipsam portam facta obviam, in complexu ejus expiravit. Altera cum falso mortis filii nuntio domi mœsta sederet,[8] ad primum conspectum redeuntis exanimata est.[b]† Genus casus inusitatum: quas dolor non extinxerat, lætitia consumsit.

3. Sed minus miror,[9] quod mulieres. M. Juventius Thalna[10c] Cos. collega Ti. Gracchi Cos. iterum, cum in Corsica,

Torren. Mox Ultraj. sec. *absorpti sunt;* duo alii, *absorti sunt.*—4 *Hostilius rex* Pighius, quod mutavit Torren.—5 Ita Pigh. cum antea legeretur, *in eadem conditione.*—6 Ita Brand. 1. 2. Par. 1. in marg. et omnes Torreniani, cum edd. ante Pighium, qui ex Sus. et Pulm. dederat, *et tamen potuit,* quod habet Par. 1. in textu. Lect. nostram revocavit Torren.—7 Harl. *mulierum duarum alteri sospiti;* Leid. quart. et sext. *mulierum duarum altera mater;* Copes. *mulierum duarum altera sospiti;* quod possit placere: *matrem* enim fuisse ex addito *filio* intelligitur: sic quoque Ven. Mediol. Ascens. sed Aldus *altera mater.'* Torren. Mox complures codd. *facta obvia,* ut in edd. vett. ante Pigh. *in* omittunt vulgg. servant codd. cum Mog. et Ascens.—8 Ultraj. 2. et Mog. *mœsta resideret.* In fine Copes. *consumpserit.*—9 *Sed minus mirum* Ultraj. 1.—10 Ante Pighium fere legebatur *Talva.* Mss. ut in hoc cognomine fluctuant, *Talva, Calva, Thalna* exhibentes; sic plerique *Thalna consul collega*

NOTÆ

[a] *Fulmine ictus*] Duplex de morte Hostilii sententia: alii enim ob neglectam quorundam sacrorum curam cum tota familia conflagrasse volunt; alii ignem ædibus regiis subjectum, sparsumque de fulmine rumorem ab Anco Marcio, cum se Pompilii ex filia nepotem regno privari indignaretur.

* An. M. 3414. Ol. 35. 1. Urb. C. 113. Ant. Ch. 639.

[b] *Exanimata est*] Hoc loco idem valet, quod 'mortua:' quamvis exanimus, ut placet Servio, idem sit, quod mortuus; exanimatus vero idem quod territus: sic enim Virgilius Æn. I. 488. 'Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.' Et Æn. v. 805. 'Exanimata sequens impingeret agmina muris.'

† An. M. 3837. Ol. 140. 4. Urb. C. 536. Ant. Ch. 216.

[c] *Juventius Thalna*] Male a nonnullis vocatur *Helva.*

quam nuper subegerat, sacrificaret, receptis literis decretas ei a senatu supplicationes nuntiantibus, intento illas animo legens, caligine orta, ante foculum collapsus mortuus humi jacuit.‡ Quem quid aliud quam nimio gaudio enectum putemus?[11] En cui Numantia, aut Carthago excidenda traderetur![b]

4. Majoris aliquanto spiritus dux Q. Catulus, Cimbrici triumphi C. Mario[12] particeps a senatu datus; sed exitus violentioris. Namque ab hoc eodem Mario postea propter civiles dissensiones mori jussus, recenti calce[d] illito, multoque igni percalefacto[13] cubiculo se inclusum peremit. Cujus tam dira necessitas maximus Marianæ gloriæ rubor extitit.*

5. Qua tempestate reipublicæ L. quoque Cornelius Merula[e] consularis, et flamen Dialis, ne ludibrio insolentissimis victoribus[14] esset, in Jovis sacrario venis incisis contumeliosæ mortis denuntiationem effugit: sacerdotisque sui sanguine vetustissimi foci maduerunt.†

6. Acer etiam et animosus vitæ exitus Herennii Siculi, quo C. Gracchus,[15] et aruspice, et amico usus fuerat. Nam cum eo nomine in carcerem duceretur, in ejus postem[16] il-

[b] *En virum dignum, cui Numantia, aut Carthago traderetur evertenda, cum tam levi gaudio extinctus sit.*

Tiberii Gracchi consulis iterum; vel omisso duntaxat *iterum.*—11 *Quem . . . putemus* omittit Copes.—12 Optime hoc modo dedit Pighius, cum Ven. Mediol. Ascens. Gryph. Colin. Stephan. expressissent, *cum Mario particeps;* quod video extare in Ald. 1514. cum altera 1534. omittat præpositionem, nec ascribat pronomen *C.* quod tamen Mss. jubent adesse. Solus Barb. prim. *cum Mario.*' Torren.—13 Ita ex multis codd. Torren. edd. antiquiores, *percalfacto.*—14 Leid. 6. *hostibus.*—15 Bitur. 1. *Tib. Gracchus.*—16 Quatuor

NOTÆ

‡ An. M. 3891. Ol. 154. 2. Urb. C. 590. Ant. Ch. 162.

[d] *Recenti calce*] Cum multi peterent a Mario, ut viro clarissimo et gloriæ militaris socio parceret; *moriendum esse* respondit: tum Catulus, vel odore calcis, ut ait Plutarchus, vel ignis haustu, ut scribit Florus, vel hausto veneno, ut placet Augustino, se ludibrio hostium exemit.

* An. M. 3967. Ol. 173. 2. Urb. C. 666. Ant. Ch. 86.

[e] *Cornelius Merula*] Qui, pulso Cinna, Collega Octavio datus est.

† An. M. 3967. Ol. 173. 2. Urb. C. 666. Ant. Ch. 86.

liso capite in ipso ignominiæ aditu concidit, ac spiritum posuit: uno gradu a publico supplicio, manuque carnificis citerior.[c] ‡

7. Consimili impetu mortis C. Licinius Macer,[f] vir prætorius, Calvi pater, repetundarum reus, dum sententiæ dicerentur,[d] [17] [g] in Mænianum[h] conscendit. Siquidem cum M. Ciceronem,[i] qui id judicium cogebat, prætextam ponentem vidisset, misit ad eum qui diceret, se non damnatum, sed reum periisse: nec sua bona hastæ posse subjici. Ac protinus sudario, quod forte in manu habebat, ore et faucibus coarctatis,[18] incluso spiritu pœnam morte præcurrit. Qua cognita re Cicero de eo nihil pronuntiavit.* Igitur illustris ingenii orator,[j] et ab inopia rei familiaris, et a crimine domesticæ damnationis, inusitato paterni fati genere vindicatus est.

[c] *Sicque illius mors uno tantum momento præcessit publicum suppliçium, quod manu carnificis mox passurus erat.*

[d] *Dum sententiæ secernerentur.*

codd. Torren. *poste.*—17 Sic plurimi codd. et edd. vett. quatuor, *ordinarentur;* tres, *darentur;* unus, *dirivarentur;* unus, *diruirentur;* unde Pighius conj. *diriberentur,* idque in textum recepit, sequentibus eum Colero et Delph.—18 Harl. *coarctatus;* quinque alii, *præcucurrit.*—19 Vocem *puerilis,* quam

NOTÆ

‡ An. M. 3933. Ol. 164. 4. Urb. C. 632. Ant. Ch. 120.

[f] *C. Licinius Macer*] De quo ita Cicero in Bruto: 'Fuit patronus propemodum diligentissimus; hujus si mors, si vita, si vultus omnem commendationem non everteret, majus nomen in patronis fuisset: non erat abundans, non inops tamen; non valde nitens, non horrida tamen oratio,' &c.

[g] *Dum sententiæ dicerentur* [*diriberentur*] Ita Pighius; alii *darentur,* vel *ordinarentur,* vel *derivarentur;* melius legeris cum Pighio *diriberentur:* diribere enim est distribuere et secernere; quo verbo sæpe usus est Tullius: unde diribitores dicebantur in judiciis, qui ternas singulis judicibus tabulas distribuebant; unam absolutionis, damnationis alteram, tertiam ampliationis.

[h] *In Mænianum*] Locum judicii; Mænius enim Catoni et Flacco Consulibus ædes suas vendidit, ut ibi judicia exercerentur: et ab ædibus Mænii Mænianus locus dictus est.

[i] *M. Ciceronem*] Qui tum Prætor erat.

* An. M. 3987. Ol. 178. 2. Urb. C. 686. Ant. Ch. 66.

[j] *Illustris ingenii Orator*] C. Licinius Macer Calvus, cujus oratio nimia religione attenuata, doctis et attente audientibus erat illustris: a multitudine autem, et a foro, cui nata elo-

8. Fortis hujus mors: illorum perridicula. Cornelius enim Gallus prætorius, et T. Haterius eques Romanus inter usum puerilis [19] Veneris absumti sunt. Quanquam quorsum attinet eorum cavillari fata, quos non libido sua, sed fragilitatis humanæ ratio abstulit! Fine namque vitæ nostræ variis et occultis causis exposito, interdum, quæ [sunt] immerentia,[20] supremi fati titulum occupant: [e] cum magis in tempus mortis incidant, quam ipsam mortem arcessant.

EXTERNA.

1. Sunt et externæ mortes dignæ annotatu. Qualis in primis Comæ, quem ferunt maximi latronum ducis Cleonis [21] [k] fratrem fuisse. Is enim ad Rupilium consulem Ennam, quam prædones tenuerant, in potestatem nostram redactam,[22] perductus, cum de viribus et conatibus fugitivorum interrogaretur, sumto tempore ad se colligendum, caput operuit; innixusque genibus compresso spiritu, inter ipsas custodum manus, inque conspectu summi imperii, exoptata securitate acquievit.[23] † Torqueant se miseri, quibus extingui, quam superesse utilius est, trepido [24] et anxio

[e] *Interdum quædam, quæ nobis nihil nocuerunt, dicuntur causa mortis nostræ fuisse.*

omnes Mss. et editt. vett. habent, Pighius, solum Cauch. secutus, expunxit, sed Torrenius revocavit. Pro *Haterius* aliquot Torren. *Heterius.*—20 Atreb. et Gembl. *quæ immerentia;* et sic unus Brand. et nonnulli codd. Torren. *quædam immerentia* Camp. et pauci Torren. quod recepit Pigh. *quæ immerentia sunt* Copes.; *quæ sunt immerentia* Brand. alter. et sic Vorst. et Torren. *quæ sunt* non habent Aldd. Colin. Gryph. et Steph. 'Uncis inclusi *sunt*, quod a plurimis abest, et commode subintelligitur.' *Kapp.* Hoc malit delere Parizon.—21 Sic Vet. Mog. Ultraj. 2. et Winck. Proxime abeunt Ultraj. 1. et Camp. in quibus est *Eleonis;* alii codd. cum edd. vett. *Diogenis.* —22 Hoc revocavit Torren. nam Coler. et Vorst. ex uno Dan. dederant, *Enna....redacta;* reliqui codd. *Hennam....redactam.* Paulo post Copes. *nixusque genibus.*—23 Ita restituit Vorst. ex codd. et edd. vett. *quievit* Pigh. Thys. Coler. Delph. Minel. alii.—24 Dan. Ultraj 2. tres Leidd. Harl. et Copes. *intrepido,* unde Coler. *in trepido* disjuncte ut in Mog. Mox unus et alter

NOTÆ

quentia est, devorabatur. Ita Cicero in Bruto.

[k] *Cleonis*] Qui septuaginta servorum millia in Sicilia collegerat. De bello servorum et Rupilio vide lib. II. c. 7. n. 3.

† An. M. 3922. Ol. 162. 1. Urb. C. 621. Ant. Ch. 131.

consilio, quanam ratione vita exeant quærentes: ferrum acuant, venena temperent, laqueos apprehendant, vastas altitudines circumspiciant; tanquam magno apparatu, aut exquisita molitione opus sit, ut corporis atque animi[25] infirmo vinculo cohærens societas dirimatur. Nihil horum Coma; sed intra pectus inclusa[26] anima, finem sui reperit. Enimvero minimo[27] studio retinendum bonum, cujus caduca possessio tam levi afflatu violentiæ concussa dilabi potuit.[f]

2. Æschyli vero poëtæ[1] excessus, quemadmodum non voluntarius, sic propter novitatem casus referendus est. In Sicilia mœnibus urbis, in qua morabatur,[28] egressus aprico in loco[m] resedit. Super quem aquila testudinem ferens, elusa splendore capitis (erat enim capillis vacuum) perinde atque lapidi eam illisit, ut fractæ carne[29] vesceretur. Eoque ictu origo et principium[n] fortioris tragœdiæ extinctum est.[g] ‡

f Enimvero vita non maximo studio conservanda, cum illius caduca possessio tam levi violentia perire potuerit.

g Eoque ictu Æschylus, qui primus tragœdias exhibuit, occisus est.

Torren. *vastas solitudines.*—25 Copes. *anime;* Leid. 6. *animæ.*—26 Dan. *inclausa.* Mox Copes. Leid. 6. et Ultraj. 1. *finem suum.*—27 Ita edd. vett. cum multis codd. et retinuit Pighius; *Non enim nimio* Sus. et Pulm. *Enimvero nimio* unus Brand. *Enimvero in nimio* alter Brand. Harl. Barb. 1. et Leid. 6. sed *in nimio* nihil majus minusve est quam *minimo,* quod miror non vidisse Interpp. 'Mihi *in* ex compendio scribendi ortum videtur pro *non,* legendumque *non nimio.*' Torren. Idem sentit Vorstius: ridicule! scimus enim tale compendium nunquam in membranis extitisse. Hinc patet τὸ *minimo* veram esse lectionem.—28 Copes. et Leidd. 5. 6. *qua morabatur,* deleta præpositione.—29 Barb. 1. *fractæ testudines;* Leid. 2. *fractæ carnes;* Harl. *fracta carne;* Mog. cum Ultraj. 2. et edd. antiq. *fractæ testudinis carne;* sed Vet. cum codd.

NOTÆ

[1] *Æschyli vero poëtæ*] Cyrenæi, qui Athenis poëtico certamine vicies et octies, ex Suida, decies et ter, ex aliis vicerat: at senex a Sophocle etiam tum juvene victus in Siciliam secessit.

[m] *Aprico in loco*] Cum illi prædictum esset ipsum ruina periturum, procul ab urbibus tectisque habitabat.

[n] *Origo et principium*] Hic enim primus tragœdiarum scriptor fuit, quod Horatius in Poëtica: 'Personæ pallæque repertor honestæ Æschylus, et modicis instruxit pulpita tignis, Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.'

‡ An. M. 3590. Ol. 79. 1. Urb. C. 289. Ant. Ch. 463.

3. Non vulgaris etiam Homeri mortis causa fertur:[30] qui in insula,[o] quia quæstionem[p] a piscatoribus propositam solvere non potuisset, dolore absumtus creditur.*

4. Sed atrocius aliquanto Euripides finitus.[h] Ab Archelai[q] enim regis cœna in Macedonia domum hospitalem repetens, canum morsibus[r] laniatus obiit.† Crudelitas fati tanto ingenio non debita.

5. Sicut illi excessus illustrium poëtarum et moribus et operibus indignissimi. Sophocles ultimæ jam senectutis, cum in certamine tragœdiam dixisset,[31] ancipiti sententiarum eventu diu solicitus, aliquando tamen una sententia victor, causam mortis gaudium habuit.‡

6. Philemonem autem vis risus immoderati abstulit. Paratas ei ficus,[32] atque in conspectu positas asello consumente, puerum 'ut illum abigeret,' inclamavit. Qui cum jam comestis[33] omnibus supervenisset, 'Quoniam,' inquit, 'tam tardus fuisti, da nunc merum asello.' Ac protinus

[h] *Sed morte aliquanto crudeliori Euripides periit.*

testudinis omittit.—30 Bitur. 1. *causa refertur.* Deinde pro *propositam*, Vet. cum quatuor codd. *positam.* Mox Bitur. 1. *dolore consumptus.*—31 'Ita scribere placuit Pighio ex cod. Winckeliano. Et habet quoque ita unus cod. Brand. Aldus ediderat: *cum in certamine tragœdiam dimisisset.* Quæ lectio et ipsa non contemnenda. Sequiturque eam alter cod. Brand.' *Vorst.* 'Immo Aldus ediderat: *cum in certamen tragœdiam dimisisset.* Sed Ven. *in certamine*, et sic in pluribus est Mss. nonnulli tamen *dixisset;* Ultraj. sec. *duxisset*, cum Ed. Mog. Insolens tamen mihi videtur *dicere tragœdiam in certamine:* mallem *docuisset;* vel retineo, *in certamen dimisisset.* In Exc. Donac. 'lege *commisisset.*' Torren.—32 Codd. Pighiani, cum Copes. et Leid. 5. 6. *ficus*, quartæ formæ; cf. Juv. Sat. XIV. 253. *Paratas enim ficus* Bitur. 1.—33 Alii *comesis.*

NOTÆ

[o] *In insula*] Ex Samo petens Athenas ad Ion appulit, ubi ex morbo decessit. Ita Herodotus, Strabo, Plut. et Pausanias.

[p] *Quæstionem*] Nonnulli a piscatoribus hoc ipsi ænigma propositum volunt: 'In sylva vado venatum cum cane quino; Quod capio, perdo: quod fugit, hoc habeo.' Sed ex mœrore, quod solvere non potuerit, diem obiisse, mera est fabula.

* An. M. 3143. Ant. Ch. 910.

[q] *Ab Archelai*] Qui Euripidis consilio in omnibus utebatur, eumque regio sumtu sepeliri jussit.

[r] *Canum morsibus*] Immissi dicuntur ab æmulis Poëtis Arridæo Macedone, et Cratena Thessalo.

† An. M. 3648. Ol. 93. 3. Urb. C. 347. Ant. Ch. 405.

urbanitatem dicti crebro anhelitu cachinnorum prosecutus, senile guttur salebris spiritus prægravavit.[i] [34]

7. At Pindarus,[s] cum in gymnasio super gremium pueri, quo unice [35] delectabatur, capite posito quieti se dedisset, non prius decessisse cognitus est, quam gymnasiarcha [36] [t] claudere jam eum locum volente, nequicquam excitaretur.* Cui quidem crediderim eadem benignitate Deorum, et tantum poëticæ facundiæ, et tam placidum vitæ finem attributum.

8. Sicut Anacreonti [u] quoque, quamvis statum humanæ vitæ modum supergresso: quem uvæ passæ succo tenues et exiles virium reliquias foventem [37] unius grani pertinacior in aridis faucibus humor absumsit.

[i] *Interclusit guttur senile vehementiori et crebriori spiritus anhelitu.*

—34 Barb. 1. *salibri spiritu privavit;* Leid. 1. etiam *spiritu;* tres alii *gravavit.* —35 Harl. Barb. 1. et Leid. 6. *quo unico.* Mox Donac. *capite inclinato.*— 36 Brand. 1. 2. *gymnasiarcho.* Cf. IX. 10. Ext. 2.—37 Hoc a Pighio est, quem omnes alii secuti sunt. 'Bit. prim. *quem vix statum;* Leid. quart. *quamvis tantum;* Leid. quint. *quem iste statum;* Ultraj. sec. et Mog. *quem bis statum;* Ceteri, *quem bis tantum.* Sed omnes scripti, *supergressum* retinent, hoc modo: *humanæ vitæ supergressum, dum uvæ passæ, &c. vires foveret:* in quibus Pighius etiam *dum foveret,* mutavit in, *quem foventem,* ut *absumsit* videlicet haberet suum accusativum. Ultraj. prim. *dum* omittit, et habet *foventem.* Ceterum non satis intelligo, quem locum hic possit habere conjunctio adversativa *quamvis.* Quid enim illud est? *benignitate Deorum tam placidum vitæ finem attributum Anacreonti, quamvis supergresso humanæ vitæ modum:* an ideo durior ergo et miserabilior finis tribuendus erat? Quid si legamus? *sicut Anacreonti quoque, quem destinatum humanæ vitæ modum supergressum, dum uvæ passæ succo tenues et exiles virium reliquias foveret;* ut corruptio orta sit ex eo, quod *distinatum,* scriptum invenerit fortasse, pro *destinatum,* ut *de* et *di* in compositis subinde fuerunt confusa.' *Torren.* 'Ego non dubito, quin Valerius scripserit: *quem bis....supergressum, dum....foveret,* i. e. Qui cum ad summam jam pervenisset senectutem, et vitæ humanæ terminos longe jam supergressus esset, tamen tandem insuetato mortis genere periit, dum succo uvæ passæ exiles res fovere vellet.' *Kapp.* Paulo post pro *grani* Perizon. malit,

NOTÆ

‡ An. M. 3648. Ol. 93. 3. Urb. C. 347. Ant. Ch. 405.

[s] *Pindarus*] Lyricus Poëta Æschyli æqualis, cujus domum diruì vetuit Alexander, dum Thebas evertit.

[t] *Gymnasiarcha*] Gymnasii princeps, cujus erat peractis ludis spectatores deducere foras, locumque claudere.

* An. M. 3590. Ol. 79. 1. Urb. C. 289. Ant. Ch. 463.

[u] *Anacreonti*] Poëtæ Lyrico, ex Teio Ionica civitate: in honore fuit apud Polycratem Samiorum tyrannum.

9. Jungam illos,[38] quos et propositum et exitus pares fecit. Milo Crotoniates, cum iter faciens quercum in agro cuneis adactis[v] fissam vidisset, fretus viribus, accessit ad eam, insertisque manibus divellere conatus est: quas arbor excussis cuneis in suam naturam revocata compressit, eumque cum tot gymnicis[w] palmis lacerandum feris præbuit.†

10. Item Polydamas[39] [x] athleta tempestate speluncam subire coactus, nimio et subito incursu aquæ labefacta ea ac ruente, ceteris comitibus fuga periculum vitantibus, solus restitit, tanquam humeris suis totius ruinæ molem sustentaturus. Sed pondere omni corpore humano potentiore pressus; imbris [causa][40] petitam latebram, dementis fati sepulcrum habuit. Possunt hi præbere documentum, nimio robore membrorum, vigorem mentis hebescere, quasi abnuente natura utriusque boni largitionem: ne supra mortalem sit felicitatem, eundem et valentissimum esse, et sapientissimum.

acini; nam in grano non est humor. Pro *humor* nonnulli *huror;* forte *hæror* ab hærendo, inquit Barthius.—38 *Jungam et illos* Copes. probante Perizonio. —39 *Polidamas* in aliquot codd. Mox *labefactata ea* Bitur. 1. Paulo post *periculum vitantibus egressis* Copes. Bitur. 1. Leidd. 4. 5. 6. Ultraj. 1. 2. et Douac. quod non omnino damnat Torren. aliter sentit Kappius.—40 'Sic Pighius aliique. Aldus *imbribus*, i. e. cum imbres essent, omisso *causa*. Decem Mss. Vet. Mog. et Lips. *imbris*, quod ego pro *imbribus* dictum existimo, sicut *poëmatis* pro *poëmatibus*, *&c.* Quare etiam *causa* uncis inclusi.' *Kapp.*

NOTÆ

[v] *Cuneis adactis*] Idem quidem refert Pausanias: cuneorum non meminit Gellius; arborem patulis ramis fuisse scribit.

[w] *Tot gymnicis*] Palmas Olympias sex, Pythicas totidem adeptus est, ex Pausania et Suida: malum tenenti digitis, nemo poterat extorquere; dum in disco constitisset, nemo vestigio dimovere. In Olympico certamine dicitur bovem per stadium portasse, deinde pugno interfecisse, eumque uno die devorasse.

† An. M. 3540. Ol. 66. 3. Urb. C. 239. Ant. Ch. 513.

[x] *Polydamas*] Leonem inermis amplexus superasse fertur; currumque agitatum, quoties apprehendit dextera, retinuisse.

CAP. XIII.

DE CUPIDITATE VITÆ.

1 M. Aquillii legati consularis.
2 Cn. Carbonis Cos. 3.
3 D. Junii Bruti procos.

EXTERNORUM.
1 Xerxis Persarum regis.
2 Masinissæ Numidiæ regis.
3 Alexandri Phæreorum regis.
4 Dionysii Siciliæ tyranni.

VERUM quia excessus e vita et fortuitos, et viriles, quosdam etiam temerarios, oratione attigimus, subjiciamus nunc æstimationi enerves et effœminatos: ut ipsa comparatione pateat, quanto non solum fortior, sed etiam sapientior mortis interdum, quam vitæ sit cupiditas.

1. M'.[1] [a] Aquillius, cum sibi gloriose extingui posset, Mithridati maluit turpiter servire. Quem ne aliquis merito [2] dixerit Pontico supplicio, quam Romano imperio digniorem? quoniam commisit, ut privatum opprobrium publicus rubor existeret.[a] *

[a] *Quoniam commisit, ut privatum, quod passus est, opprobrium, dedecus esset totius Reipublicæ, cujus legatus erat.*

1 *M.* vel *Marcus* in edd. vett. et plerisque codd. Pighius tamen *M'. Aquillius* ex Camp. Winck. et aliis. *M. Aquilius* Torren. Mox pro *extingui,* quod ex iisdem codd. scripsit Pighius, edd. vett. habent, *mortem consciscere;* Ald. Chalc. Colin. Gryph. et Steph. hoc ordine: *gloriose mortem consciscere posset;* Herbip. autem: *cum mortem consciscere sibi gloriose posset;* Harl. Par. 1. 2. Bitur. 1. Leidd. 1. 2. 5. et Douac. 1. 2. *cum sibi m. c. g. posset:* Torrenius edidit hoc ordine: *cum s. e. g. posset.* Ceteri codd. ut in textu.—2 Ita ex codd. Pighius; unde Perizon. *Quem næ aliquis merito;* Brand. 1. 2. et Herbip. *Quem non aliquis merito;* Copes. *Quem aliquis non immerito;* Perizon. etiam conj. *Quem nonne aliquis merito;* Harl. Par. 2. Bitur. 1. Ultraj. 1. 2. et Leid. 4. *Quem non aliquis immerito;* Par. 1. *Quem aliquis merito;* Barb. 1. *Quem*

NOTÆ

[a] *M'. Aquillius*] M. Aquilius, L. Cassius, et Q. Oppius in Asiam missi, ut pulsos a Mithridate Nicomedem et Ariobarzanem in regna sua reducerent at eorum hortatu in Mithridatis ditionem cum Nicomedes irrupisset, inde bellum ingens conflatum est; collectis utrimque copiis, prælioque commisso victi Romani: Cassius Apameam fugit; Oppius a Laodicensibus proditus; captus in fuga Aquilius: in asino per Asiam circumvectus, donec aurum liquatum in os ejus infusum est. Hæc multis Appianus.

* An. M. 3965. Ol. 172. 4. Urb. C.

2. Cn. quoque Carbo[b] magnæ[3] verecundiæ est Latinis annalibus. Tertio[4] in consulatu suo jussu Pompeii in Sicilia ad supplicium ductus, petiit a militibus demisse et flebiliter, ut sibi alvum levare, priusquam expiraret, liceret; quo miserrimæ lucis usu diutius frueretur: eo usque moram trahens,[5] donec caput ejus sordido in loco sedentis abscideretur.† Ipsa verba tale flagitium narrantis secum luctantur; nec silentio amica, quia occultari non merentur:[6] nec relationi familiaria, quia dictu fastidienda sunt.

3. Quid? Brutus exiguum et infelix momentum vitæ quanto dedecore emit! Qui a Furio,[7] quem ad eum occidendum Antonius miserat, comprehensus, non solum cervicem gladio subtraxit, verum etiam[8] constantius eam præbere admonitus, ipsis his verbis juravit: 'Ita vivam, dabo.'[9 c] ‡ O fati cunctationem ærumnosam![10] O jurandi

[b] *Ipsa verba tantam ignaviam narrantis secum pugnare videntur: nec enim amica sunt silentio, quia non merentur occultari; nec etiam referenda sunt, quia pudet talia dicere.*

non quis merito; Kappius malit, *Quem quis non immerito.*—3 Copes. *magnitudine;* unde Perizon. *magnitudine sua.*—4 *Qui tertio, &c.* Pighius; sed *Qui* deest in codd. Paulo post pro *petiit,* aliquot *petit;* Torren. conj. *petens:* pro *miserrimæ* Bitur. 1. *miserimo* exhibet.—5 Pigh. ex codd. *eoque m. traxit;* sed Brand. 1. 2. cum tredecim codd. Torren. et edd. vett. *eoque m. trahens;* quod Torrenio placet, ut constructio sit: *Carbo ductus ad supplicium est verecundiæ Latinis Annalibus petens ut sibi alvum levare liceret, et eo* (levando alvum) *moram trahens, donec, &c.* Mox *abscinderetur* Pighius, Coler. et Thys. *sordide in loco* Steph. contra codd. et edd. vett.—6 Torrenius conj. *meretur,* sc. flagitium. Mox Pigh. et Coler. *relatione;* sed multi codd. et edd. vett. *relationi.*—7 Ita codd. et edd. vett. et reposuit Torren. cum Pigh. aliique dedissent, *Nam a Furio.*—8 Ita Pigh. cum codd. in aliis, *sed etiam;* vel, *sed et,* ut in edd. plerisque.—9 Ed. Thysii, *Ita ut vivam dabo,* et ita edd. ante Pighium. Guyetus mallet, *Ita vivam ut dabo.* Edd. aliæ, *Ita vivam dabo:* item Latin. Latinius. 'Adest *ut* in Bit. prim. Leid. quint. et Ultraj. sec. Sed Gudius hic *dabo* delendum esse ex Mss. monet ad Phæd. IV. 1. ubi vereor, ne *dabo* scripserit pro *ut;* nam de *dabo,* nihil addidit, nisi illud esse in marg. Barb. secundi: mei certe retinent, et retinendum omnino est. Barthius legit, *Ita vivam ut dabo.*' Torren.—10 Nonnulli Mss. omittunt interjectionem. Paris. prim.

NOTÆ

664. Ant. Ch. 88.

[b] *Carbo*] Ter Consul. Vide lib. V. c. 3. et lib. VI. c. 2. De morte Bruti lib. VI. c. 2.

† An. M. 3972. Ol. 174. 3. Urb. C. 671. Ant. Ch. 81.

[c] *Ita* [*ut*] *vivam dabo*] Ita legit Pighius; Colerus vero, *Ita vivam dabo.*

‡ An. M. 4011. Ol. 184. 2. Urb. C. 710. Ant. Ch. 42.

stolidam fidem! Sed hos tu furores immoderata retinendi spiritus dulcedo subjicis, sanæ rationis modum expugnando,[11] quæ vitam diligere, mortem non timere præcepit.

EXTERNA.

1. Eadem Xerxem regem pro totius Asiæ armata juventute,[d] quod intra centum annos esset obitura, profundere lacrymas coëgisti.* Qui mihi specie alienam,[12] revera suam conditionem deplorasse videtur: opum magnitudine, quam altiore animi sensu felicior. Quis enim mediocriter prudens mortalem se natum fleverit?

2. Referam[13] nunc eos, quibus aliquos suspectos habentibus exquisitior sui custodia quæsita est. Nec a miserrimo, sed ab eo, qui inter paucos felicissimus fuisse creditur, incipiam. Masinissa rex, parum[14] fidei in pectoribus hominum reponens, salutem suam custodia canum vallavit.† Quo tam late patens imperium? quo tantus liberorum numerus? quo denique tam arcta benevolentia constricta Romana amicitia,[15] si ad hæc tuenda nihil canino latratu ac morsu valentius duxit?

fati cunctatione ærumnosus; Par. sec. *cunctatione fati ærumnosam;* Bit. prim. *objurgandi.*—11 Harl. Bitur. 1. et Barb. 1. *modum inclinando;* et sic Barb. 2. pro v. l. Paulo post aliquot codd. Torren. *præcipit;* Colin. Gryph. et Steph. *præcipis.*—12 'Sic legendum esse assentior Pighio; non *specie aliena*, ut antiquiores typis expressi habent. Reperit Pighius in Mss. *speciem alienam:* quomodo et in uno cod. Brand. scriptum fuisse videtur. Unde genuinam lectionem proclive est odorari.' *Vorst.* Nonnulli codd. *spem alienam;* Par. 1. *specie alienam.* Ante Pigh. legebatur: *in specie aliena:* Vet. *spem aliena;* Mog. *specie aliena.*—13 Vet. aliæque cum Mss. hoc loco novum caput incipiunt hoc titulo: *Quam exquisita custodia usi sint, quibus suspecti domestici fuere.* Pro *eos* Perizon. legit *alios;* et sic Bitur. 1.—14 *Massinissa rex Numidarum, et pop. Rom. amicissimus, parum, &c.* Barb. 1. cum Aldd. Colin. Gryph. et Steph. alii codd. cum Vet. Mog. et Venett. ut edidit Pigh. *M. rex, parum, &c.*—15 Ita plerique Mss. viri tamen docti malint casum quartum, quem libri quidam præferunt: *tantum....numerum....constrictam Romanam amicitiam.*—

NOTÆ

[d] *Armata juventute*] Ubi venit Abydum Xerxes, conspicatus Hellespontum obductum navibus, omniaque littora armato obsessa milite; primum beatum se dixit, tum lacrymatus est. Artabano tam subiti doloris causam quærenti, 'Reputantem me,' inquit, 'quam brevis est humana vita, subiit horum miseratio, quorum nemo ad centesimum annum supererit.'

* An. M. 3573. Ol. 74. 4. Urb. C. 272. Ant. Ch. 480.

† An. M. 3898. Ol. 156. 1. Urb. C. 597. Ant. Ch. 155.

3. Hoc rege infelicior[16] Alexander:[e] cujus præcordia hinc amor, hinc metus torserunt. Nam cum infinito ardore[17] conjugis Thebes teneretur, ad eandem ex epulis in cubiculum veniens, barbarum compunctum notis Threiciis[18] stricto gladio jubebat anteire: nec prius se ibidem[19] lecto committebat, quam a stipatoribus diligenter esset scrutatus.‡ Supplicium irato Deorum numine compositum, neque libidini, neque timori posse imperare. Cujus timori eadem et causa, et finis fuit. Alexandrum enim Thebe pellicatus ira mota interemit.

4. Age, Dionysius Syracusanorum tyrannus hujusce tormenti[20] quam longa fabula! qui duodequadraginta[f] annorum dominationem in hunc modum peregit. Summotis amicis in eorum locum ferocissimarum gentium homines, et a familiis locupletum electos prævalidos servos, quibus latera sua committeret, substituit:[21] tonsorumque metu, tondere filias suas docuit. Quarum ipsarum, postquam adultæ ætati appropinquabant, manibus ferrum non ausus committere, instituit, ut candentium juglandium[g] putaminibus[22] barbam sibi et capillum adurerent.* Nec secu-

16 Heins. ad Ovid. Trist. IV. 1. 21. (ed. nostræ p. 4008.) ex codd. suis legit: *Hoc rege inferior.*—17 Copes. et Leid. 5. *infinito amore.*—18 *Thracis* Colmar. et nonnulli codd. Torren. *Thraciis*, vel *Thracis* in aliis ejusdem, et Brand. 1. 2. *Tracis* alii etiam Torren. *Thraiciis* codd. Heins. quem vide ad Ovid. l. c. —19 Ita Pighius; *idem* in octo Torren. et edd. vett. *eidem* Leid. 6.—20 Bit. Barb. prim. Cop. *hujuscemodi tormenti.* Ultraj. prim. *quam longam fabulam.* Mox Bit. prim. *duorum et quadraginta;* Leid. quint. *duorum ex quadraginta.*—21 Pigh. Lips. et Coler. *substitit;* nonnulli codd. cum Vet. *substinuit.* Mox *tonsorum quoque* Vorst. et Torren. ex Brand. 1. 2. et undecim aliis, cum Aldd. Colin. Gryph. et Steph. in quibus quatuor edd. etiam *edocuit, quarum ipsarum, postquam, &c.* Pighius *ipsarum* expunxit, eumque secuti sunt Coler. et Vorst. revocavit Torren. secundum codd. tredecim.—22 Ita Pigh. ex Cicerone: Aldus vero: *juglandium aut nucum putaminibus;* Dan. *nucum juglandium;* Vorst-

NOTÆ

[e] *Alexander*] Pheræus, a Pheræa civitate, ubi imperabat: unde in Thessalos omnes summam potestatem sibi vindicavit.

‡ An. M. 3692. Ol. 104. 3. Urb. C. 391. Ant. Ch. 361.

[f] *Duodequadraginta*] Hic locus tantum non ad verbum ex Cicerone Tusc. lib. v. desumtus est.

[g] *Juglandium*] Sive a juvando et glande, ut videtur Nonio; sive, ut vult Gravius Bassus, a Jove et glande, quasi Jovis glans, juglans dicatur: illius certe putamina, eo quod pinguia

riorem maritum [23] egit, quam patrem. Duarum enim eodem tempore Aristomaches [24] Syracusanæ, et Locrensis Doridis matrimoniis illigatus, neutrius unquam, nisi excussæ, complexum petiit. Atque etiam cubicularem lectum, perinde quasi castra, lata fossa cinxit: in quem se ligneo ponte recipiebat, cum forem cubiculi extrinsecus a [25] custodibus opertam, interiorem claustro ipse diligenter obserasset.

ius ex uno Brand. proposuit: *juglandium nucum putaminibus.* 'Quod Aldus edidit, est etiam in Mog. et Ascens. Sed Ven. et Mediol. habent: *candentium glandium aut nucum;* quod est in Paris. prim. Bit. Barb. prim. Leid. quart. et utroque Ultraj. Harl. vero *vigladium muicupatam manibus barbam;* Cop. et Leid. sext. *ut candentium vi carbonum non captam manibus barbam;* Paris. sec. *ut candenti gladio non captam manibus barbam.* Non valde abhorreo a Vorstii conjectura. Vide Macrob. Sat. II. 14. quem citavit Oliverius.' Torren.—23 Leidd. quart. quint. et Ultraj. sec. *securiorem se maritum:* pronomen expunxit Pighius, quod servant Editiones ante ipsum curatæ.—24 Codd. variant: *Aristomachis, Aristomacles, Aristomadis, Aristonidis, Aristomaches* quod postremum verum esse ex Plutarcho et Diodoro Schefferus monuit; item *Doridis* hic legendum esse. Quod observavit etiam Davis. ad Cic. Tusc. v. 20. Neque aliter habent Mss.' *Torren.* Ita etiam Brand. 1. 2. et edd. vett. Pighius, Thys. alii *Chloridis.*—25 Dan. delet præpositionem, probante Colero. Mox *interiore claustro* legit Guy. quod extat in Ultraj. 2.

NOTÆ

sint, et facile incenduntur, et tenuem calorem latamque flammam emittunt.

* An. M. 3666. Ol. 98. 1. Urb. C. 365. Ant. Ch. 387.

CAP. XIV.

DE SIMILITUDINE FORMÆ.

1 Cn. Pompeii Magni cum Vibio et Publicio.
2 Cn. Pompeii Strabonis cum Menogene coquo.
3 P. Scipionis Nasicæ cum Serapione victimario.
4 P. Lentuli et Q. Metelli Coss. cum Spinthere et Pamphilo histrionibus.
5 M. Messalliæ et C. Curionis cum Menogene et Burbuleo scenicis.

EXTERNORUM.

1 Antiochi regis Syriæ cum Artemone quodam.
2 Hybreæ oratoris cum servo Cymæorum publico.
3 Siculi piscatoris cum prætore Romano.

De similitudine autem oris, et totius corporis, altiore doctrina præditi subtilius disputant: eorumque alii in ea sunt opinione, ut existiment illam origini, et contextui sanguinis respondere. Nec parvum argumentum ex ceteris animalibus trahunt, quæ fere gignentibus similia nascuntur. Alii negant certam [1] hanc esse naturæ legem, sed species mortalium, prout fortuita sors conceptionis obtulit, attribui: atque ideo plerumque ex speciosis deformes, et ex robustis invalidos partus edi.[2] Verum quoniam ista quæstio in ambiguo versatur, pauca inter alienos conspectæ similitudinis exempla referemus.[a]

1. Magno Pompeio Vibius[3] ingenuæ stirpis,[a] et Publicius libertinus ita similes fuerunt, ut permutato statu, et Pompeius in illis, et illi in Pompeio salutari possent. Certe quocumque aut Vibius, aut Publicius accesserant, ora hominum in se obvertebant, unoquoque speciem am-

[a] *Referemus pauca exempla perfectæ similitudinis inter homines diversi sanguinis et generis.*

1 Donac. *certissimam.* Paulo post Pighius conj. *conceptioni*, invitis codd.— 2 Octo codd. Torren. cum Vet. Mog. et Venett. *deformis, et....invalidus p. editur.*—3 Pauculi *Junius*, item *Vinius.*—4 Tres codd. Torren. *hujuscemodi;*

NOTÆ

[a] *Ingenuæ stirpis*] Ex humili loco natus, testibus Plinio et Solino.

plissimi civis in personis mediocribus annotante. Quod quidem fortuitum ludibrium quasi hæreditarium ad eum penetravit.*

2. Nam pater quoque ejus[b] eo usque Menogenis, coci sui, similis esse visus est, ut vir, et ferox animo et præpotens armis sordidum ejus nomen repellere a se non valuerit.†

3. Eximiæ vero nobilitatis adolescens Cornelius Scipio,[c] cum plurimis et clarissimis familiæ suæ cognominibus abundaret, in servilem Serapionis appellationem vulgi sermone impactus est,[b] quod hujusce[4] nominis victimario quam similis erat. Nec illi aut morum probitas, aut respectus tot imaginum, quo minus hac contumelia aspergeretur, opitulata sunt.[5] ‡

4. Generosissimum consulatus collegium[6] Lentuli et Metelli[d] fuit: qui ambo in scena propter similitudinem histrionum propemodum spectati sunt. Sed alter ex quodam secundarum[7] cognomen Spintheris traxit: alter, nisi Ne-

[b] *Populi sermone ille servi Serapionis nomen habuit.*

Bitur. 1. *hujusce hominis victimarii;* Ultraj. 1. etiam, *victimarii.* Mox aliquot codd. cum Aldd. Colin. Gryph. et Steph. omittunt *quam;* Ascens. habet *persimilis erat:* Leid. 5. et Barb. 1. *victimario consimilis erat.*—5 'Pro *opituluta est,* nonnulli *opitulata sunt.* Perizonius rogabat, an τὸ *est* delendum esset; nempe quia *opitulata est* incommode refertur ad prius *morum probitas:* malui itaque *sunt.*' Torren.—6 Ita Pighius ex Mss. nec aliter unus Brand. et Ultr. uterque. Alii: *Generosissimus consulatus collegio;* quod magis placet Gronovio, qui tamen ex vett. editt. ac Mss. melioribus legendum putat *Generosissimus consulatus, collegium,* atque ita clare Vet. Mox Barthius legit, *in scena prope histrionum modo spectati sunt,* i. e. æque ac histriones.—7 Edd. ante Pigh. *asseclurum;* Pighius mox delet *traxit,* et pro *retiarii,* ut in edd. vett. et plerisque codd. reposuit nostrum, *tertiarum.* Pro *a moribus,* Perizon. conj. *a majoribus.*

NOTÆ

* An. M. 3996. Ol. 180. 3. Urb. C. 695. Ant. Ch. 57.

[b] *Pater quoque ejus*] Pompeius Strabo: unde coquus ille Monogenes Strabo vulgo dicebatur.

† An. M. 3965. Ol. 172. 4. Urb. C. 664. Ant. Ch. 88.

[c] *Cornelius Scipio*] Nasica, cui Serapionis nomen, non a plebe, sed a Curiatio Tribuno plebis inditum est, uti diximus.

‡ An. M. 3916. Ol. 160. 3. Urb. C. 615. Ant. Ch. 137.

[d] *Lentuli et Metelli*] P. Lentulus Spinther, et Q. Metellus Nepos, quibus Consulibus Cicero restitutus est: ille Ciliciam, hic Hispaniam citeriorem a Consulatu obtinuit.

potis a moribus[e] accepisset, Pamphili tertiarum, cui simillimus esse ferebatur, habuisset.*

5. At M. Messalla[f] † consularis et censorius, Menogenis: Curioque[g] ‡ omnibus honoribus abundans, Burbuleii: ille propter oris aspectum, hic propter parem corporis motum, uterque scenici nomen coactus est recipere.

EXTERNA.

1. Abunde sint hæc de domesticis, quoniam et personis sunt excellentia, et non obscura notitia celebrantur. Regi Antiocho unus ex æqualibus, et ipse regiæ[8] stirpis,[h] nomine Artemon, perquam similis fuisse traditur. Quem Laodice uxor Antiochi,[i] interfecto viro, dissimulandi sceleris gratia, in lectulo perinde quasi ipsum regem ægrum collocavit. Admissumque universum populum et sermone ejus et vultu consimili fefellit: crediderunt que homines[9] ab Antiocho moriente Laodicen et natos ejus sibi commendari.

2. Hybream autem Mylasenum,[10] [j] copiosæ atque con-

Deinde Copes. *cujus s. e. fatebatur.*—8 Bitur. 1. *egregiæ:* forte *e plebe,* deleto *τῷ stirpis,* ut apud Plin. Silent tamen Interpp. Mox plures codd. *Arthemo;* panculi eum edd. vett. *Artenio.*—9 Barthius legit: *crediderunt que omnes.*—10 Ita Pighius; *Hybreantem a. Milasenum* unus Brand. *Hybreanta a. Milas* in altero. Vulgo legebatur, *Hibream a. Mylaium;* sed plerique codd. habent, *Hibreanta autem Milapium;* Harl. *Hiberanta autem;* Leid. quart. et Ultraj. sec. *Hibreantem autem;* Ultraj. prim. *Hibreantem,* deleto *autem.* Unde erroris origo

NOTÆ

[e] *Nepotis a moribus*] Suspicatur Colerus legendum esse *a majoribus.* Quæ scriptura, ut mihi quidem videtur, vera est et germana: illius enim pater fuit Q. Metellus Nepos, Balearici filius, cui Nepotis nomen adhæsit, quod Q. Metelli Macedonici nepos esset, ut tradit Asconius.

* An. M. 3997. Ol. 180. 4. Urb. C. 696. Ant. Ch. 56.

[f] *Messalla*] M. Valerius Messalla cognomento Niger, qui cum M. Calphurnio Pisone Consul fuit anno 693.

† An. U. C. 692.

[g] *Curio*] M. Scribonius Curio, illius pater, qui Tribunus plebis ad Cæsarem fugit, et periit in Africa.

‡ An. U. C. 677.

[h] *Et ipse regiæ stirpis*] Artemon ignobili loco natus dicitur a Solino.

[i] *Laodice uxor Antiochi*] Dei, qui duas sorores Laodicen et Beronicen Philadelphi filias duxit, ut diximus supra, hoc libro cap. 10. quem locum consule.

[j] *Hybream autem Mylasenum*] Mylasa urbs est Cariæ Plinio, &c.

citatæ facundiæ oratorem, Cymæorum [11] [k] servo strigmenta gymnasii colligenti,[c] tam similem, ut tantum non germanum fratrem totius Asiæ oculi assignarent. Ita lineamentis oris, et omnium membrorum compares erant.*

3. Ille vero, quem in Sicilia prætoris [12] admodum similem fuisse constat, petulantis fuit animi. Proconsule enim dicente, 'mirari se quapropter sui tam similis [13] esset, cum pater suus in eam provinciam nunquam accessisset:' 'At meus,' inquit, 'Romam frequenter accessit.' [14] Joco namque lacessitam matris suæ pudicitiam, invicem suspicione in matrem ejus rejecta,[15] audacius, quam virgis et securibus subjecto conveniebat, ultus est.

[c] *Gymnicorum servo sordes ex Athletarum corporibus extersas colligenti.*

cognoscitur. *Hybream* enim vocat Strabo.—11 'Ita Pighius restituit h. l. Et confirmant lect. eam codd. Brand. Aldus ediderat *Gymnicorum servo stramenta gymn. coll.* Κύμη Æolidis urbs, ut ex Stephano de urbibus constat.' *Vorst.* 'Codd. septem habent *stragmenta;* Paris. prim. Copes. et Leid. sext. *strigmenta;* Ultraj. sec. *striomenta;* Mog. *strigmenta;* Ven. *stragmenta.* Præterea Leid. prim. pro *Gymnicorum, Comeorum* exhibet; Harl. Barb. prim. et Cop. *Cynicorum;* Leid. quint. et Ultraj. prim. *Cimeorum;* Ultraj. sec. *Cimieorum;* Mog. *Cumeorum.* Unde *Cymæorum* recte a Pighio emendatum esse merito statuas.' *Torren.* Mox, *tam similem ferunt, ut tanquam germanum, &c.* edd. vett. 'At Pighius et *ferunt* et *tanquam* expunxit; quod ita in Mss. reperiret: et pro *assignarent* scripsit *assignarunt:* non recte meo judicio; quia præcedit *ut.* Colerus ex Dan. pro *tanquam* reposuit *tantum non.* A Codd. Brand. abest τὸ *ferunt.* Idemque præterea nec *tam similem* habent.' *Vorst.* 'Gronov. ad Liv. IV. 2. legit: *Hybrean Mylasenum, &c. Cymæorum servo strigmenta Gymnasii colligenti tantum non Germanum fratrem totius Asiæ oculi assignarunt.* Idque recte factum judicat Perizonius. Mog. *tam similem ferunt ut tamquam,* omittit cum Paris. prim. et Ultraj. sec. sed Ultraj. prim. solum retinet *tanquam.* Paris. sec. Barb. prim. *tam similem et tantum non;* Bit. prim. *tam similem ut Germanum fertrem;* Copes. *tantum similem ferunt, ut, &c. assignarunt. Assignarunt* etiam Paris. prim. Leid. prim. sext. et uterque Ultraj. Possis credere ab auctore scriptum: *tam similem ferunt, ut germanum fratrem totius Asiæ oculi assignarint.* In Exc. Douac. ascribitur: '*tam similem ferunt ut,* glossema sunt.' *Torren.*—12 Par. 1. Leid. 4. et Ultraj. 1. *proconsuli.* Mox *fuit* adjectum est a Pighio, omissum in Mss. septem: servant tamen reliqui cum Mog.—13 'Pro *sui tam similis,* Par. 1. *sibi.*' Torren. Forte voluit, *sibi* pro *sui.*—14 Barthius delet *accessit.*—15 'In quibusdam codd. pro *rejecta* est

NOTÆ.

[k] *Cymæorum* [*Gymnicorum*] Pighius in hoc verbum mendum irrepsisse putat, et *Cymæorum* legendum censet; ego *Gymnicorum* repono: quid enim opus est immutare verbum, cum clara est sententia?

* An. M. 3807. Ol. 133. 2. Urb. C. 506. Ant. Ch. 246.

regesta: id quod Colero magis placet. Sic enim Ausonium dicere 'regerere verbera;' Quintilianum 'regerere invidiam.' *Vorst.* *regesta* habet Cop. Leid. sext. et Barb. sec. *regesta* et pro v. l. *rejecta.* Mox Bitur. 1. omittit *subjecto;* reliqui fere hoc ordine: *quam subjecto v. et s. conveniebat, &c.*

CAP. XV.

DE HIS QUI PER MENDACIUM SE IN ALIENAS FAMILIAS INSERUERUNT.[1]

1 Herophilus medicus equarius.
2 Octaviæ sororis Aug. falsus filius.
3 Q. Sertorii falsus filius.
4 Trebellius Calca.
5 Cn. Asinius Dio falsus.

EXTERNI.

1 Rubria Mediolanensis falsa.
2 Ariarathes Cappadociæ rex falsus.

Sed tolerabilis hæc, et uni tantummodo anceps temeritas. Quod sequitur impudentiæ genus, nec ferendum ullo modo: periculique tum privatim, tum etiam publice late patentis.

1. Nam, ut[2] Equitium[a] Firmo Piceno monstrum veniens, relatum jam in hujusce libri superiore parte, præteream; cujus in amplectendo Ti. Graccho patre, evidens mendacium, turbulento vulgi errore, amplissima tribunatus potestate vallatum est: Herophilus[b] equarius medicus C. Marium septies consulem avum sibi vindicando ita se extulit, ut coloniæ veteranorum complures, et municipia splendida, collegiaque fere omnia patronum adoptarent.* Quin etiam cum C. Cæsar, Cn. Pompeio adolescente in

1 Vet. *De his, qui infimo loco nati mendacio se clarissimis familiis inserere conati sunt;* et sic fere Aldd. Colin. Gryph. et Steph.—2 Pigh. Coler. Thys. et Vorst. *Nam ne,* contra codd. et edd. vett. Mox Dan. *Formo;* Levern. *Furno,* ut in Bitur. 1. Leid. 4. et Ultraj. 1. *Furnio* Ultraj. 2. *Firmo* in aliis

NOTÆ

[a] *Equitium*] Lege quæ diximus lib. III. cap. 2. num. 18.

[b] *Herophilus*] Qui Herophili illius præter Valerium meminerit, legi neminem. Cneius Pompeius Magni filius ad Mundam victus est.

Hispania oppresso, populum in hortis suis admisisset, proximo intercolumnio pæne pari studio frequentiæ [3] salutatus est.[a] Quod nisi divinæ Cæsaris vires huic erubescendæ procellæ obstitissent, simile vulnus respublica excepisset, atque in Equitio acceperat. Ceterum decreto ejus extra Italiam relegatus, postquam ille cœlo receptus est, in urbem rediit, et consilium interficiendi senatus capere sustinuit. Quo nomine jussu patrum necatus in carcere, seras promti animi ad omne moliendum scelus pœnas pependit.†

2. Nec Divi quidem Augusti etiamnum terras regentis excellentissimum numen ab hoc injuriæ genere intentatum. Extitit enim, qui [4] ‘ clarissimæ ac sanctissimæ sororis ejus Octaviæ [c] utero se genitum ’ fingere auderet: ‘ propter summam autem imbecillitatem [5] corporis, ab eo, cui datus erat, perinde atque ipsius filium retentum, subjecto in locum suum proprio filio ’ diceret: videlicet, ut eodem tempore sanctissimi penates, et veri sanguinis memoria spoliarentur, et falsi sordida contagione inquinarentur. Sed dum plenis impudentiæ velis, ad summum audaciæ gradum fertur,[6] imperio Augusti remo publicæ triremis affixus.[b] ‡

[a] *In proximo spatio inter duas columnas patenti fere pari populi frequentia salutatus est.*

[b] *Sed dum omni animi impetu fertur ad summum audaciæ gradum, jussu Augusti ad triremes publicas damnatus est.*

codd.—3 ‘ Forte *studio et frequentia.*’ Perizon. ‘ *Pari studio frequentiæ,* retinent Mss. omnes: bene vero Pighius, quod rescripsit *in hortis suis;* sic enim Mss. non ut vulgo circumferebatur *in hortos suos.*’ Torren.—4 Edd. vett. *intentatum ab hoc genere injuriæ extitit, cum quidam, &c.* ‘ Plerique Mss. omittunt *cum,* et pro *quidam, qui* exhibent: non omnes tamen. Rectius utique uterque Ultraj. Leid. quart. quint. et Mog. *intentatum. Extitit enim, qui, &c.* quod reposui.’ *Torren.* Pro *intentatum* Vet. *interpretatum.* Deinde in omnibus codd. et edd. vett. *clarissimæ ac sanctissimæ;* sed verba, *ac sanctissime* expunxit Pighius, revocavit Torrenius.—5 Pighius etiam: *propterque summam imbecilitatem,* contra codd.—6 Bitur. 1. *ferretur.*—7 Harl. Bitur. 1. et

NOTÆ

* An. M. 3955. Ol. 170. 2. Urb. C. 654. Ant. Ch. 98.

† An. M. 4009. Ol. 183. 4. Urb. C. 708. Ant. Ch. 44.

[c] *Octaviæ*] Quæ M. Antonio nupserat: sed ab eo postea repudiata.

‡ An. M. 4070. Ol. 199. 1. Urb. C. 769. Post Ch. 17.

3. Repertus est etiam, qui se diceret esse Q. Sertorii filium, quem ut agnosceret uxor ejus, nulla vi compelli potuit.*

4. Quid Trebellius Calca,[7] [d] quam asseveranter se Clodium [e] tulit![8] et quidem dum de bonis ejus contendit, in centumvirale judicium adeo favorabilis descendit, ut vix justis et æquis sententiis consternatio populi ullum relinqueret locum.[c] In illa[9] tamen quæstione neque calumniæ petitoris, neque violentiæ plebis judicantium religio cessit.

5. Multo fortius ille, qui Cornelio Sylla rerum potiente,[10] in domum Cn. Asinii Dionis[11] irrupit, filiumque ejus patriis penatibus expulit; vociferando 'non illum, sed se Dione esse procreatum.'† Verum postquam a Syllana violentia Cæsariana æquitas reduxit gubernacula Romani imperii,[d] justiore principe rempublicam obtinente,[12] in publica custodia spiritum posuit.

[c] *Cum tanto favore ad judicium centumvirorum venit, ut commotio populi illi studentis vix ullum æquis sententiis locum relinqueret.*

[d] *Verum ubi apparuit æquitas C. Cæsaris, postquam L. Sylla tantam crudelitatem exercuit.*

Ultraj. 1. 2. *Calcha;* duo alii *Calcas.*—8 Harl. Barb. 1. Copes. Leid. 6. et Douac. 1. *Clodio genitum tulit;* Ultraj. 2. et Mog. *asseverantur se inserere Clodium tulit;* Douac. 2. *se inserere Clodio tulit.* Mox nonnulli cum Mog. *consternati.*—9 Ita Pigh. cum codd. et antiq. edd. alii omittunt præpositionem.—10 *Remp. potiente* Bitur. 1. ut conj. Gudius; *Rep. potiente* Harl. Ultraj. 1. 2. Leid. 5. et Mog. verum tres alii Leidd. et Copes. *Cornelii Sullæ Dictatoris potentia.*—11 'Ita Pighius ex Mss. Aldus ediderat *Cn. Assidionis.* Unus cod. Brand. *In domum Cn. Bionis:* moxque iterum *Bione.*' Vorst. 'Forte *Asellionis,* quod supra in Copes. scribebatur *Aselionis,* vel forte rectum erit, *Asidionis:* nam fuit gens *Asidia:* ceterum *Asinius Dento* occurrit apud Cic. ad Att. v. 20.' *Perizon.* Mss. sex *Gn. Assidionis;* Harl. *Gn. Assindonis;* Bit. prim. Leid. quint. et Mog. *Gn. Asiani Bionis;* Ultraj. prim. *Gn. Bione:* Ultraj. sec. *Gn. Axiani Bionis;* Leid. quart. *Gn. Bionos;* Leid. tert. *Assilionis Saradinis.*—12 'Ita Torrenius. Pighius: *reluxit, gubernacula....principe obtinente.* Pro *reduxit* enim scripsit *reluxit,* omisit *remp.* et aliter interpunxit. Sed lectio

NOTÆ

* An. M. 3984. Ol. 177. 3. Urb. C. 683. Ant. Ch. 69.

[d] *Trebellius Calca*] Frequens est apud Ciceronem in Philippicis Trebellii mentio: hujus an alterius, nescio.

[e] *Clodium*] Illum ipsum, ni fallor, qui a Milone occisus est.

† An. M. 3974. Ol. 175. 1. Urb. C. 673. Ant. Ch. 75.

EXTERNA.

1. Eodem præside Reipublicæ in consimili mendacio muliebris temeritas Mediolani repressa est. Siquidem cum se pro Rubria quædam, perinde ac falso credita esset[13] incendio periisse, nihil ad se pertinentibus bonis insereret, nec ei aut tractus ejus splendidi testes, aut cohortis Augusti[14] favor deesset, propter inexpugnabilem Cæsaris constantiam irrita nefarii propositi abiit.[e]‡

2. Idem[15] barbarum quendam, ob eximiam[16] similitudinem Cappadociæ regnum affectantem, tanquam Ariarathes esset, quem a M. Antonio interemtum luce clarius erat, quanquam pæne totius Orientis civitatum et gentium credula suffragatione fultum,[17] caput imperio dementer imminens justo impendere supplicio coëgit.[f]*

[e] *Nec ei deessent, aut testes nobiles illius regionis, nec favor apud Augusti aulicos, propter inexpugnabilem Augusti constantiam, hæreditatem, quam nefarie petebat, non obtinuit.*

[f] *Caput inhians dementer imperio coëgit justo amittere supplicio, licet defensum ab omnibus gentibus et civitatibus Orientis, quæ credebant illum esse Ariarathem.*

Torreniana melior est.' *Kapp.*—13 Barthius delet *esset.*—14 Copes. *Augustæ;* Leid. 1. *Augustie;* Leid. 6. *Auguste.*—15 Vorst. et Torren. tacite, *Item.*—16 ' Videtur legendum. vel *ob eximiam,* vel cum Ms. *propter eximiam.* Sed forte *ad* hic significat *propter.*' Perizon. ' *ob eximiam* est in Mss. novem: Paris. prim. Leid. sext. *propter eximiam;* Leid. tert. et quart. *ad eximiam;* ex quibus *ob* prætuli.' *Torren.*—17 Edd. ante Pigh. *suffultum;* sed *fultum* servant codd. Mox aliquot codd. Torren. *clementer i. j. impendi.*

NOTÆ

‡ An. M. 4034. Ol. 190. 1. Urb. C. 733. Ant. Ch. 19.

* An. M. 4036. Ol. 190. 3. Urb. C. 735. Ant. Ch. 17.

FRAGMENTUM

LIBRI DE NOMINIBUS

QUI IN QUIBUSDAM CODD. TITULUM

LIBRI DECIMI

PRÆFERT.

C. TITI PROBI IN EPITOMEN SUAM PRÆFATIO.

Decimus hujus operis liber, qui et ultimus est, vel ex negligentia aut malevolentia librariorum deperiit. Abbreviator titulos ejus habebat integre fortassis: tamen de uno tantum, hoc est, de prænomine, epitoma repræsentabat.

ALIA PRÆFATIO.

Decimus atque ultimus hujus operis liber seu studiosorum inertia, seu scriptorum segnitia, seu alio quovis casu ætati nostræ perditus est. Verum Julius Paris abbreviator Valerii post novem libros explicitos, hunc decimum sub infra scripto compendio complexus est; per quod de nominibus, prænominibus, cognominibus, atque agnominibus fuisse eundem a Valerio compositum conjectari licet. Verba quidem Julii Paridis hæc sunt. Liber Decimus de prænominibus, et similibus.

PRÆFATIO
STEPHANI PIGHII
EPITOMÆ DE NOMINIBUS PRÆFIXA.

Veteres libri omnes, quos vidimus, tam manuscripti quam impressi, nobis repræsentant Valerii Maximi hoc opus ita libris novem distinctum: in aliquibus tamen reperitur cujusdam epitomes fragmentum, in fine annexum pro libro decimo, prorsus tamen remotum et alienum ab argumento scopoque librorum Valerii Maximi. Nihil enim aliud docet, nisi aliquarum appellationum, seu nominum Romanorum rationes. Quæ quidem epitome ex alio antiquo auctore collecta est a Julio Paride, sicut nonnulli produnt codices: cujus fragmentum hoc duntaxat de prænominibus repertum quidam librarii priores Valerio Maximo adjunxerunt, tanquam ex ejus libro exemplorum decimo contractum; moti, ut apparet, quod in eodem fragmento citetur Valerius; non tamen Maximus: istud enim non potest affirmari ex simplici isto nomine, sicut in multis exemplaribus reperitur. Sed Antiadem citari, unum exemplar manu scriptum doctissimi J. Sambuci liquide declarat, quemadmodum suo loco dicemus in annotationibus. Jam addiderunt alium errorem, qui C. Titium Probum, nescio quem, ut hujus epitomes auctorem protulerunt; id quod ex hujus fragmenti fine temere depromsisse videntur. Nam idipsum præfatiunculæ librariorum judicio diversimode confictæ palam faciunt tam ipso stylo, quam quod alterius, ut suo modo loquuntur, abbreviatoris mentionem afferunt. Eas autem duas in primis discrepantes, mox cum eodem epitomes fragmento subjungemus; quamvis clare liqueat, non esse Valerii Maximi, et ejus auctor verus adhuc in obscuro lateat. Attamen quia sapit antiquitatem non ineruditam, et scholiorum loco studiosis servire poterit ad lin-

guæ ac historiæ Romanæ cognitionem, ritusque veteres discendos; id ipsum emendatum ex fide exemplarium manuscriptorum, sicut ante Valerio Maximo fuit annexum, nunc visum est Plantino nostro simul cum eodem libro recudere et publicare. Vale, Vienna Austriæ Idibus Januariis, anno salutis nostræ CIƆDLXXIV.

DE PRÆNOMINE.

VARRO simplicia in Italia fuisse nomina ait, existimationisque suæ argumentum refert: quod Romulus et Remus et[2] Faustulus neque prænomen ullum neque cognomen habuerunt. Qui ab eo dissentiunt, aiunt matrem eorum Ream Silviam[3] vocatam; avum Silvium Numitorem; fratrem ejus, Amulum Silvium: et superiores Albanorum reges, Capetum Silvium, Agrippam Silvium; posteriores-que duces Metium Suffetium, et Tutorem Clœlium[4] vocatos. Nec contenti his, ad Sabinos transgrediuntur, et Titium Tatium, Numam Pompilium, et patrem ejus Pompum[5] Pompilium; ejus denique regionis principes enumerant, Pirtilianum Lavianium,[6] Volesum Valesium,[7] Metium

1 Tota Epitome deest in Par. 2. Præfatio prima in Harl. et Ultraj. 1. utraque in Leidd. 5. 6. posterior Præfatio in Bitur. 1. et Mog. Consule Var. Not.—2 Ita codd. Pigh. et Torren. copula deest in edd. vett.—3 Ita codd. non *Rheam Sylviam* ut in quibusdam edd. Paulo post multi codd. *Amulium Silvium.* Videndæ omnino Epistolæ Theod. Rykii et Jac. Perizonii, quas hic Æliani Var. Hist. lib. VII. subjicit.—4 Leid. 3. *Cleolium;* Harl. *Cleosium;* Ultraj. 1. et Par. 1. *Clelium;* ceteri codd. *Clodium,* ut in vulgg.—5 Vulgo, *Pompeium.*—6 Corrupta hæc: Ms. *Putiliunum Lauranum.* Sambuci liber, *Postulanum Laxianum:* F. *Petillum Laianium,* vel *Pætulanum Laianium.* Notum est librarios sæpe duobus nominibus dedisse eandem formam, sic cum invenirent *Laianium,* videntur ex *Petillo* etiam fecisse *Petillanum:* esset autem *Pætulanus,* ut *Vibulunus* a *Pæto,* unde gens *Pætilia.* Fuerunt autem multa ejus formæ nomina, ut patet ex gentibus Pedania, &c. sic *Laiunius* est nomen gentis a *Laiano,* et hoc eandem habet originem ac Laïa gens. Forte Græcum illud nomen *Laius. Luurunius* apud Quintil. L. IX. p. 618. extr.' *Perizon.* Par. prim. *Postulanum Lauzanum;* Harl. Bit. prim. *Putolanum Laurunum;* Leid. quint. sext. et Ultraj. prim. *Putulanum Lauranum;* Leid. tert. *Putulanum Lausanum.*—7 Vulgo, *Volesium Vulentium;* Harl. Bitur. 1. duo Leidd. et Ultraj. 1. 2. *Volesum Valentium,* vel *Valensium.* Mox *Album Funnisillaticum* error est typographi ut patet ex Pighii notis, qui voluit *Allum;* cum antt. Edd. habeant *Alium,* secutæ tamen illud magna stupiditate sequentes Editiones Amstelod. nempe et Vorstiana. Ultraj. prim. *Fumiscillea-*

Curtium, Album Funnisillaticum. Ex Tuscis[8] recitant, Lartem Porsennam; ab Æquicolis, Septimum Modium primum regem eorum, et Sertorem Resium, qui primus jus feciale instituit.[9] In hunc modum Varronis sententia subruitur.

Romanos autem arbitrandum est maxime ab Albanis et Sabinis multiplicandorum nominum consuetudinem traxisse: quoniam ab illis orti sunt. Omnia autem, quæ ad unumquemque nostrum definiendum excogitata sunt, eandem[10] vim significandi hominis obtinent. Quod per proprietatem dicitur, hoc distat, quia eo gens cognoscitur, ideoque dicitur gentilitium. Cetera ordine variantur. Nam quod præponitur, prænomen; quod postfertur, cognomen; quod ad ultimum adjicitur,[11] agnomen est. Quorum series non ita, ut exposui, semper servata est. Animadverto enim in consulum fastis, perplexum usum prænominum et cognominum; fuisse dictum, Posthumum Cominium Auruncum, et Posthumum Æbutium Elvam, et Vopiscum[12] Julium, et Opitrem Virginium Tricostum, et Paulum Fabium Maximum. Quin etiam quædam cognomina in nomen versa sunt, ut Cæpio: namque hoc in Bruto nominis locum obtinuit.

Gentilitia nomina Varro putat fuisse innumera,[13] et prænomina circa triginta. Pueris, non priusquam togam virilem sumerent; puellis, non antequam nuberent, prænomina imponi moris fuisse, Q. Scævola auctor est. Quæ

---

ticum; Paris. prim. et Leid. quint. *Firmus illeaticum;* Leid. sext. *Firmum illeaticum;* Bit. prim. et Harl. *Fumi Silleaticum;* Mog. *Alium Sunnisilleaticum;* ut et reliquæ edd. Vide Pigh. in Var. Not.—8 *Hetruscis* in vulgg. *Ex Tuscis* codd. Pigh. et Torren. Mox pro *Septimum Modium,* quod exhibent Camp. Sambuc. Par. 1. Ultraj. 1. Harl. et Leidd. 3. 5. alii cum vulgg. *Septimium Medium* præferunt.—9 Ultraj. 1. *qui jus feciale constituit,* deleto *primus.*—10 Pighius *eadem,* qui etiam in marg. ascripsit pro v. l. *quandam;* sed *eandem* habent edd. vett. cum Harl. Ultraj. 1. 2. et tribus Leidd. e quibus Leid. 6. *ad unumquemque virum.*—11 Edd. ante Pigh. *dicitur;* vet. cod. *adicitur agnomen est.* Verbum *est* deest in edd. vett.—12 Harl. *Postumium Corvinum Auruncum, et Postumium Ebutium Ebiam et Nopiscum:* uterque Ultraj. *Postumum;* prim. *Aruncum;* in quo hic fere, ut in Bit. cetera desunt. *Postumum Aruncum* etiam Leid. sext. Videndæ sunt Var. Not.—13 Ita Pigh. ex vestigiis vet. cod. in vulgg. *Gentilitium n. V. p. f. numero, &c.* Par. 1.

olim prænomina fuerunt, nunc cognomina sunt: ut Posthumus, Agrippa, Proculus, Cæsar.[14]

Opiter, qui patre mortuo, avo vivo gignebatur. Vopiscus, qui in utero matris geminus conceptus, altero abortu ejecto, incolumis editus erat. Hostus,[15] prænomen fuit in eo, qui peregre apud hospitem natus erat; idque habuit Lucretius Tricipitinus collega L. Sergii. Volero in prænomen abiit, et volentibus nasci liberis parentibus indebatur;[16] quo usus est Publilius Philo. Lar Lartis[17] prænomen est, sumtum a laribus, Tuscum autem creditum est prænomen esse: fuitque consul Lar Herminius cum T. Virginio Tricosto. Statius,[18] a stabilitate; Faustus, a favore prænomina sumta erant. Tullus[19] prænominatus est ominis gratia, quasi tollendus, O litera in U conversa. Sertor, qui per sationem natus erat,[20] appellatus est. Ancum prænomen Varro a Sabinis translatum putat. Valerius autem[21] scribit, quod cubitum vitiosum habuerit, qui Græce vocatur ἀγκών. Lucii cœperunt appellari, qui ipso initio lucis orti erant; aut, ut quidam arbitrantur, a Lucumonibus Etruscis. Manii, qui mane editi erant; vel ominis causa, quasi boni. Manum enim antiqui bonum dice-

Gentilium n. V. p. f. quinque prænomina.—14 *Cæsar et Opiter, &c.* in edd. ante Pigh. qui cum codd. plerisque copulam delevit. Et sic etiam legisse videtur Jac. Curtius.—15 Par. 1. Leid. 3. Ultraj. 2. et Mog. cum aliis ante Pigh. *Hospes;* vet. cod. Pighii *Hostes.* Mox *Lucretius Tricipitius* edd. vett. linea scilicet supra *i* (*Tricipitīus*) obtritum erat in codd.—16 'Forte: *quia volentes nasci liberi parentibus videbantur;* vel *volentibus.* Nota autem manifeste Copes. habere *volentibus*, et videntur æque *Volerones* potuisse dici, qui *volentibus parentibus nascebantur*, ac *Sertores* qui per *sationem* nascebantur. Malim tamen *volentes.* posset et legi, *Quod volentibus nasci liberis a parentibus indebatur.*' Perizon. *quod volentibus* Paris. prim.—17 *Laërtis* edd. vett. Mox Par. 1. et Leid. 3. *Tuscum autem esse creditum, fuitque Herminius cum, &c.* alii codd. *T. autem esse creditum fuit quia consularis Herminius cum, &c.* Perizon. conj. *Lartis p. sumtum est a l.* (vel cum Pigh. *Lar Lartis, &c.*) *Etruscum autem esse creditur, fuitque eo consul Lar Herminius cum, &c.* et sic fere in Copes. Vide Pigh. in Var. Not.—18 Pigh. legit *Status* ex vet. cod. sed *Statius* Copes. et omnes codd. Torren. Mox Copes. *prænomina ceperunt;* unde Perizon. *cœperunt* legit, ut in codd. Torren.—19 Ita Pigh. e vet. cod. *Et Tullius* in vulgg. *Et* dolent codd. Torren. et Copes. Tum Par. 1. *est honoris gratia.*—20 Ita etiam Pighius; *natus est* in edd. vett.—21 Codex Sambuci, *Valerius Antias;* unus Torren. *Valerius antea;* cetcri cum vulgg. *Valerius autem.* Mox *cubitum intonsum* Copes. unde Perizon. legendum omnino putat: *Verrius autem*

bant. Gnæus ob insigne nævi[22] appellatus est; quod unum prænomen varia scriptura notatur. Alii enim Næum, alii Gnæum, alii Cnæum scribunt. Qui G litera in hoc prænomine utuntur, antiquitatem sequi videntur, quæ multum ea litera usa est. Olim enim dicebant frugmentum, nunc frumentum profertur: et gnatura, modo natura.[23] Igitur etiam qui in corporibus nævus gigni solet, gnævus[24] appellabatur. Qui C ponunt, corruptione[25] syllabæ delectari videntur: qui Næus, lenitatem velle judicantur. Gaii dicti a gaudio parentum: Auli, qui Diis alentibus nascuntur: Marci, Martio mense geniti: Publii, qui prius pupilli facti erant, quam prænomina haberent; alii ominis causa, ex pube. Tiberii vocitari cœperunt, qui ad Tiberim[26] nascebantur. Titus, e Sabino nomine Titurio fluxit:[27] Appius, ab Atto ejusdem regionis prænomine. Kæsones appellati sunt, qui e mortuis matri-

scripsit, quod c. intortum, &c.—22 Edd. ante Pigh. *ob insignem rem;* Leid. 3. *ob insigne novi.*—23 'Auctior adhuc uno exemplo videtur esse Copes. licet corrupte ita habeat: *Olim enim dicebatur frucmentum et feretur et foritis nunc fortis* et *cnatura nunc natura.* Forte *olim enim dicebat frugmentum nunc frumentum effertur, et forgtis nunc fortis, et gnatura nunc natura:* nempe *frumentum* cum repeti deberet omisit librarius: secundum ejus vero sententiam antiqui litera *c* multum usi, quamvis etiam illud verum sit, ut *fuciunt* pro *fugiunt* et similia, tamen in hoc negotio non approbo: nam *frugmentum* dicitur quasi *frugementum* a *frugibus.*' Perizon. Cum Copes. convenit Paris. prim.—24 Ita Pighius e vet. codd. ante eum vulgg. *in c. g. s. Gnæus.* 'Recte Copes. cum edd. vett. omittit *nævus,* nec enim desideratur.' *Perizon.* Omittit etiam Par. 1.—25 'Copes. *correptione: τὸ corruptione* diligenter servant omnes Edd. post Pighium: extrema ita constituit Pighius ex uno Campensi cod. ante eum fuisse apparet, *qui Næus levitatem Gaii judicant a gaudio parentum dicti;* cum quo fere consentit Copes. nisi quod paulo correctius. *Qui Næus lenitate C judicantur dicti a gaudio parentum,* quæ manifeste ducunt ad veram scripturam, quæ hæc est: *Qui Næus lenitate* (scil. delectantur) *Caii vero judicantur dicti a gaudio parentum.* Etiam *corruptione* apparet in ed. quæ Pigh. non sequitur in Auct. Ling. Lat. *Qui Neus levitate, Cn. judicantur* Par. 1. *levitatem indicantur dicti* Leid. 3. *levitatem Gaii indicantur a gaudio parentum dicti* Ultraj. 2.—26 Edd. ante Pigh. *flumen Tiberim.*—27 'Ita fecit ex conjectura Pighius cum in uno cod. invenisset *Tito refluxit:* ante eum edebatur *Tito fluxit.* Copes. habet: *Titus e Sabino nomine Tito fluxit.* Sensus: *Titum prænomen Romanum ortum esse a Sabino nomine Tito.* Forte etiam legere poteris: *Titus a Sabino homine Tito fluxit;* ut dicat aliquem hominem apud Sabinos *Titum* appellatum, inde ortum esse illud prænomen, vel ut cum Verrio conveniat, quod sæpe facit, *Titus e Sabino nomine Titulo fluxit.* Vide Fest. in voce *Titus:* et sane illud multo verisimilius est, quam prænomen *Titus* ortum a nomine Gentilicio *Titurius,* ut inepte vult Pighius, quod potius e *Tito* descendit, ut 'Calpurnius' a 'Calpo,' 'Pinarius' a 'Pino.' *Perizon. Sabino nomine Tito,* servant codd. Torreniani. Mox *ab*

bus exsecti erant. Servius, qui mortua matre in utero servatus est. Spurii, patre incerto geniti, quasi σπόροι.[28] Numerii sola patricia familia usa est Fabia;[29] idcirco quod trecentis sex apud Cremeram flumen cæsis, qui unus ex ea stirpe extiterat, ducta in matrimonium uxore filia Numerii Otacilii Maleventani,[30] sub eo pacto, ut quem primum filium sustulisset, ei materni avi[31] prænomen imponeret, obtemperavit.

Antiquarum mulierum in usu frequenti prænomina fuerunt, Rutilla, Cæsella, Rodocella, Murcula;[32] Burra a colore dicta. Ista prænomina a viris tracta sunt, Caia, Lucia, Publia, Numeria.[34] Ceterum Caia, usu super omnia celebrata est. Fertur enim, Caiam Cæciliam Tarquinii Prisci regis uxorem optimam lanificam fuisse: et ideo institutum esse, ut novæ nuptæ ante januam mariti interrogatæ, quænam vocarentur, Caiam esse se dicerent [C. Titii.][35]

Acteo edd. ante Pigh. et Ultraj. 2. *ab Acteo* unus Torren. *ab Ateo* Leid. 3.—28 Edd. vett. *Epopæ;* Camp. *Epopa alii;* Sambuc. *Ethiopani.* Vide Pigh. in Var. Not.—29 Copes. et Torreniani ut in textu, et sic vulgo; *tantummodo usa est Fabia* Sambuc. *patricia gens familia est usa Fabiæ prænomen est;* unde Pighius: *sola p. gens usa est Fabia prænomine.* Perizon. conj. *Numeriis s. p. u. e. familia Fabia.*—30 'Copes. *ducta in matrimonio Nuyn uxore filia, Nuyn Jotacilii Maleventali.* Ex quo videtur etiam filia illa dicta esse *Numeria. Nuyn* est scriptum pro *Num.* Solet enim hic librarius vocalem *i* initio vocis vel post aliam vocalem scribere per *y. Nuin* vero patet esse scriptum pro *Num.* id est, *Numerius,* vel *Numeria.* Eo vero magis credo *Numeriam* esse dictam, atque illud scripsisse hunc Auctorem, quod postea inter nomina fœminarum ponet *Numeriam;* ubi male Pighius mallet *Maniam;* quia Varro negat *Numeriam* dici, cum aperte codex Copes. habeat *Muneria* pro *Numeria.*' Perizon.—31 Pro *ei materni avi* vulgg. ante Pigh. *et numeri* exhibent.—32 *Rutilia, Cæsellia, Rodocilla, Mutrulla,* in iisdem edd. mutavit Pighius e vet. cod.—34 Ita Sambuc. *Mærea* edd. vett. *Mania* conj. Pighius.—35 'Multa hic disputat Pighius ut probet recte hic scribi *Caii Titii:* ego tamen malim credere omnino delenda hæc esse cum antiquis Edd. et Copes. ubi *dicerent* ultima est hujus Epitomes vox; et cum tam multi tradiderint hæc de *Caia,* nemo tamen addit dicere solitas mulieres esse se *Caias C. Titii.*' Perizon.

NOTÆ VARIORUM

IN

VALERIUM MAXIMUM.

EX EDITIONE ANTONII THYSII,

LUGD. BAT. 1670. 8vo.

NOTÆ VARIORUM

IN

VALERIUM MAXIMUM.

PROLOGUS.

Populi Romani, exterarumque gentium] Liber manuscriptus, quem nobis præstitit D. Jacobus Susius, vir omnifaria eruditione ac virtute conspicuus, ita exorditur præfationem. Vulgo : *Urbis Romæ exterarumque gentium facta.* Prior mihi lectio placet. Proprie namque magis dicimus, 'facta populi Romani,' quam 'urbis Romæ.' Sic Livius Historiæ suæ exordio ait : 'Si res populi Romani perscripsero ;' non, 'Si res Urbis Romæ perscripsero.' Et Sallustius in Proœmio de Conjuratione Catilinæ : 'Statui res gestas pop. Romani perscribere :' non, 'Urbis Romæ.' *Pighius.*

Documenta] Exempla et monumenta virtutis vel vitii. Virtutis ad suadendum ; vitii, ad deterrendum : ut alterum miremur, alterum fugiamus. *Oliver.*

Voluminum numero] Utpote novem libris. Hoc inter 'volumen' et 'librum' interest ; quod 'volumen' significat partes operis, non autem totum librum, 'liber' vero et pro toto codice et pro volumine accipitur. Idque Plinii Oratoris testimonio comprobatur : qui dixit : 'Libri tres in sex volumina, propter eorum amplitudinem divisi.' *Idem.*

Felici superiorum stylo] Bongarsii Codex habet : *felicis sæculi stylo.* Apposite.

Maris] De latissimo populi Romani dominio Dionysius Halicarnassæus ita loquitur : 'Universa maris domina est Roma, non solum illius, quod intra Herculis columnas habetur, verum et ipsius Oceani, qui est navigabilis.' Maris quidem revera nullum dominium est, sed recte potentiori cedere dicitur. Vide Seld. et Grot. de Mari libero.

Terræ] Ea fuit veterum multorum

adulatio, quasi totius universi Regimen penes Romanos fuisset. Ridet hæc Septentrio, et nunquam in totum devictus Oriens. Vide Lipsium de Magnitudine Romana.

Mea parvitas] Utitur vocabulo Tullius de universitate, sed in significatione quantitatis. Quæ cerni non possent propter parvitatem. Valerius autem pro vilitate ponit, vel parvitate; qua in significatione ejus primitivo 'parvus' sæpe veteres sunt usi. Huic contraria vox est 'granditas,' Tullio usurpata in Bruto, pro Demosthenica σεμνότητι, id est, *gravitate verborum*. Pighius.

6 *Cætera divinitas*] Cæteri, inquit, Dii tantum opinione colliguntur, id est, tantummodo homines opinantur cæteros esse Deos, qui eos nunquam viderint: Cæsares autem vident; ergo cæterorum quidem Deorum fides est, sed incerta; Cæsarum autem præsens et certa: quia Dii Cæsares oculis ipsis conspiciuntur: ergo quia de Cæsaribus fides est certior atque præsentior, quam de cæteris Diis, tanto justius ego tuum numen invocavi, quam cæterorum Deorum ab Oratoribus et Poëtis invocantur. *Oliver.*

Paterno avitoque sideri] Julium et Augustum intelligit; nam ambo consecrati post mortem, ut auctores sunt Suetonius, Plutarchus, Dio, Plinius et alii. Qui item stellæ crinitæ in consecratione Julii Cæsaris visæ meminerunt. Virgilius: 'Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.' Horatius: 'Micat inter omnes Julium sidus, velut inter ignes Luna minores.' *Pighius.*

Ceremoniis] Ceremonia, ritus sacer. Ab oppido Cære dictam volunt Festus. Nonnulli, et melius, a Cerere. Hinc Glossa: *Ceremonia*, Δημητρία. Joseph. Scaliger. 'Cerum sanctum' veteribus dici ostendit: unde Janus dicitur 'Cerus manus,' id est, creator bonus, in Saliari carmine. Hinc 'Ceremoniæ' vocabulum deducit.

Claritatis accessit] Quemadmodum fastos correxerint Julius et Augustus, pontifices maximi, et quæ sacra ceremoniasve, vel novas introduxerint, vel vetustate abolitas in usum revocarint, quasque item ædes sacras, ac templa restaurarint, vel novas fecerint, latius intelliges ex Dione, Suetonio, Plutarcho, Ovidii Fastis, et aliis. *Pighius.*

LIBER I.

Cap. I. § 1 *Majores*] Exorditur a primis ceremoniarum Romanarum fundamentis; quem locum haud dubio Valerius ex Ciceronis Oratione de Aruspicum Responsis est mutuatus. Itaque cum varia et obscura ejus lectio reperiatur in exemplaribus, vulgari illa rejecta quæ statas solemnesque cæremonias pontificum scientia, bene gerendarum rerum auctoritate, augurum observatione, Apollinis prædictione, vatum libris, portentorum depulsis, Etrusca disciplina explicari dicit; probare hanc malim, quæ Ciceronis sententiæ et verbis quam maxime convenit, et quemadmodum ipse Cicero quaternis sententiam clausulis finit. Age, nunc utriusque auctoris verba per dictas clausulas singulatim conferamus, ut

vero sensu in lucem producto, ex altero, quantum fieri poterit, alter corrigatur. Valerius quidem sic habet: *Majores nostri status solemnesque ceremonias pontificum scientia; bene gerendarum rerum auctoritates, augurum observatione:* supple, ut postremo adjicit, *explicari voluerunt.* Sebastianus Corradus *auctoritatem* legit, sed placet pluralis ille numerus in aliis item clausulis ab utroque auctore observatus. Eodem fere modo has primas exprimit Cicero, ubi se primum habere dicit auctores ac magistros religionum coleudarum majores suos: 'Qui statas,' inquit, 'solemnesque cæremonias pontificatu: rerum bene gerendarum auctoritates, augurio,' supple, ut postea addit, 'contineri putarunt.' Sed hæc de prioribus clausulis: jam sequentes duas conferamus. Ciceronis verba sic continuantur: 'Fatorum veteres prædictiones Apollinis, vatum libris; portentorum explanationes, Etruscorum disciplina contineri putarunt.' Quæ eadem brevius hoc modo refert Valerius: *Apollinis prædictiones, vatum libris; portentorum depulsa, Etrusca disciplina explicari voluerunt.* Depulsam, procurationes appellat; mala enim quæ portentis designabantur, sacrificiis, precibus, ac suppliciis per aruspicinam, quæ Etruscorum disciplina est, ordinatis procurabantur, depellebanturque. Quod vocabulum me sollicitat, uti sentiam, in Cicerone potius 'expiationes,' quam 'explanationes' legendum esse: licet de Divinatione lib. primo utrumque aruspicum disciplina doceri velit, monstrorum quippe interpretationes et procurationes. *Pighius.*

Statas ceremonias] Statæ ceremoniæ, ut vult Festus Pompeius, dicebantur sacrificia, quæ certis quibusdam diebus et statutis celebrabantur. Unde Cato: 'Sacra stata et solennia sancta deseruisti.' *Oliver.*

Solennes] Anniversaria sacrificia, quæ singulis quibusque annis fiebant: nam *solennis* a solo et anno componitur. *Idem.*

Gerendarum rerum, &c.] Quia sacrificia, quæ pro rebus gerendis susceepissent, augurum authoritate confirmata solennia habebantur: et si imperator, rem cum hoste commissurus, taurum Marti immolasset, et postea victoriam consecutus esset, id sacrificium ex re bene gesta comprobatum solenne habebatur; nam ex eo quod rem bene gessissent, intelligebant ea sacrificia Diis accepta fuisse; et ita confirmata authoritate solennia haberi incipiebant. *Oliver. Gerendarum rerum*] Tantum non verbis Ciceronis, uti solet, Orat. de Haruspic. Resp. et de Nat. Deor. lib. I. De Augurum disciplina exactissime scripserat Varro in libris Antiquitatum, ut testatur August. Citatur et illud Varronis contra Extispices: Non solum otiosos, sed sordidissimos fuisse Deos, si in jecorum et viscerum sterquilinio sua occulluerunt consilia, hominibus ab insanis sacerdotibus manifestanda. Multus Varro in reprehensione ceremoniarum et Deorum; inde 'Romanum Cynicum' vocat Tertullianus. Apud Nonium aliquoties citatur 'Pseudolo Apolline,' ubi non dubitem legere *Pseudapolline*, in quo libro, puto, Menippæa acerbitate arguerat falsimonias oraculorum. Porro Ethruscas disciplinas Tagetis et Bacchetidis quindecim voluminibus explicaverat etiam Labeo, teste Fulgentio. *Coler.*

Augurum observatione] Ut quæ captis auspiciis augures Diis grata et probata fuisse dixissent, ea solennia haberentur. *Oliver.*

Apollinis prædictiones] Ut quæ sacrificia Phœbades oraculo Apollinis fieri debere dixissent ac Diis placere, haberentur solennia: sicut sæpe consultus Apollo quomodo sacrificia fieri deberent, vel ad iram Deorum placandam, vel ad victoriam consequen-

dam, vel si aliud opus esset; respondebant Phœbades vel tauro, vel agno, vel hoc ritu, vel illo, vel Jovi, vel Marti, vel his, vel illis sacrificium esse faciendum. 'Phœbades' Apollinis vates dicuntur; erant autem virgines sic a Phœbo denominatæ, quæ templum Apollinis ingressæ, cum ad ipsius adyta, hoc est, penetralia venissent, Apollinis spiritu afflatæ, futura prædicebant. *Idem.*

Libris vatum] Præcipue Sibyllinis.

Etrusca disciplina] Secundum morem Hetruscorum, quem a Tagete in agro Tarquiniensi didicerunt; nam inde sacra et ceremonias omnes Romani sumpserunt. Constat enim Hetruscos omnis divini cultus studiosissimos fuisse. Hæc autem omnia Cicero in Orat. contra P. Clodium planissime ostendit: 'Qui illorum,' inquit, 'prudentiam non dicam assequuntur, sed quanta fuerit, perspicere possunt, qui statas solennesque ceremonias, pontificum rerum bene gerendarum authoritates, auguria, fatorum veteres prædictiones Apollinis, vatum libros, portentorum explanationes, Hetruscorum disciplina contineri putarunt; quæ tanta est, ut nostra memoria primum Italici belli funesta principia, post Syllani Cinnanique temporis extremum pene discrimen, tum hanc recentem urbis inflammandæ delendique imperii conjurationem non obscure paulo ante prædixerit.' *Oliver.*

Rebus divinis opera datur] Id est, sacrificia Diis exhibentur; nam divinis operam dare, nihil aliud est nisi sacrificare. *Idem.*

Commendandum est, precatione] Ut cum aliquod bellum susciperent, et Diis exercitum populi Romani commendarent, Diis sacrificabant; deinde cum jam bello suscepto prælium inituri essent, numinibus aliquid vovebant, vel templum, vel aram, vel munus aliquod, si pop. Rom. victoriam concessissent; postremo victoria potiti, quam a Diis petierant, in actione gratiarum vota persolvebant. Et hos ritus ostendit instituisse majores. *Idem.*

Gratulatione] Quia Diis gratias agebant pro re bene gesta; nam 'gratulari,' cum ad Deos refertur, est gratias agere; alias vero, cum alio pariter de re aliqua lætari significat.

Inquirendum vel extis, vel sortibus] Sunt, inquit, et alii ritus sacrificandi a majoribus instituti, ut cum irati sunt Dii, et sacrificiis iram eorum placare volumus: primo inquirendum est cur irati sint; et postquam explorata fuerit ira Deorum, pro qualitate piaculi adhibendum est sacrificium. Exploratur autem ira Deorum vel per exta, vel per sortes. Per exta hoc modo: si tristia fuissent, vel pallida, vel aliqua parte mutilata, significabant Deos iratos esse: si vero læta, vigentia, et integra, Dii significabantur esse placati.

Vel sortibus] Duplex fuit apud priscos præcipue divinandi genus per sortes. Unas quidem sortes 'Virgilianas' appellabant, cum aperto Virgilii codice destinati qui occurrissent versus excipiebantur. De quo genere Ælius Spartianus in Adriani vita, quo quidem tempore, cum sollicitus de Imperatoris erga se judicio, Virgilianas consuleret sortes, in hos incidit versus: 'Quis procul ille autem ramis insignis olivæ Sacra ferens? nosco crines incanaque menta Romani regis, primam qui legibus urbem Fundavit: Curibus parvis, et paupere terra.' Alterum fuit sortium genus vetustissimum, a sacerdotibus confictum, responsisque oraculorum non dissimile; quod inscripta foliis arborum tabellisque diversorum eventuum elogia ad Deorum pulvinaria erant ita disposita, ut quod petitioni conducere videretur, artificio quodam in spem vel in metum suscitantem inducerent. Hinc illud Livii lib. XII.

'Sortes attenuatas.' Unamque excidisse ita scriptam; 'Mavors telum suum concutit.' quomodo fierent procurationes, idem Livius docet.

Sortibus] Sortes captabantur tessellis talisve jactatis, et ex tesserarum superficie de eventu judicabant. Hinc ad Buram, Achaiæ oppidum, Oraculum Herculis fuit, ex talis abacoque constitutum. Nobiles et Prænestinæ sortes. Similis fuit vanitas Geomantica, quæ sedecim figuris constabat, et ex iis prædictiones eliciebantur, quorum nomina erant, Acquisitio, Amissio, Lætitia, Tristitia, Fortuna Major, Fortuna Minor, Conjunctio, Carcer, Albus, Rubus, Puella, Puer, Populus, Via, Caput, Cauda. Sed de his alias. Sin autem sortes auctæ, sicut in cæteris ostentis, omnia prospera portendebantur; sin diminutæ, tristia. Ita Livius Prænestinas sortes 'attenuatas' dixit. *Thys.*

Impetrito] Ita Adrian. Turnebus pro *impertito* corrigit; quod sane vetustum augurale est vocabulum. Festus dici vult quasi 'impetratum,' hoc est, firmum ac securum, immo stabile, ceu in petra fixum, sicut alii interpretantur. Hinc sacra impetrita in inquirendis rerum eventibus, ante oracula, auspicia, vel sortilegia fiebant, conciliandorum numinum causa, ut certa, firma, ac secura petentibus denuntiarent. Itaque et auguri Ciceroni hoc ipsum suum verbum reddi debet de Divinatione lib. II. cum dicit: 'Qui evenit, ut is qui impetrire velit, convenientem hostiam rebus suis immolet?' Ubi æque perperam 'impertire' in vulgatis habetur exemplaribus. Sic et Plinius restituendus lib. XXVIII. cap. 2. 'Præterea alia sunt verba impetritis, alia depulsoriis, alia commendationibus.' Non recte enim vulgo legitur: 'impetrantis, depulsoris, commentationis.' Ita valde impurus est ille Plinii locus, ut ex ipso Valerio colligere est, qui hæc tria etiam sacrorum genera recenset. Apud solum, ni fallor, Plautum hoc ipsum genuinum vocabulum, quod ex aliis bonis auctoribus sciolorum imperitia omnino exterminatum est, remansit; qui sic in Asinaria: 'Impetritum, inauguratu'st quovis admittunt aves.' *Pighius.*

Quo etiam ostentorum ac fulgurum] Non eodem dicit sacrificio purgari denuntiationes fulgurum et ostentorum, quo purgabant ea, quæ sortibus vel extis inquisita sunt; sed alio sacrificio, videlicet sacrificio ostentorum. Ut, verbi gratia, si lapidibus pluisset, novendiali sacrificio expurgabatur, quia novem diebus sacrificiis operam dari oportebat. Livius id multis in locis docet, scilicet libro quinto secundi Punici belli. 'Per aliquot,' inquit, 'dies Consules divinis rebus operam dederunt, et per omnes dies sacrum novendiale fuit.' *Oliver.*

Ac fulgurum] Ut si tecta publica de cœlo tacta fuissent, majoribus hostiis expiari oportebat. *Oliver.* Locus ille bidental dictus, atque sacer habebatur, ac certis ceremoniis, prout libris fulguralibus Tagetis et aliorum Etruscorum continebatur, sacra eo loci fiebant: neque id semel solum, sed in posterum etiam religiose locus colebatur, aris etiam ibi positis, et reliquo sacrificiorum apparatu. Fulguribus autem conditis lapis imponebatur, in medio, ut verisimile, foramen habens. Quod veluti templum vel ara fulguri fuit. Certo quoque ritu fulguratorum corpora non concremabantur apud Romanos. Vide Salmas. in Solin. p. 1142.

Tantum autem] Studium commendat antiquorum, quod adhibuere ad religionem colendam. Cum, inquit, Hetrusci eo tempore cæteris gentibus religione præstarent, senatusconsulto decem principum filii singulis civitatibus Hetruriæ tradebantur,

ut plene disciplinam sacrificandi perciperent; cujus rei Cicero meminit lib. de Divinatione; dicit enim: 'Bene apud majores nostros senatus, tum cum florebat imperium, decrevit, ut de principum filiis sex electi singulis Hetruriæ populis in disciplinam traderentur, ne ars tanta propter tenuitatem hominum et religionis authoritatem adduceretur ad mercedem et quæstum.' In quo tamen a Valerio de numero dissentit. *Oliver.*

Florentissima tum] Respicit illud, quia dici posset, hoc ideo faciebant Romani, ut, placatis Diis, urbem suam ex parva magnam, ex pauperem ditem facerent: immo, inquit, civitas tum erat florentissima et opulentissima. *Idem.*

Decem principum filii] Constat Etruriæ populos duodecim fuisse; itaque cum pro numero eorum, singulis populis singulos principum filios attributos velit; vide, num *duodecim principum* corrigi, magis e re et veritate sit. Cicero tamen de Divinatione in hoc facto denarium duntaxat numerum, si et ipse correctus, agnoscit. *Lipsius.*

More Græco] Ne, si mutato ritu sacrificaretur, piaculum committeretur. *Oliver.*

Sacerdotem] Tum studium fuit, ut etiam sacerdotem peterent, quæ docta et perita antistes sacrificia Deæ suo ritu et more celebraret. Fiebant autem Cereri sacra a solis matronis, teste Livio lib. secundo secundi Punici belli: 'Sacrum,' inquit, 'anniversarium Cereris intermissum est, quia nec lugentibus facere id fas est, nec ulla tempestate matrona luctus expers fuerat.' *Idem.*

Velia] Oppidum Lucaniæ, quod olim Helia, ad sinum Pæstanum. Elea quoque dicitur a præterfluente ejus nominis fluvio; sicuti et Strabo eam nominat.

Calliphennam] Sic Ms. unus, et Cicero. Vulgo *Caliphenum.* Contigit A. U. DCLVI.

Vetusti ritus perita] Nimis superstitiose veteres ritus et Deos juxta colebant. Servius ad Æneid. 8. 'Cautum fuerat et apud Atheniensces et apud Romanos, ne quis novas introduceret religiones. Unde et Socrates damnatus est, et Chaldæi vel Judæi urbe sunt pulsi.' Idem de Gracchis Prudentius contra Symmach. lib. I. 'Jam quid plebicolas percurram carmine Gracchos Jure potestatis fultos, et in arce senatus Præcipuos, simulacra Deum jussisse revelli?' *Coler.*

Gracchano, &c.] Plerique, immo omnes vulgati codices legunt, *Gracchano interitu pollutum;* ut non temere dubitet Glareanus, quomodo Cereris templum Gracchano interitu pollutum fuerit, cum Tib. Gracchus in Capitolio, Caius autem in luco Furinæ trans Tiberim occisi sint, ut auctores sunt Livius, Plutarchus, Appianus, et alii. Porro Cereris templum fuisse ad Circum Maximum ex Tacit. lib. II. et P. Victore cognoscimus. Hunc igitur scrupulum a sciolo, nescio quo, qui auctoris mentem non intellexit, inductum nobis eximunt manuscripta exemplaria, in quibus verba illa, *interitu pollutum,* minime habentur. Campense enim exemplar ita legit: *Gracchano tumultu moniti ex Sibyllinis libris.* Aliud Theodori Pulmanni eadem hoc modo prodit: *Gracchano motu moniti Sibyllinis libris.* Tertium collegii Winckeliani, *Gracchano nutu* habet. Auctoris autem intentio est, hoc toto paragrapho exemplis probare, veteres Romanos externorum etiam religiones non sprevisse, Etruscam didicisse, Cereri sacerdotem Græcam a Velia accepisse, et civitate (ut addit Cicero) donasse. Cujus Deæ licet in urbe pulcherrimum haberent templum, Gracchani tamen tumultus tempore moniti, inter alia ex Sibyllinis libris, vetustissimam Cererem placandam esse; Ennam po-

tius (unde sacra ejus orta credebant) decem viros ad Deam rite propitiandam mittere voluisse. Idem Lactantius Divinarum Institutionum libro secundo tradit: 'Denique Gracchanis,' inquit,' temporibus turbata Rep. seditionibus et ostentis, cum repertum esset in carminibus Sibyllinis antiquissimam Cererem debere placari; legati sunt Ennam missi.' Multo etiam luculentius Cicero de signis Verrina sexta hæc refert: 'Itaque apud patres nostros atroci ac difficili Reipub. tempore, cum Tib. Graccho occiso magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur, P. Mucio, L. Calpurnio Coss. aditum est ad libros Sibyllinos, in quibus inventum est, Cererem antiquissimam placari oportere. Tum ex amplissimo collegio decemvirali sacerdotes populi Romani, cum esset in urbe nostra pulcherrimum et magnificentissimum templum, tamen usque Ennam profecti sunt. Tanta enim erat auctoritas et vetustas illius religionis, ut cum illuc irent, non ad ædem Cereris, sed ad ipsam Cererem proficisci viderentur.' Hæc Cicero, ex cujus item verbis colligere est, pro *quindecimviros*, *decemviros* in Valerio reponi debere. Nondum enim aucto collegio, ex decemviris sacrorum, quindecimviri eo tempore facti erant: quando adhuc Mariano bello ac Cinnanis temporibus decemviri fuerint, idque anno urbis DCLXX. L. Scipione, C. Norbano Coss. quibus conflagratum est Capitolium, ut ex Dionysii Halicarnass. lib. IV. manifestum est. *Pighius.* Cic. Verr. VI.

Sibyllinis libris] Variæ fuere Sibyllæ: quæ Tarquinio libros obtulit, Cumana fuit. Sibylla autem tantæ fuit apud Romanos autoritatis, ut tres Sibyllæ statuas positas fuisse tradat Plinius, illiusque libris maxima habita autoritas. Præter Sibyllinos cæteros fatidicos libros combustos, Suetonius in Augusto scribit: 'Et hos quoque, delectu habito, condidit duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi.'

Ennam] Oppidulum Siciliæ non procul ab Ætna monte: de qua dicit Strabo lib. VI. 'Intra Insulam est Enna, modicis quidem possessa inquilinis, super collem jacens, in qua Cereris ædes est.' Ea montanas amplectitur planicies totas arabiles. *Oliver.* De Cerere Ennæa ita Cicero in Verrem: 'Vetus est,' inquit, 'opinio, Judices, quæ constat ex antiquissimis Græcorum literis atque monimentis, Insulam Siciliæ totam esse Cereri et Liberæ consecratam. Hoc cum cæteræ gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis tam persuasum est, ut animis eorum insitum atque innatum esse videatur; nam et natas esse has in iis terris Deas, et fruges in ea terra primum natas arbitrantur, et raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Ennensium nemore, qui locus, quod in media insula est situs, 'Umbilicus Siciliæ' appellatur.'

Matri Deum] Quæ Cybele dicta, eadem existimatur cum Astarte Sidoniorum, et cum Luna quoque Ægyptii confundebant, ut testatur Plutarch. de Iside et Osiride; quin et eadem Urania Afrorum, de qua Herodian. lib. V. Mylitta Syris Genitrix dicitur, ילד enim *gignere*. Quæ et Persis Mithra, sive Mather, quod genitricem et matrem Persis denotat. *Thys.*

Pessinuntem] Oppidum est Phrygiæ, ubi Cybeles simulachrum colebatur, quod cum e Pessinunte oraculo Apollinis Romam translatum esset, apud Scipionem Nasicam consensu senatus collocatum est, quia responsum fuerat ab oraculo, ut cum Romam Dea venisset, tum curarent, ut eam qui optimus esset Romæ hospitio acciperet: de cujus adventu suo loco dicemus lib. VIII. cap. ult. *Oliver.*

§ 2 *Metellus vero Pontif. Max.*] Sub cujus potestate cæteri omnes pontifices et sacerdotes positi erant. Unde etiam maximus dictus est, quia reliqui omnes ipso erant inferiores. Livius lib. XIX. et XXXVII.

Eundemque flaminem] Id est, Sacerdotem. Flamines, ut Varro testatur, dicti sunt, qui caput vinctum habent filo, et cognomen accipiunt ab eo Deo, cui sacra faciunt; sed partim sunt aperta, ut Martialis, Vulcanaris; obscuriora partim, ut Dialis a Jove, Furialis a Furia, cujus in fastis feriæ erant furiales. Livius vero scribit, Numam flaminem Jovi assiduum sacerdotem creavisse, insignique eum veste et curuli regia sella adornasse, huic duos flamines adjecisse, Marti unum, alterum Quirino. Creati sunt etiam a Pontifice Maximo Flamines, et a Dictatore in oppidis, seu municipiis. Cic. et Livius. Ergo 'flamen' dictus videtur quasi 'filamen,' a filo lanæ, quo caput vinctum habebat, quod aperto omnino capite esse non liceret; Dion. tamen Halicarnassæus libro II. 'Assumpta,' inquit, 'omni divini cultus institutione atque conscripta, in octo divisit partes, quot erant etiam sacrorum ordines: tradidit autem unam sacrorum ministeriorum constitutionem triginta Curionibus, quos dixi hostias immolare publicas pro curiis; secundam vero iis qui vocantur a Græcis Στεφανηφόροι, a Romanis vero flamines, quos a gestatione pileorum et infularum, quas adhuc ferunt, flamina vocantes, hoc nomine appellant.'

Africam] Tertia veteribus pars orbis, quæ et Libya veteribus a colore dicitur, Λίβυς enim *nigrum* denotat: ab Orientis parte Nilo terminatur, pelago a cæteris. Vide Strab. et Melam. Africa autem proprie dicta, sive Minor, est Ptolemæo Africæ pars ad mare mediterraneum, inter Mauritaniam et Cyrenen regiones. Vide et Leon. African.

§ 3 *Laudabile*] Cic. de Nat. Deor. I.

Vitio tabernaculum captum] Plutarchus ita definit, quid sit capere vitio tabernaculum. 'Si tabernaculum,' inquit, 'cepisset is, quod augurium capturus esset, ita ut antequam auspicium ceperit, aliquid aliud egisset quod ad augurium non pertineret; tum id tabernaculum vitio captum esse dicebatur, et si auspicia cepisset in eo, nihil valebant.' Cicero quoque libro de Divinat. ita inquit: 'Quid apud te scriptum de Tiberio Graccho? nonne et Augurum et Aruspicum comprobat disciplina? qui cum tabernaculum vitio cepisset imprudens, qui inauspicato pomœrium transgressus esset, comitia consulibus creandis habuerit.'

Comitiis consularibus] Quæ ad creandos consules habuerat. Comitia, ut, scribit Asconius, fuerunt ædilitia, prætoria, tribunitia, et consularia. Aulus vero Gellius dicit, comitia alia fuisse curiata, alia centuriata, alia tributa. 'Comitium' autem erat locus, teste Varrone, quo coibant comitiis curiatis magistratus creandi causa: nam in campo Martio eligebatur magistratus habitis comitiis. De ordine autem comitiorum multa apud Livium, plura autem apud Dionysium lib. VIII. ubi de Coriolani damnatione loquitur, videre licet. *Idem.*

Corsica] Hæc Insula non procul est a Sardinia, novem stadia. Author Strabo.

§ 4 *Consimili ratione, &c.*] Vulgo, *Consimili ratione post P. Cœlius, M. Cornelius, M. Cethegus.* Mss. Codd. omisso vocabulo, *post*, hæc ita legunt: *Consimili ratione P. Cœlius Siculus, M. Cornelius Cethegus.* Et recte; nam antea hæc contigere, quam quæ de Tib. Graccho retulit. De P. Cœlio Siculo nihil me legisse memini, modo non is sit, qui anno urbis CCCLXXVI. inter trib. militum nominatur a Livio lib. VI. M. Cethego et Q. Sulpi-

cio Flaminium ablatum, circa urbis DCXXXII. annum, ex Plutarchi Marcello colligere est. Idem quoque Cethegus non multo post ædilis curulis est factus, deinde prætor, censor, et consul. De C. Claudio Diali flamine abdicare jusso, refert idem Liv. lib. XXVI. quod quidem anno urbis DCXLIII. factum fuisse constat. Cæterum hæc exempla Campense exemplar sub uno titulo non inepte connectit. *Pigh.* Contigit A. U. DXLIII. Liv. lib. XXVI.

Publius Clœlius] Titi Clœlii aliquot noti ex Livio: nullus Publius, nisi Publius Cornelius Crassus Tribun. mil. Cons. pot. Anno U. C. CCCLXXVII. Legitur in Codice altero Bongarsii: *post Clœlius.* Scripserit fortassean Valerius noster: *Consimili ratione postea Clœlius Siculus.* Prænomina raro addit Valerius. *Colerus.*

Exta parum curiose] Quia cæsa victima et immolata, sacerdotes propria lance imposita debebant exta diligenter altaribus admovere, deinde quasi sacrata suscipere, et sic vesci: quod cum illi negligenter fecissent, Sacerdotio privati sunt. *Oliver.*

Flaminio] Sacerdotio flaminis; nam sicut a pontifice pontificatus dicitur, sic a flamine, hoc est, sacerdote, flaminium sacerdotium.

Coactique] Quia sacerdotio abire nolebant.

At Sulp.] Contigit A. U. DXXXII. circiter.

Apex] Contigit A. U. DXXXII. circiter. Plut. Marcell. Erat autem *apex* in summo flaminis pileo virga lanata, ut supra diximus; hoc est, in cujus extremitate modica lana erat alligata. Virgilius: 'Ecce levi summo de vertice visus Iuli Fundere lumen apex, et circum tempora pasci.'

§ 5 *Occentus, &c.*] Vix, inquit, creati fuerant Dictator et Magister equitum, cum sacrificantes vocem soricis audivere, et magistratum deponere coacti sunt. Plin. ait: 'Concentu soricum dirimi auspicia annales testati sunt.' *Oliv.* Alii *Concentus* legunt; sed rectius *Occentus*, quasi obstrependo sonus factus videatur. *Badius.* Plutarchus non Fab. Maximo, sed Minutio hoc ait accidisse. Vide Plin. lib. VIII. cap. 75. *Coler.*

§ 6 *Adjiciendum*] Contig. A. U. DXLVII.

Virgo Vestalis] Virgines Vestales perpetuum ignem servabant, ut ad simulachrum cœlestium syderum custos imperii flamma vigilaret, teste Floro, qui dicit: 'Numa Pompilius focum imprimis Vestæ Virginibus colendum dedit, ut ad simulachrum cœlestium syderum custos imperii flamma vigilaret.' Alii dicunt quod ideo servabant, ut significarent se ita perpetuo puras et inviolatas esse debere, sicut inviolatus servabatur ignis. His etiam, teste Livio, stipendium de publico dari statuit Numa Pompilius, qui hoc sacerdotium instituit, ut assiduæ templi antistites essent, easque virginitate et aliis ceremoniis venerabiles et sanctas fecit.

Æterni ignis] Perpetuo observandi. Piaculum enim erat ignem extingui, quem Vesta repræsentabat. De qua Ovidius: 'Nil aliud Vestam quam puram intellige flammam,' &c. Quod nomen a Chaldæis profluxit. אשתרי id est, *Esta*, iis ignem denotat. Vide quæ diximus ad Sallustium p. 35.

§. 7 *Maximæ vero virginis Æmiliæ discipulam*] Mendose *Maxime.* Reperitur enim in Ms. Campensi, atque etiam Gemblacensis vetusto codice, quem vir optimus atque doctissimus Augustinus Hunnæus nobis procuravit, *Maximæ vero virginis Æmiliæ discipulam.* Correcte quidem. Dicebatur enim 'Virgo Maxima,' quæ vel senior natu collegio Vestalium præsidebat, vel diutissime in eo sacerdotio fuerat: cujus erat instruere ac docere reliquas. Maximarum vero virginum statuæ plures ad ædem Vestæ

honoris causa Romæ fuerunt positæ, quarum bases marmoreæ insculptis titulis adhuc reperiuntur, e quibus hoc loco adduxisse unam sufficiat: COELIAE. CLAVDIANAE. V. V. MAXIMAE. A. DIIS. ELECTAM. MERITO. SIBI. TALEM. ANTISTITEM. NVMEN. VESTAE. RESERVARE. VOLVIT. COELIA NERVIANA. SOROR. VNA. CVM. PIERIO. CONIVGE. AC. LIBERIS. ORANTES. VT. PER. SAECVLA. FACERE. DII. PERMITTANT. Sic Suetonius in Domitiano: 'Mox Corneliam virginem maximam absolutam olim, dehinc longo intervallo repetitam atque convictam defodi imperavit.' Tacitus in fine libri II. pro 'maxima,' 'vetustissimam' appellat. 'Et Vibidiam,' inquit, 'virginum Vestalium vetustissimam oravit pontificis maximi aures adire; clementiam expetere.' Hæc Tacitus de Messalina a Claudio jam damnata. Dionysius Halicarnass. lib. II. de Æmilia eandem, quam Valerius, refert historiam, eamque tunc ignis custodiam uni ex novitiis adhuc ceremonias discenti commisisse dicit. Hinc Valerius *Æmiliæ discipulam* vocat. *Pigh. Maximæ vero virginis*] Dionysius Halicarnassæus, 'Deficiente,' inquit, 'aliquando negligentia quadam igne, custode tunc ejus Æmiliæ alterique virginum nuper electarum, et tunc discentium, tradente ejus curam, perturbationem fuisse tota in urbe multam, et inquisitionem per pontifices, ne pollutio aliqua circa ignem sacerdotibus extitisset. Tunc Æmiliam ferunt insontem quidem, sed dubitabundam ex humano casu potificibus, sacerdotibus, et aliis virginibus, manus super aram tendentem ita dixisse: Vesta Urbis Rom. custos, siquidem pie et juste sacra tibi perfeci, annis paulo minus triginta, et animum purum habens, et corpus castum, demonstra mihi, sisque auxilio, neque parvi pendas sacerdotem tuam morte mori miserrima; si vero impium aliquod gestum est a me, meo ipsius supplicio urbis pollutionem expia. Hæc dicentem et scindentem a carbasca veste, qua tunc amicta erat, fasciam, post preces factas jecisse super aram dicunt, et ex frigido multo ante nullamque servante scintillam cinere flammam emicuisse multam per carbasum: ita ut nec civitati lustratione, nec novo opus esset igne.' *Oliver*.

Carbasum, quam optimam habebat] Pulmanni codex, atque Gemblacensis, *quem optimum habebat*. Idem est: æque enim masculino singulariter reperiri 'carbasus' ac fœminino, pluraliter in neutro, Phocas, Probus, et Caper tradunt. Nonius docet *carbasum* esse pallium e serico vel tenui lino, quo fœminæ divites amiciuntur. *Pighius*.

§ 8 *Scrupulosa*] Sollicita et exquisita diligentia, ut nihil omnino prætermitteretur; nam 'scrupulus' lapillus brevis est, quæ brevitate sua fere non videtur, sed calcatus sollicitudinem creat: unde 'scrupulum' sollicitudinem et difficultatem dicimus. Terentius, 'Injeci scrupulum;' et 'scrupulosum' sollicitum et anxium dicimus.

Clastidio] Urbe Galliæ Cisalpinæ.

Syracusis] Siciliæ urbs et colonia amplissima. Hanc Cicero lib. IV. in Verrem, et Plutarchus in vita Marcelli, quatuor urbibus constare tradunt; Neapoli nempe, Achradina, Ἀχραδίνη, Tyche, Τύχη, (Ityca, Ἰτύκη, Diodorus legit libro II.) et Insula; Livius Acradina et Tica scribit. Quinque urbes intra mœnia continere, perhibet Strabo lib. VI. Epipolas pro quinta parte annumerari putat Casaubonus. Ea pars, quæ Ciceroni Insula est, Straboni Ortygia dicitur. Hanc Insulam quoque incolis Nason vocari, Livius auctor est, lib. XXV. Eandem Homothermon ab initio appellatam scribit ex Nicandro Fazellus. Lege de hac Flor. lib. II.

cap. 6. *Ortelius.*

Votis] Votum duplex est, conceptivum et nuncupativum. Conceptivum est, quod animo et mente solum percipitur, sed verbis non exprimitur: Nuncupativum vero, quod nominativa voce declaratur atque vovetur: ut si dixero: Si valetudinem recuperavero, statuam argenteam in templo Apollinis constituam et erigam. Qui vota nuncupassent, ea libellis inscripta porticibus affigebant. *Oliver.*

Unam cellam] Quam imperiti 'capellam' vocant, id est, sacellum.

Nisi certis Diis] Ut Polluci et Castori, ut Apollini et Dianæ, ut Veneri et Adonidi, ut Cybelæ et Atti. Hæc numina societatem inter se habere dicebantur; itaque ambobus una sacrificabatur, præsertim Castori et Polluci; ita tamen ut utrique suus haberetur honos, et ideo Marcellus coactus hac admonitione et superstitione Pontificum non unam ædem duobus Diis, sed duas ædificare et consecrare. *Oliver.*

§ 9 *Consularibus*] Distinctius aptiusque scribo, *tot* et *tam;* item, *consulatibus.* Nam de Marcello retulerat quintum Consule. Itaque recte, *consulatus multos,* non pariter, *consulares* legeris. Nec enim plures præcessere. *Lips.*

Collegii Saliorum] Salii, ut Livius tradit libro XII. in urbe fuere a Numa constituti, et Marti Gradivo consecrati, qui totidem ancilia per urbem cum saltibus gestabant, tripudiis canentes veterem Mamurii memoriam.

Collegii Saliorum] Servius Danielis ad Æneid. VIII. 'Salii sunt, qui tripudiantes aras circumibant. Saltabant autem ritu veteri armati post victoriam Tiburtinorum de Volscis. Sunt autem Salii Martis et Herculis, quoniam Chaldæi stellam Martis Herculem dicunt, quos Varro sequitur, et Tiburtes Salios etiam dicaverant. Quidam hos a 'saltu' appellatos tradunt, quos alii a Numa institutos, ut arma ancilia portantes saltarent. Ergo hinc a 'saltu' appellati. Horum numerum Hostilius addidit: nam duo sunt genera Saliorum, sicut in Saliaribus Carminibus invenitur, Collini et Quirinales a Numa instituti: ab Hostilio vero Pavorii et Pallorii instituti. Habuerunt sane et Tusculani Salios ante Romanos. Alii dicunt Salium quendam Arcadem fuisse, qui Trojanis junctus, hunc ludum in sacris instituerit: nonnulli tamen hos a Dardano institutos volunt, qui Samothracibus Diis sacra persolverent. Quidam etiam dicunt Salios a Morrio Rege Veientanorum institutos; ut Alesus Neptuni filius eorum Carmine laudaretur, qui ejusdem regis familiæ auctor ultimus fuit.' Vetus Glossarium: 'Salius, Ἱερεὺς ὁ τὰ διοπετῆ ὅπλα θεραπεύων· ὑμνῳδός· πρύτανις.' Adi Festum. *Colerus.*

Ancilia] Ancile de cœlo delapsum, ut fingebant, Numa consecravit.

Ita se humanarum rerum] Magis placet Pulmanniani exemplaris lectio: *Ita se humanarum rerum velut curam gerere existimantia.* Quæ quidem sententia pulchrior et nitidior videtur. *Pighius.*

§ 10 *Quod animi judicium*] Contigit A. U. CCCLXIII.

Pontem sublicium] Festus ait quorundam opinione esse vocabulum hoc Volscorum. Scaliger *sublicum* non secus atque 'obliquum' dici existimat, ab inusitato 'liquis.' Liquis autem, ut vetus autor loquitur de Figuris, est, quæ minuendi laboris causa, et salva tectorum ratione angulorum secundum ipsam extremitatem subtenditur. *Scalig.* Pons autem sublicius, et Pons sacer, et Pons Herculis, et Pons Æmilius a Lampridio, et ab Antonio Pons Lepidi dictus, circiter pedes sexcentos a Palatino distat. Fundamenta parum supra Navalia in fluminis alveo apparent, ex solido marmore: unde aliquando pons mar-

moratus dictus, omnium primus et antiquissimus, hodie nullus. *Fabritius.* Vide et Marlianum.

Janiculum] Urbi ab Anco Mons hic additus; nunc a flavis arenis mons aureus vel Montorius dicitur.

L. Albanius] Ita lib. Dan. Florus et Livius, *L. Albinius.* An rectius erat *Albinus?* Coler.

Cære in oppidum pervexit] Ita correcte magis in antiquo: vulgo, *Cere in oppidum pervexit.* Pigh.

Cære in oppidum] Lib. Dan. *Cære oppidum:* quod agnosco lubens. De hoc oppido Livius, Plinius. Agillam olim dictum fuisse multis docet Servius Æneid. VIII. Strabo lib. v. *Coler.*

Cæremonias] Vide supra ad Prologum.

§ 11 *Eadem tempestate*] Contigit A. U. CCLIII.

C. Fabius Dorsuo] *Dorso* videtur scribendum, ut Mento, Pedo, Gulo, Fronto, Capito, qui item ejus generis cognomina sunt. Quædam manuscripta exemplaria perperam, *dorso suo*, habent. An vero hinc Fabio cognomen, quod sacra dorso ac humeris per hostium castra tulerit? *Pigh.*

Namque Gallis, &c.] Scilicet Senonibus.

Capitolium] Capitolium in monte Tarpeio situm, Superbi maxime opus. Quod his fere verbis describit Dionysius: 'Situm est in alta crepidine, habetque in ambitu octo jugera, sic ut latera singula ducentorum fere pedum sint, exigua latitudinis et longitudinis differentia, nisi quod ista illam vincit vix pedibus quindenis. Qua parte frons ejus meridiem spectat, triplici columnarum ordine circumcingitur, ab aliis lateribus duplici. In ipso sunt tres cellæ ex ordine, a lateribus communione parietum clausæ, media est Jovis, utrinque altera Junonis, altera Minervæ, sub eodem laqueari, eodemque tecto.' Hæc hactenus Dionysius. Capitolium autem ita vocabant, quam Græci ἄκραν, quod esset κορυφὴ τῆς πόλεως. At fabula capitis inventi ad gentis nobilitatem. *Capitolium* ergo Latina vox, ut Pergamus in Phrygia. *Scaliger.* De ejus magnificentia non opus est multa adferre. In illo Tarquinii Capitolio primitus ænea erant limina, et trium mensarum argentea vasa in cella Jovis, Jovemque in culmine cum quadrigis aureis ædiles posuerant. Post Carthaginem eversam laquearia inaurata fuerunt. Catulus autem tegulas æreas inauravit. Suo tempore in inaurationem solam 12000. talenta impensa refert Plutarchus, id est, nostra computatione, septem milliones. *Lips.* Recte itaque dixit Virgilius: 'Hinc ad Tarpeiam sedem, et Capitolia ducit, Aurea nunc, olim sylvestribus horrida dumis.'

Fabiæ gentis] Antiquissima gens, quæ ad Aborigines primos Latii populos originem refert, stirpem ad Fabium Herculis filium, ut scribit Plutarchus in Maximo. Fuere in ea gente, Vibulani, Ambusti, Maximi, Pictores; addidit et Labeones ex antiquis denariis F. Ursinus.

Ne statum Fabiæ gentis sacrificium interrumperetur] Sic etiam Atrebatensis collegii Ms. Codex. Quæ antiqua lectio videtur esse, remanens item in Gemblacensi. *Stata sacrificia* vocat Festus, quæ certis diebus fieri debent, citatque M. Catonis verba in L. Veturium, cum ei equum Censor adimeret, cum dicit: 'Quod tu, quod in te fuit, sacra stata solennia, capite sancta deseruisti.' Quod vocabulum et Livio restitui poterit ubi de hac eadem re scribit lib. v. legendumque ita: 'Sacrificium erat statum in Quirinali colle Fabiæ genti.' *Pighius.*

Gabino ritu] Videlicet toga in tergum rejecta sub lacerto, ita ut ad dexteram partem laciniam traherent, et sub veste exteriore laciniæ manus dextra teneretur: hoc factum est, quia cum Gabini sacra celebrarent,

hostes superveuere; illi autem, rejecta per tergum lacinia vestis, ut essent expeditiores, hostem insecuti fuderunt atque fugarunt. De hoc ritu Lucanus: 'Turba minor sequitur ritu succincta Gabino.' *Oliver.* Vide et Serv. et Isidor. lib. XIX. cap. 24.

Quirinalem collem] Qui a Quirini æde nomen accepit. Habet ab ortu Viminalem; a meridie Cæsaris et Nervæ forum; ab Occidente, Urbem planam; a Septentrione Collem Hortulorum, et Campum Martium. Dicitur et Agonius, quod Circo Flaminio eruptione Tiberis inundato, ludi Agonales in eo fierent. Si Victoris liber emendatus est, Clatræ et Apollinis dicitur a templo quodam. Hodie autem Mons Caballinus dicitur, a duobus equis marmoreis, qui stant ibidem in excelsa basi, cum suis ductoribus, prope ædem S. Saturnini, qui a Phidia et Praxitile sunt facti, si titulus verus est. *G. Fabricius.*

§ 12 *Magna conservandæ religionis*] Livius de Bello Macedonico lib. XL. 'Eodem,' inquit, 'anno in agro L. Petilii Scribæ sub Janiculo, dum cultores agri altius moliuntur terram, duæ lapideæ arcæ octonos ferme pedes longæ, quaternos latæ, inventæ sunt, operculis plumbo divinctis. Literis Latinis Græcisque utraque arca inscripta erat; in altera Numam Pompilium, Pomponis filium, regem Rom. sepultum esse; in altera libros Numæ Pompilii inesse. Eas arcas cum ex amicorum sententia dominus aperuisset, quæ titulum sepulti regis habuerat, inanis inventa sine ullo vestigio corporis humani, ac ullius rei per tabem tot annorum omnibus absumptis; in altera duo fasces candelis involuti, septenos habuere libros non integros modo, sed recentissima specie; septem Latini de Jure Pontificio erant, septem Græci de Disciplina Sapientiæ, quæ illius ætatis esse potuit.' Addit Antias Valerius Pythagoricos fuisse, vulgatæ opinioni, qua creditur Pythagoræ auditorem fuisse Numam, mendacio probabili accommodata fide; primo ab amicis, qui in re præsenti fuerunt, libri lecti, mox pluribus legentibus cum vulgarentur, Q. Petilius Prætor Urbanus studiosus legendi hos libros a L. Petilio sumpsit, et erat familiaris usus, quod scribam eum quæstorem Q. Petilius in decuriam elegerat. Lectis rerum summis cum animadvertisset pleraque dissolvendarum religionum esse, L. Petilio dixit, sese eos libros in ignem conjecturum esse, prius quam id faceret, se ei permittere, uti si quid, seu jus, seu auxilium se habere ad eos libros repetendos existimaret, reperiretur, id integra sua gratia eum facturum. Scriba Tribunos plebis adiit, a Tribunis ad Senatum res est rejecta; Prætor se et jusjurandum dare paratum esse aiebat, libros eos legi servarique non oportere: Senatus censuit satis habendum, quod prætor jusjurandum polliceretur, libros primo quoque tempore in comitio concremandos esse, pretium pro libris, quantum Q. Petilio Prætori majorique parti tribunorum plebis videretur, domino esse solvendum, id scriba non accepit, libri in comitio, igne per victimarios facto, in conspectu populi cremati sunt. De numero librorum Plin. Nat. Hist. lib. XIII. varias refert scriptorum opiniones, ut alii XIV. alii plures, alii pauciores fuisse dicant. *Oliver.*

Lucii Petillii Scribæ] Varro non Petillii, sed Terentii agrum fuisse dicit, teste Augustino de Civit. Dei; quod ita solvitur, intelligamus agrum fuisse Petillii, ejus cultorem fuisse Terentium. *Badius.*

Janiculo] Vide supra ad Exempl. 10.

Versantibus] Fodiendo invertentibus.

Numæ Pompilii, &c.] In aliis, *Numæ Pomponis filii.* Sic enim Livius lib. XL. cujus eadem fere verba refert

Valerius: 'Quæ formulam quasi nobis repræsentant epitaphii vetusti.' *Pighius.*

Victimarios] Per ministros victimarum, qui victimas ligabant, eultrum, aquam, et molam parabant, et reliqua, quæ sacris erant necessaria, victimarii dicebantur: erant igitur ministri sacrificiorum. *Oliver.*

§ 13 *Duumvirum*] Duo primum fuere tantummodo, qui libris Sibyllinis præficiebantur; et hi erant patritii: deinde decem præfecti sunt; postea quindecim usque ad Syllana tempora; postremo quinquaginta fuerunt; et licet fuerint plures, in his tamen decemvirorum nomen remansit. *Idem.*

Culeo insutum] Culeus erat eorium lupinum, in quo gallus, serpens, et simia includebantur: deinde qui ejusmodi supplicium meruisset, insuebatur hoc culeo, et in proximum fluentem projiciebatur. Pœna autem erat gravis, quia gallus serpentem, serpens simiam, simia hominem insequebatur. Hoc autem supplicii genus parricidis irrogatum est. P. Malleolus, matre intercempta, primus omnium insutus culeo in mare præcipitatus est. *Idem.*

Idque] Contigit A. U. DLIII.

Multo post] Vulgo, *non multo post.* Quia usque ad tempora Syllæ et Marii, qui sexcentesimo fuerunt ab urbe condita anno, hoc lege Pompeiana datum est ad populum. *Oliv.*

Idque supplicii genus non multo post] Eradenda vox negativa, *non*, quæ in nullo manuscriptorum habetur. Quadringenti enim amplius anni fuere post regum tempora, quando primus ea pœna periit Romæ matricida Malleolus. *Pighius.*

Multo post] Post bellum Cimbricum et victoriam Marii. Auctor Florus, et Oros. lib. v. cap. 16. *Coler.*

§ 14 *Sed in his quæ custodiam*] Hic M. Atilius Regulus fuit, qui primo Punico bello post gravissimas Carthaginiensibus clades illatas, tandem insidiis Hasdrubalis et Xanthippi Lacedæmonii ducis captus, et Carthaginem ductus, Romam missus est ad Senatum, ut ipsius permutatione omnes Carthaginiensium captivi restituerentur; contentique solo ejus sacramento, nullo alio de ritu valide illum astrinxerunt. Hoc in Senatu cum Attilius exposuisset, primus de hac re sententiam rogatus, negavit pro se uno et senc tot juvenes et validos hostibus esse reddendos, in cujus sententiam facto senatusconsulto non reddi scilicet captivos, cum, ut in patria remaneret, a familiaribus et liberis enixe rogaretur, qui dicerent nefas non esse perfidis fidem non servasse, nulla ratione adduci potuit, ut a fide desisteret. Maluit ergo ad certum supplicium redire, quam jusjurandum violare: poterat hic saluti suæ consulere, sed quamvis se seiret ad sævissimum hostem rediturum, tamen religionem servandam esse putavit, novis namque et exquisitis exemplorum modis excruciatus est. Etenim resectis palpebris in machinam conjectus est, cui erant aculei præfixi, vel claviculi pedibus acutis in interiorem partem versi, tractaque est per totam civitatem machina, et in omnes partes versata, denique, post multos cruciatus in mare dejecta. Cicero in Oratione contra Pisonem: 'Nec mihi M. Attilius Regulus, quem Carthaginienses resectis palpebris illigatum in machina necaverunt vigilando, supplicio videtur affectus. Supplicium enim fuisse venenum a Carthaginiensibus datum, quo tempore Romam ad Senatum pro captivorum permutatione legatum misere; quod ejusmodi fuit, ut non statim eum interimeret, sed mortem in diem proferret eo consilio; postea vero grassante sensim veneno, cor tabesceret.' Alii aliter ferunt de hujus viri supplicio, dicunt enim quod eum Carthaginienses in atris et profundis tenebris claudebant, ac diu retentum,

post ubi Sol visus erat ardentissimus, repente educebant, et adversus ictum Solis oppositum continebant, atque intendere in cœlum oculos cogebant, palpebrasque ejus, ne connivere posset, sursum deorsum ductas insuebant. Tuditanus autem somno diu prohibitum, atque ita vita privatum refert: idque ubi Romæ cognitum est, nobilissimos Pœnorum captivos liberis Reguli a Senatu deditos, et ab his, in armario muricibus præfixo destitutos, eadem insomnia cruciatos, interiisse. *Oliver.* Contigit A. U. CCCCXCVIII.

Missus] Contigit A. U. DIII.

Non ignarus] Hoc idem affirmat Cicero in Paradoxis; dicit enim: 'Neque ego M. Regulum ærumnosum, nec infelicem, nec miserum unquam putavi; non enim magnitudo animi cruciabatur a Pœnis, non ejus gravitas, non fides, non ulla virtus, non denique tot virtutum præsidio munitus animus, tantoque conatu virtutum septus, cum corpus caperetur, capi ipse certe non potuit.' Item Offic. lib. III. 'Nec vero tum ignorabat se ad crudelissimum hostem, et ad exquisita supplicia proficisci, sed jusjurandum servandum putabat.'

Infestos Deos] Quippe quorum multa funera ediderat. *Oliver.*

Infestos Deos] Abest vox posterior a lib. Dan. et abest jure. Intelligit Carthaginienses. *Coler.*

Verum his juraverat] *Quia* vulgatum in Campensi non habetur, et superfluum est, hiulcamque reddit clausulam. *Pighius.*

Potuerunt profecto Dii] Hic quasi deplorat, indignam Atilii Reguli mortem: dicit enim, si quid pietatis est, potuerunt Dii lenire efferatam Carthaginiensium crudelitatem.

Uti moribus suis] Qui semper perfidi et immanes fuerant.

Tertio Punico bello] Tametsi nunc quidem id Carthaginiensibus concessere, Dii tamen post aliquot annos de illis graves, quamvis seras, sumpsere pœnas; nam urbem eorum delevit Scipio Æmilianus. Primum namque bellum confecit Lutatius, secundum Africanus superior, tertium Scipio Æmilianus, qui dictus est Africanus inferior. Constat autem, teste Eutropio, Carthaginem anno DCC. postquam condita fuit, deletam *Oliver.*

§ 15 *Quanto nostræ civitatis Senatus*] Post Cannensem cladem, quæ accepta est Terentio Varrone et Paulo Æmilio Coss. apud Cannas Apuliæ vicum, hac maxime clade nobilitatum, ubi supra XL. hominum millia a Pœnis cæsa fuisse traduntur cum Paulo Æmilio Consule, tantus mœror civitatem incessit, ut omnes in luctu et squalore positi essent, nec ulla domus tanti mœroris expers inveniretur; et propterea Cereris sacra, quæ non nisi per matronas in candida veste celebrari licebat, suo ritu perfici non possent, quia lugentibus interesse non liceret, Senatus jussit ne ultra XXX. diem flerent matronæ, ut sacra Cereris perficere possent. Liv. lib. XXII. de Bello Punico secundo, 'Tum privatæ quoque,' inquit, 'per domos clades vulgatæ sunt, adeoque totam urbem complevit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris intermissum sit, quia nec lugentibus id facere est fas, nec ulla in illa tempestate matrona luctus expers fuerit. Itaque, ne ob eandem causam alia quoque sacra publica desererentur, Senatusconsulto diebus triginta luctus est finitus.' *Oliver.*

Trigesimum] Alioqui per annum lugere cogebantur.

Romanorum virorum] Sic Mss. Vulgo: *Romanarum virium parte.* Mulieres enim, licet occisis viris afflictæ, festiva Cereris sacra obire coactæ sunt. *Pigh.*

Candidam induere vestem] Quod in candida veste Cereri sacrificaretur a matronis, testatur Ovid. Met. X. 'Festa piæ Cereris celebrabant annua

matres, Illa quibus nivea velatæ corpora veste Primitias frugum dant spicea serta suarum.' *Oliver.*

Dare thura] Suffitu credebantur Dii delectari. Antiquissimis tamen temporibus thura in usu non fuere. Arnob. contra Gentes lib. VII. 'Percunctamur de thure, unde aut quo tempore nosse illud, aut scire poteritis, ut merito existimetis aut esse Diis dandum, aut eorum acceptissimum voluntati. Novella enim propemodum res est, neque annorum inexplicabilis series, ex quo ejus notitia profluxit in has partes, et delubris meruit interesse divinis. Neque enim temporibus, quemadmodum creditur et perhibetur, heroicis, quidnam thus esset, scitum est, scriptoribus ut comprobatur a priscis, quorum in libris posita nulla ejus mentio reperitur, neque genitrix et mater superstitionis Hetruria opinionem ejus novit aut famam, sacellorum ut indicant ritus, uequc quadringentis annis quibus Albana res vigait, in usum cuiquam venit, sacra res cum fieret, neque ipse Romulus, aut religionibus artifex in comminiscendis Numa, aut esse scivit, aut nasci.'

§ 16 *Creditum est, Varronem Consulem*] Necdum discedit a Cannensi clade, sed ejus occasione post laudatam religionis observantiam transit ad exempla neglectæ religionis a Romanis. Quo loco vulgati codices peperam novum caput constituunt. *Pighius.*

Creditum, &c.] Transit ad neglectam religionem. Hic autem Varro, qui C. Terentius dictus est, loco non solum humili, sed etiam sordido natus erat, teste Livio; nam patrem ejus lanium fuisse dicit, ipsum institorem mercis, filioque hoc ipso in servili ejus artis ministerio usum. Is juvenis ex eo genere quæstus pecunia a patre relicta, animum ad spem liberioris fortunæ adjecit, togaque et forum placuere, proclamando pro sordidis hominibus causisque adversus rem famamque bonorum; primo in notitiam populi, deinde ad honorem pervenit. *Oliver.* Contigit A. U. DXXXIII.

Tam infeliciter] Quia, ut supra diximus, cæsa fuisse feruntur plus quam XL. millia Romanorum, et supra XX. millia capta cum ipso imperatore Paulo.

Ludos Circenses] Ludi erant iidem qui et Romani, sicut idem Cic. testatur. Hi fiebant in honorem Jovis, Junonis, et Minervæ. Et referebant veluti ludos Olympicos Græcorum. Præmittebatur his ludis pompa Circensis. Hinc Sponsiones pro victoria aurigarum, qui quatuor coloribus distincti, de quibus Cassiodorus Var. Epist. lib. III. 51. 'Colores autem in vicem temporum quadrifaria divisione funduntur, Prasinus virenti verno, Venetus nubilæ hyemi, Roseus æstati flammeæ, Albus pruinoso autumno dicatus est; ut quasi per duodecim signa digrediens, annus integer signaretur; sic factum, ut Naturæ ministeria spectaculorum composita imagine luderentur.' Vide et Tertullianum lib. de Spectac. cap. 9. et Bullengerum de Circensibus Ludis.

Ædilis faceret] Aliud officium erat Ædilis Curulis, aliud Plebeii. Quidnam autem esset officium Curulis, Cicero Verr. ult. ostendit: 'Nunc sum,' inquit, 'designatus Ædilis. Habeo rationem quid a populo Rom. acceperim, mihi sanctissimos ludos maxima cum ceremonia Cereri, Libero, Liberæque faciendos, mihi Floram matrem, populo plebique ludorum celebritate placandam; mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Jovi, Junoni, Minervæ esse faciendos; mihi sacrarum ædium procurationem, mihi totam urbem tuendam esse commissam, ob earum rerum laborem et solicitudinem fructus illos datos antiquiorem sententiæ

dicendæ locum, togam prætextam, Sellam Curulem.' Ædiles plebeii ædibus tantum præerant. Ic. l. II. ff. de Orig. Jur. ita loquitur: 'Itemque ut essent qui ædibus præesseut, in quibus omnia scita sua plebs deferebat, duos ex plebe constituerant, qui etiam ædiles appellati sunt.' *Oliver.*

Histrionum] Sunt qui velint *Histrionem* ab Istria dictum, quia qui primus Romæ scenicam artem exercuit, ab Istria venerit; alii non ab Istria, sed ab Hetruria accitos Romam Histriones fuisse dicunt. Erant autem Histriones, qui Latine Ludii dicuntur, qui personati in scena comœdias et tragœdias agebant voce et corporis gestu, de quibus Cicero in Paradox. 'Histrio,' inquit, 'si paululum se moveat extra numerum, aut si versus pronunciatus est syllaba una brevior aut longior, exibilatur, exploditur.' Histriones autem infames erant. Vide II. 4. 4.

Expiatum] Expurgatum: quia infamis conditionis puerum excubiis Jovis præfecerat.

§ 17 *Potitii sacrorum ejus ritum*] Hercules, ut auctor est Livius, post occisum Cacum propter abactas boves, cum esset ad Evandrum deductus, se Jovis filium et Caci mortem virtute probavit; ob quam rem ab Evandro benigne est hospitio susceptus et pro numine habitus, denique ara maxima est ei constituta, quod Herculi Delphicus Apollo in Italia fore prædixerat, et Carmenta mater Evandri multo ante fuerat vaticinata. Cum ergo de suo armento ad sua sacrificia boves dedisset, inventi sunt duo senes, Pinarius et Potitius, quibus, qualiter se vellet coli, ostendit: scil. ut mane et vesperi ei sacrificaretur. Perfecto itaque matutino sacrificio, cum circa Solis occasum essent sacra repetenda, Potitius prior advenit; Pinarius postea extis jam consumptis. Unde iratus Hercules, statuit ut Pinariorum familia tantum ministra esset epulantibus Potitiis et complentibus sacra. unde et Pinarii dicti sunt a πεῖνα, quæ Græce dicitur *fames;* nam senem illum, ut vult Servius, constat alio nomine fuisse nuncupatum. Unde Virgilius: 'Primusque Potitius auctor, Et domus Herculei custos Pinaria sacri.' *Oliver.*

Auctore Appio] Quia Appius auctor fuerat, ut hoc sacrificium transferrent ad ministerium servorum. Sciendum est, quod, teste Macrobio Saturn. lib. I. Sacris Herculis mulieres interesse non licebat. *Idem.*

Intra annum] Festus, intra diem trigesimum: cum Valerio sentit Serv. ad Æn. VIII. cum ait: 'In sacris Herculis nec servi intererant nec liberti: adeo ut Appius, qui sacra hæc transtulit in libertos, vel, ut quidam volunt, in servos publicos, et caruerit oculis et intra annum omnem familiam perdiderit.' Idem Servius ad illud: 'Herculei custos Pinaria templi,' intra breve tempus extinctos fuisse refert. Porro Valerius scribit nomen Potitium prope interiisse: Festus, omnes interiisse. *Coler.*

Luminibus captus] Oculis et luce privatus. De hoc Appio dicemus lib. VIII. cap. 13. Fuit autem qui cum Pyrrho Epirotarum Rege pacem, quibus ille petebat conditionibus, fieri dissuasit anno ab Urbe condita CCCCLXI. teste Eutropio lib. secundo. *Oliver.*

§ 18 *Acer etiam sui numinis vindex Apollo*] Apollo nihilo segnius et ipse suum numen ultus est. Cum enim Scipio Africanus inferior Carthaginem militibus diripiendam concessisset, quidam Apollinis templum ingressus, ejus simulacrum aurea veste indutum spoliare tentavit; qua re indignatus Apollo, id egit, ut sacrilegæ manus inter fragmenta vestis et fimbrias a corpore abscissæ reperirentur.

Invenirentur abscissæ] Non dicit a quo, quasi a numine factum sit, cum forte a petentibus partem prædæ factum putet. *Badius.*

Brennus Gallorum Dux] Affert secundum exemplum de vindicta Apollinis in sacrilegium Brenni, ducis Gallorum in Gallogræcia; qui cum Delphicum templum spoliasset, in furorem versus, sibi manum intulit.

Brennus Gallorum dux] In Campensi: *Brennus quoque Gallorum dux.* At in Mss. plerisque libris omnino omissum hoc exemplum est. Et sane inter externa potius referri debet. *Pighius.*

Brennus Gallorum dux] Audi Justinum lib. XXIV. de Brenno sic disserentem: 'Habebat,' inquit, 'Brennus lecta ex omni exercitu peditum sexaginta quinque millia: Delphorum sociorumque non nisi quatuor millia militum erant; quorum contemptu Brennus, ad acuendos suorum animos, prædæ ubertatem omnibus ostendebat, statuasque cum quadrigis, quarum ingens copia procul visebatur, solido auro fusas esse, plusque in pondere, quam in specie habere prædæ adfirmabat. Hac adseveratione incitati Galli, simul et hesterno mero saucii, sine respectu periculorum in bellum ruebant. Contra Delphi, plus in Deo, quam in viribus spem reponentes, cum contemptu hostium resistebant; scandentesque Gallos e summo montis vertice partim saxis, partim armis, obruebant. In hoc partium certamine, repente universorum templorum antistites, simul et ipsi vates, sparsis crinibus cum insignibus atque infulis, pavidi vecordesque in primam pugnantium aciem procurrunt: advenisse Deum clamant, eumque se vidisse desilientem in templum per culminis aperta fastigia. Dum omnes opem Dei suppliciter implorant, juvenem supra humanum modum insignis pulchritudinis, comitesque ei duas armatas virgines, ex propinquis duabus Dianæ Minervæque ædibus occurrisse, nec oculis tantum hæc se perspexisse, sed audisse etiam stridorem arcus, ac strepitum armorum. Proinde nec cunctarentur Diis antesignanis hostem cædere, et victoriæ Deorum socios se adjungere summis obsecrationibus monebant. Quibus vocibus incensi omnes certatim in prælium prosiliunt. Præsentiam Dei et ipsi statim sensere: nam et terræ motu portio montis abrupta, Gallorum stravit exercitum, et confertissimi cunei, non sine vulneribus hostium dissipati, ruebant. Insecuta deinde tempestas est, quæ grandine et fulgure saucios ex vulneribus absumpsit. Dux ipse Brennus cum dolorem vulnerum ferre non posset, pugione vitam finivit. Alter ex ducibus, punitis belli autoribus, cum decem millibus sociorum citato agmine a Græcia excedit.'

Delphis] Ubi celeberrimum illud Apollinis oraculum, quam prædicendi vim spiritui terræ tribuit Cicero de Divinat. lib. I. et Diodor. lib. VI. et X. Defecisse existimant plerique, quod vis illa telluris exhausta esset vetustate. Sed revera Diabolus illi præerat, cui silentium indixit adventu suo Servator. Ita repente cuncta admodum obmutuere oracula. Quantæ opulentiæ fuerit hoc templum, ex eo apparet, quod Phocenses ad bellum sacrum plus quam decem talentorum Myriades acceperint. Inde opes templi, quæ quotannis donariis augebantur, existimari possunt.

Templum] De hac spoliatione templi meminit Justinus.

§ 19 *Nec minus efficax ultor*] Devictis partibus Bruti et Cassii Cæsaris interfectorum, Octavius, Antonius, et Lepidus, inter se orbem diviserunt. Octavius cadentem plagam, Lepidus meridianam obtinuit. Et cum Octaviam Octavii sororem Antonius duxisset uxorem, ut inita con-

fœderatio vim majorem posset habere, se contulit in Ægyptum, ubi captus est illecebris Cleopatræ reginæ, divortii libellum paulo post misit Octaviæ. Qua re indignatus Augustus, bellum intulit Antonio; quem cum Cleopatra navali prælio apud Leucadem Ambraciæ promontorium superavit. Cujus cladis acceptæ causam illam fuisse dicunt, quod Antonius præfectum quendam in lucum Æsculapio consecratum ad ligna succidenda navium conficiendarum gratia misisset; nam casus ita tulit, ut eo ipso tempore quo ligna cædebantur, Antonii partes devincerentur, ubi lucum cædendo violaverat. *Oliver.*

Æsculapius] Medicinæ præses, ideoque Apollinis filius. Hinc et ob vigilantiam, quæ in Medico requiritur, gallus ei sacer fuit. Unde et canis uberibus altus credebatur. Quod serpens eidem sacer fuerit, qui in se rediret, eo innuerunt annuam cœli conversionem atque aëris mutationem, quæ, ut varia effecta miseris mortalibus communicat, ita periti Medici est avertere. Pausanias tradit immolatam eidem fuisse capram, forte quod febri illam semper corripi Naturæ periti tradant. Ejus simulachrum barbatum, patris vero imberbe, merito ridet festivissimus Lucianus in Jove Tragœdo.

A Turullio præfecto] Alii, *Turilio.* Turullium etiam vocant Mss. Codices, et Dion Cassius Histor. lib. II. *P. Turullium*, referens eadem et quæ ad illustrandum hoc exemplum pertinent; nempe inter Cæsaris Dictatoris percussores proscriptum, postea bello Actiaco partibus Antonii adhæsisse, et ab eodem jam victo, et gratiam sibimet ambiente proditum ac traditum Augusto fuisse, ejusque jussu in insula Co, ubi lucum Æsculapii classis parandæ caussa succiderat, velut in vindictam numinis occisum fuisse. Scribe igitur in Valerio, *eum in lucum*, pro, *eum in locum.* Atque mox, *effecitque Deus, ut*, pro, *effecitque ut.* Ita enim volunt veteres libri. *Pigh.*

Adhuc superantibus] Id est, extantibus, impunitatem consimilis injuriæ ne evertantur, peperit. *Badius.*

§ 20 *Quintus autem Fulvius Flaccus*] Abbreviator Livii: 'Fulvius,' inquit, 'Flaccus Censor templum Junonis Laciniæ tegulis marmoreis spoliavit, ut ædem quam dedicaverat tegeret.' Hujus fuit uxor Sulpitia, quæ, ut Nasica judicio Senatus omnium optimus, sic matronarum sententia omnium castissima judicata fuit. *Oliver.*

5 *Tegulas*] Quærere libeat, cur eas tegulas transtulerit Fulvius. Rationem reddit Servius, ubi de nomine et templo Junonis Laciniæ Æneid. III. 'In hoc templo illud miraculi fuisse dicitur, ut si quis ferro in tegula templi ipsius nomen incideret, tamdiu illa scriptura maneret, quamdiu is homo viveret, qui illud incidisset.' *Coler.*

Junonis] Ut plurimum Juno cum Luna confunditur, quæ et Samia dicta, tanquam בעלת שמים, id est, *Baalet Schamaim*, sive regina cœli. Unde et Βήλθης Hesychio. Eadem Urania, Cœlestis. Augustinus eandem Pœnis Astartem vocari Quæst. XVI. ad Jud. 11. affirmat. Ita illa πολυώνυμος. Vide tamen Vossium de Idol.

Laciniæ] Lacinius latro fuit nobilissimus, qui extrema Italiæ multis latrociniis infestabat. Hunc Hercules, cum occidisset, ad expiationem loci placationemque Junonis, quæ sibi irata dicebatur, ei templum dedicavit, et a nomine latronis *Junonem Laciniam* appellavit. Virgilius: 'Hinc sinus Herculei, si vera est fama, Tarenti Cernitur: attollit se Diva Lacinia contra.' Nisi Lacinia dicatur a Lacinio promontorio. Alii dicunt a rege conditore fuisse nominatum templum illud: de quo diversas scriptorum sententias invenio, ubi situm fuerit. Nam Valerius cum

dicat in fine hujus exempli, cujus casu motus Senatus, tegulas Locros reportandas curavit, innuere videtur, Locris fuisse templum istud. At Livius Crotonæ fuisse ostendit, cum in descriptione illius urbis dicat: 'In urbe nobile templum ipsa urbe erat nobilius Laciniæ Junonis, sanctum omnibus circa populis.' Et iterum: 'Templum,' inquit, 'inclytum divitiis etiam, non tantum sanctitate.' At Strabo lib. VI. post fines Crotoniatas esse vult. 'Post Scyllaceum,' inquit, 'Crotoniatarum fines sunt, et Iapygum terna promontoria, deinde Laciniæ Junonis templum superiore ætate locupletissimum, donisque frequentissimis plenum.' Theocritus vero in Eclogis parte orientali propinquam Crotonem esse significat. Constat tamen promontorium Lacinium in regione Locrensi fuisse, teste Plin. Nat. Hist. lib. III. in Descriptione Locrorum. *Oliver.*

In ædem Fortunæ] Templum Deæ Fortunæ, quæ insidens equo fabricata fuerat et erecta. *Oliver.*

Fortunæ Equestris] Erat et templum Fortunæ Plebeiæ.

In Illyrico] Illyricum latissime patens Europæ regio, sed Plinius inter Arsiam et Titium flumina comprehendit. Cui respondet hodie Slavonia.

In Illyrico] In bello, quod gessit pop. Rom. adversus Persen Macedoniæ regem et Illyricos.

Tegulas Locros reportandas curavit] Pulmanni Codex habet: *loco reportandas;* fortassis legendum: *illico reportandas.* Neque enim nomen loci Livius ipse exprimit, ex quo videtur Valerius desumpsisse hanc Historiam. Et sane constat Laciniæ Junonis celeberrimum illud templum, non Locris fuisse, sed ad Crotonem, vix passuum milibus sex ab urbe distans, quod ipsum pulcherrime describit idem Livius lib. XXXIV. Meminere Strabo lib. VI. Virgilius Æneid. III. ac Commentator Servius, item Stephanus de Urbibus, et alii. *Pighius.*

Locros] Locri urbs est magnæ Græciæ. Populi autem vocantur Epizephyrii, a Zephyrio promontorio. Quos colonos fuisse Locrorum in Græcia constat. Erant enim in Græcia Locri, Ozolæ, Epicnemidii, et Opuntii. Ab Opuntiis juxta Virgilium Epizephyrii originem traxere. Naricios enim appellavit illo versu: 'Heic et Naricii posuerunt mœnia Locri.' Narix autem urbs Opuntiorum. *Thys.*

Decretique circumspectissima sanctione] Vulgo, *sanctitate.* Campens. exempl. *sanctissima circumspectione:* nec quidem satis apte. Hoc tamen ea variatione colligitur, priorem illam lectionem puriorem fore, si pro *sanctitate, sanctione* legas. Decreta enim ac leges sanctionibus quibusdam firmari ac muniri solent; sc. vel pœnæ alicujus adjectione, vel adversarum aliarum legum expressa derogatione. Cujus pulcherrimum exemplum extat Romæ in ænea Lateranensis Ecclesiæ tabula. *Pighius.*

Retexuit] Delevit. Translatio sumpta a textoribus; nam qui texunt fila, in ordinem redigunt, qui vero retexunt opus, in ordinem redactum delent. Ergo retexuit, delevit, et emendavit. *Oliv.*

§ 21 *Pleminii legati*] Pleminium legatum Scipio Locris cum præsidio pop. Rom. præfecerat: is præter multa facinora, quæ fœda nimis et indigna in Locrenses ediderat, templum quoque Proserpinæ, quod ibi nobilissimum et opulentissimum fuerat, nimia avaritia tactus, diripuit; nam ibi thesaurum ingentem reposuerunt Locrenses, quem ex ipsius Proserpinæ luco confecerant, cum ibidem magni et quotidiani proventus reportarentur. Quare legatus thesauri cupiditate captus, pecuniam surripuit; quod ubi rescivit Senatus, legatum Romam vinctum deduci jussit. Cognita deinde causa, ubi culpæ affinem esse intellexit, in carcerem

trudi jussit, ubi pediculari morbo, ut quidam volunt, ante causæ dictionem, consumptus est. Verum non minus ipsa se Dea, quam ejus numen senatus vindicavit. Constat enim, teste Liv. lib. XIX. secundi Punici Belli, post direptionem sacræ pecuniæ tantum omnibus sacrilegio contactis injectum esse furoris, ut numinis instinctu omnes inter se, Dux in Ducem, miles in militem hostili quadam rabie converterentur; nam rapto poculo argenteo ex oppidani cujusdam domo, pernitiosa statim orta est seditio inter Pleminium et Tribunorum milites, ubi accensa pugna, vulneratis cæsisque nonnullis, cum Pleminius de Tribunis, tanquam seditionis auctoribus, pararet sumere supplicium, illorum milites ex recenti victoria ferociores facti, ex omnibus locis ad opem ferendam concurrunt; qui cum violata virgis tribunorum corpora vidissent, in multo impotentiorem iram accensi, sine respectu non majestatis modo, sed etiam humanitatis, in legatum, multatis lictoribus, impetum faciunt, ipsumque a suis interceptum et seclusum hostiliter lacerarunt, et prope exanguem naso auribusque mutilatis relinquunt. Quibus rebus ad Scipionem delatis, qui tunc erat Messanæ, post paucos dies Locros cum exercitu venit, et cognita causa, tribunis sontibus judicatis, et in vincula conjectis, ut Romam ad Senatum mitterentur, Messanam rediit. Pleminius impotens iræ, tribunos ad se attrahi jussit, laceratosque omnibus suppliciis, quæ pati corpus ullum possit, interfecit; nec satiatus vivorum pœna, insepultos projecit. Simili crudelitate in Locrensium principes est usus, quos ad conquerendas injurias ad P. Scipionem profectos audivit. Hunc igitur catenis vinctum Romam tractum fuisse ferunt, et in carcerem conditum, et ante dictionem causæ mortuum. Clodius tamen Licinius Rerum Romanarum lib. III. refert hunc ludis votivis, quos Romæ Aphricanus iterum Consul faciebat, conatum per quosdam, quos pretio corruperat, aliquot locis urbem incendere, ut frangendi carcerem fugiendique haberet occasionem. Patefacto deinde scelere, delegatum in Tullianum ex Senatusconsulto, ibique teterrimo mortis genere consumptum. *Oliver.*

Teterrimo genere morbi consumptus est] Alias, *genere mortis.* Liv. lib. XXXVI. in Tullianum seu inferiorem postea carcerem demissum atque necatum scribit, cum de urbe per sceleratos homines incendenda habuisse concilia compertus esset. Sed hæc Livius ex Clodii Licinii Rerum Roman. lib. III. refert; alii mortuum prius in vinculis, quam de eo populi judicium perficeretur, volunt. *Pighius.*

EXT. § 1 *Quod quidem ad Pleminii, &c.*] Pyrrhus cum e Sicilia rediens, Locros classe prætervehereturur, inter alia fœda, quæ in Locrenses facinora edidit, thesauros quoque Proserpinæ intactos ad eam diem spoliavit, atque ita pecunia in naves imposita ipse terra est profectus. Classis postero die fœdissima tempestate lacerata fuit, omnesque naves, quæ sacram pecuniam habuerant, in littora Locrensia revectæ. Liv. lib. XXIX. ubi de Pleminio loquitur: 'Nam avaritia,' inquit, 'ne sacrorum quidem spoliatione abstinuit, nec alio modo templa violata, sed Proserpinæ etiam intacti omni ætate thesauri, præterquam quæ a Pyrrho, qui cum magno piaculo sacrilegii sui manubias retulit, spoliati dicebantur.' Ergo sic ante regiæ naves laceratæ naufragiis, nihil in terram integri, præter sacram pecuniam Deæ, quam asportabant, extulerant. Tum quoque alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis, ad ultionem templi furorem adjecit: hac igitur tanta tempestate et clade superbissimus rex edoctus Deos esse,

pecuniam omnem conquisitam in thesauros Proserpinæ referri jussit, nec tamen illi unquam postea prosperi quicquam evenit, pulsusque Italia, turpiter satis ignobili atque inhonesta morte, temere nocte ingressus Argos, occubuit. Senatus igitur, quantum ad Pleminium pertinet, Deam ultus est, quod vero ad Pyrrhum spectat, Dea se ipsa vindicavit. *Oliver.*

Quod quidem ad Pleminii facinus] Ita est in Vet. Cod. Alii legunt: *Quæ quod ad Pleminii facinus.* Externa hoc paragrapho exempla incipiunt cultæ vel neglectæ religionis, ut in Pulmanni codice annotatum quoque invenio: igitur eo loco interserendus est titulus. *Pighius.*

Pyrrhi sordes] Avaritiam: sic enim majores avaritiam *sordes* appellarunt, quia nihil hominem faciat sordidiorem, quam avaritia.

§ 2 *Masinissa*] Galæ Massæsulorum Regis filius, cum Micipsa et Romanis Syphacem regno expulit, constantissimæ in Romanos fidei; nam et moriens P. Scipionem Æmilianum, obsidentem Carthaginem e castris evocavit, et regni inter liberos dividendi ipse potestatem fecit.

Masinissa rex] Sic in Mss. et in Cicerone. Alii habent: *Masinissa rex Numidarum.* Quapropter e scholiis irrepsisse in contextum Valerii suspicor. *Pighius.*

Melitam] Insula est in Siculo mari posita, haud longe a Sicilia periculoso disjuncta mari, ut testatur Pliuius Nat. Hist. lib. III. et Cicero Verrin. In hac autem fuit oppidum ejusdem nominis, a quo non longe in promontorio Fanum Junonis fuit antiquum, summa cum reverentia celebratum, de quo sublati fuere dentes eburnei supra dicti. Ovidius Fast. III. 568. 'Fertilis est Melitæ sterilis vicina Cofini Insula, quam Libyci verberat unda freti.' *Oliver.*

Quinqueremi] Habente quinque remorum ordines.

Factum Masinissæ plus animo, quam Punico sanguini conveniens] Ita etiam habetur in Campensi exemplari. In aliis est: *Factum Masinissæ animo, magis quam Punico sanguini conveniens.* Recte trunca suppletur oratio. *Pighius.*

Mores natione pendi] Sicut de Themistocle legitur, quem Seriphio cuidam respondisse ferunt: Nec tu si Atheniensis esses, clarus unquam extitisses, nec ego si Seriphius essem ignobilis, cum ille patriam diceret Themistocli dedisse nobilitatem. *Oliver.*

§ 3 *Syracusis, &c.*] Bene, inquam, dixit, non oportere mores natione perpendi, cum Masinissa in media barbarie natus, sacrilegium emendaverit; Dionysius vero Syracusis genitus, quam constat urbem Græcarum fuisse præstantissimam, ubi studia humanitatis exercerentur, non tamen ab ingenio suo discedere potuit, quin sacrilegia multa committerentur Syracusis, ac si diceret, in qua urbe mores et Philosophorum præcepta vigebant. Syracusæ omnium Græcarum urbium maxima atque pulcherrima fuit. *Oliver.*

Dionysius] Scilicet superior.

Proserpinæ] Nihil notius raptu Proserpinæ, in cujus honorem templum erectum. Orpheus tamen et Pausanias in Attica rem gestam tradunt, qua Cephisus amnis Elusinem præterit. Deo quoque appellatur Hesychio. Unde Deois Proserpina apud Ausonium. Simul illa cum Cerere in Eleusiniis sacris colebatur. Thesmophoria in honorem Proserpinæ raptus maximo cum luctu mense Pyanepside habebantur, quem σπόριμον ideo mensem appellavit Plutarchus.

Locris] Vide supra ad Exempl. 20.

Jovi Olympio] Templum fuit Jovis Olympii in urbe Acarnania haud procul a Syracusis, sicut vult Cicero in Verrinis: 'Alia,' inquit, 'urbs est, haud procul a Syracusis, cui nomen

est Acarnania, in qua Olympii Jovis antiquissimum fanum est.' *Oliver.*

Jovi Olympio] Varia fuere Jovis cognomina; nam et pater Chaonius et Anxyrus, Eleus, Tarpeius, Feretrius, Panomphæus, Ammon, Canæus, Eliceus, atque ita porro, dictus. De Olympio ita Firmianus: 'Potest mons Olympus figuram Poëtis dedisse, ut Jovem dicerent cœli regnum esse sortitum: quod Olympus ambiguum nomen est et montis et cœli. Olympum autem habitasse Jovem Veteres testantur. Qui erat mons Thessaliæ. Olympum etiam Οὐρανοῦ δίφρον, cœli sedem, appellarunt Veteres. Quin et supra ventos et nubes hunc montem posuit antiquitas.'

Hiero] Lib. Dan. *Gello.* Gelo is fuit, satis notus ex Cic. de Nat. Deor. lib. v. Clemens Alex. tribuit hoc Dionysio filio. *Colerus.*

Epidauri] Unde et Æsculapius 'Epidaurius' sæpe dictus est. Ovidius ex Ponto: 'Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas, Sanabit nullo vulnera cordis ope.'

Barbam auream] Apud Sicyonios simulachrum ejus imberbe extitisse ex ebore et auro annotat Pausanias, et Lucianus in Jove Tragœdo.

Idem mensas argenteas] Mos fuit apud antiquos, ut mensæ argenteæ in Deorum templis consecrarentur, in his autem inscribebatur titulus: τῶν ἀγαθῶν θεῶν, id est, *bonorum Deorum.* Oliver.

Bonorum Deorum] Græcis οἱ μεγάλοι, δυνατοὶ, χρηστοὶ, ut Latinis *Magni, Potes, Boni Dei.* De quibus lege Servium ad Æneid. I. et Athenæum. *Coler.*

Victorias aureas] Deæ Victoriæ statuas. Mos fuit apud majores ut Imperatores ex hostibus parta victoria, statuas quasdam et imagines Deæ Victoriæ consecrarent. Quintilianus de Institutione Oratoria lib. IX. 'Themistocles,' inquit, 'aureas Victorias conflare volebat.' *Oliver.*

Victorias aureas] Victoriam præpetem sive alatam fingebant, quod ejus fama statim se humo tollat, amplexaque gloriam, longe lateque per summum volet æthera, perque immensos terrarum tractus exspatietur. Itaque alatum extitit ejus in Olympia simulachrum, ipsiusque alias signum accipiter est, volucres reliquas agilitate remigii alarum superans. Porphyrius: Τὰς δὲ Μούσας ἐπτέρωσαν καὶ τὰς Σειρῆνας, κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ τήντε Νίκην, καὶ τὴν Ἶριν, καὶ τὸν Ἔρωτα, καὶ τὸν Ἑρμῆν, id est, *Musas autem et Sirenas alatas fecere; eodemque modo et Victoriam, et Irin, et Amorem, et Mercurium.* Ovidius Trist. lib. II. 'Ausoniumque ducem solitis circumvolat alis, Ponat ut in nitida Laurea serta coma.' *Funger.*

Pateras] Patera poculi genus patens, cujus et in conviviis et in sacris usus erat. Cicero: 'Patera, qua mulieres ad res divinas uterentur.' Græcis phiala. Isidor. lib. XX. cap. 5.

Qui tametsi debita supplicia] Cicero de natura Deorum lib. ult. ostendit hunc fœliciter mortuum. Dicit enim: 'Hunc non Olympius Jupiter fulmine percussit, non Æsculapius misero diuturnoque morbo intabescentem interemit, atque in suo lectulo mortuus in triumphantis modum in rogum illatus est, eamque potestatem, quam per scelus nactus est, quasi justam et legitimam hæreditatis loco filio suo tradidit; sed tamen eam diutius retinere non potuit, nam regno pulsus, ludimagister factus est, et in trivio literas docuit, et hoc modo patris pœnas filius dedit.' Sed de hujus sacrilegi regis morte Justinus vehementer a Cicerone dissentit; non enim fœliciter mortuum in suo lectulo jacentem, sed a suis crudeliter necatum fuisse, dicit in fine libri vigesimi primi. Dicit enim Dionysius, quem paulo ante non Sicilia non Italia capiebat, assiduis belli certaminibus victus fractusque, ad postremum in-

sidiis suorum interficitur. Sed magis Ciceroni credendum est. At Cornelius Nepos dicit hunc manu forti bellique peritum fuisse, et quod in tyranno non facile reperitur, minime libidinosum, non luxuriosum, non avarum fuisse, nulliusque rei cupidum nisi sanguinis, perpetuique Imperii, ob eamque rem crudelem. *Oliver.*

Dedecore tamen filii] De quo multa Justinus libro vigesimo primo, sed quod ad hanc rem pertinet, dicit illum in segnitiem lapsum, saginam corporis ex nimia luxuria, oculorumque valetudinem contraxisse: adeo ut non Solem, non pulverem, non denique splendorem ipsius lucis ferre posset; pulsum deinde Syracusis, Corinthum se recepisse, ibique humillima quæque tutissima existimantem, in sordidissimum vitæ genus discessisse; non contentum in publico vagari, sed potare; nec conspici in popinis lupanaribusque, sed totis diebus residere; cum perditissimo quoque de minimis rebus disceptare, pannosum et squalidum videri; risum libentius præbere, quam captare; in macello prostare, et quod emere non poterat, oculis devorare; novissime se ludimagistrum professum, pueros in triviis docere. Unde Ovidius ex Ponto IV. 3. 39. 'Ille Syracusia modo formidatus in urbe, Vix humili duram reppulit arte famem.' *Oliver.*

§ 4 *In quam ne incideret Thymasitheus*] Thymasitheus, Liparitanorum princeps, valde dissimilis fuit Dionysio; nam ille multa sacrilegia committebat, hic commissa corrigebat; licet enim piraticam exerceret, tamen ut sensit prædam ex Romanis captam Apollini consecratam esse, reddendam curavit. Camillus cum in obsidione Veiorum decimam prædæ partem vovisset Apollini, si potiretur urbe, per aliquot annos urbe capta, edixit pop. Rom. religionem tueri; quare coactus pop. Rom. decimam prædæ partem exolvere, tanta in Camillum exarsit invidia, ut illum die dicta miserit in exilium; verum ut religione solveretur, ex hac decima crateram fieri jussit Apollini deportandam, quæ cum deportaretur, atque classis Romanorum ad Liparem insulam pervenisset, capitur a Liparitanis piraticam exercentibus. Erat tum in summo magistratu Thymasitheus, Romanis vir similior quam suis, qui Legatos, donumque, et Deum cui mitteretur, et doni causam veritus, ipse multitudinem suam, quæ ut divideretur præda, efflagitabat, justa religione implevit, adductosque in publicum hospitium Legatos, cum præsidio etiam navium Delphos prosecutus est; Romani inde sospites redierunt, hospitium et amicitia cum Thymasitheo ex Senatusconsulto publice factum, donaque illi publice data. De hac decima et voto legitur, quod cum propter ejus solvendæ maximam difficultatem gravata longis tributis plebe, exhaustoque diutinis bellis ærario, seditio appareret in urbe, matronæ cœtibus ad eam rem consultandam habitis, communi decreto pollicitæ, tribunis militum aurum et omnia ornamenta sua in ærarium detulerunt; grata ea res, ut quæ maxime Senatui unquam fuit, honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, ut pilentis ad sacra ludosque, carpentis festo profestoque uterentur. *Oliver.*

Liparitanorum] Populorum. Lipare, insula una ex Æoliis.

Consilio sibi pariter] Sic in Mss. In quibusdam, *aliter*. In fine ejusdem exempli verba hæc, *manibus venundantium ereptam*, in vulgatis libris desiderantur, quæ suo loco restituimus, ex Pulmanniano libro et aliis. *Pigh.*

Pythio Apollini] Pythius Apollo dictus a Pythone serpente, quem interfecit. Ovid. Met. I. 'Instituit sacros celebri certamine ludos, Pythia perdomitæ serpentis nomine dic-

tos.' ופת hodieque serpentem denotat Hebræis, nisi potius in Hammonis familia *Put* est Apollo Pythius. L. Ampelius: 'Apollines sunt quinque, &c. Quintus Ammonis filius in Libya natus.' *Thys.*

Delphos] Vide supra ad Exempl. 18.

§ 5 *Milesia, &c.*] Hoc exemplum et multa sequentia in paucis voluminibus comperiuntur. *Badius.*

Mileto] Miletos seu Miletus urbs est clarissima in finibus Ioniæ et Cariæ lanitio nobilitata. Unde Ælianus et Mela in Ionia eam pouunt. Sed error inde natus, quod modo Cariæ, modo Ioniæ urbs dicatur, quia cum Iones Cares suis finibus expulissent, Cariæ urbes Ionicæ appellatæ sunt. Ejus conditor dicitur fuisse Miletus, Euxantii Myconis filius, vel, ut Ovidius fabulatur, Solis, et Deiones, qui Minoëm fugiens, se in Samum contulit, ubi urbem Miletum, mox ejusdem nominis in Caria condidit, quæ et Anactoria appellata. Testes Eustathius et interpres Apollonii. Strabo tamen lib. XII. a Sarpedone conditam tradidit. Fuit hic Branchidarum et postea Apollinis Didymæi oraculum, Coloniarumque eadem fuit fœcunda mater. *Thysius.*

Flamma objecta] Nihil enim efficacius facit ad excæcationem, quam nimius fulgor ex objectione flammarum in tabulas æneas. *Badius.*

§ 6 *Persæ mille navium numero*] In quibusdam exemplaribus hæc duo exempla de Persis atque Atheniensibus non reperiuntur, in nonnullis quoque tertium de Diomedonte non habetur. *Pighius.*

Persæ, &c.] Affert exemplum potius servatæ quam neglectæ religionis. Nam de neglecta religione verius esset exemplum, quod de iisdem Persis recitat Sabellicus Ennead. lib. II. qui cum Delphicum templum spoliare tentassent, fulminibus et fœda tempestate, et duorum scopulorum e Parnassi vertice subito casu, ad quatuor millia obruti sunt. *Badius.*

§ 8 *Mille navium numero*] Tot enim Xerxi fuisse Æschylus est author, cum centum octoginta Atticas naves contra illas stetisse dicat. *Idem.*

Delum] Id est, ad eam insulam, quæ patria Apollinis et Dianæ dicitur, et ubi insigne habuit templum oraculis clarum. *Idem.*

§ 7 *Diagoram*] Philosophus hic vulgo ἄθεος, id est, *sine Deo*, dictus est, eo quod Deos negavit, et omnem Deorum opem: qui, ut Cic. de Nat. Deor. lib. III. dicit, cum Samothraciam venisset, atque ei quidam amicus dixisset, Tu qui Deos putas humana negligere, nonne animadvertis ex tot tabulis pictis, quod multi votis vim tempestatis effugerint, in portumque salvi pervenerint? Ita sit, inquit. Illi enim nunquam picti sunt, qui naufragia fecerunt, in marique perierunt. Quasi diceret, eos qui salvi evaserant, etiam evasuros fuisse, tametsi nulla nuncupassent vota; at qui perierant, licet vero simile sit non minora nuncupasse, non minus tamen periisse. Unde ex his qui perierant, potius concluderet, aut Deos non esse, aut opem nullam ferre.

Diagoram philosophum] Cicero, Suidas, Ælianus. Hunc et alios θεομάστιγας defendit, Justinus Martyr Apolog. II. et Clemens Alexandrinus Protreptic. Minutius Felix. *Coler.*

Socratem] Socrates, teste Cicerone in prologo quinti Tuscul. lib. Philosophiam evocavit e cœlo, et in urbibus collocavit, domosque introduxit, et cœpit de vita et moribus, rebusque bonis et malis quærere; quamobrem, ut scripsit Solinus, non solum consensu hominum, verum etiam oraculo Apollinis fuit sapientissimus judicatus: immerito fuit ab Anyto, homine divite et factioso, et a Melito accusatus, et per Aristophanem Poëtam Comicum in Comœdia, quas Nebulas inscripsit, falso criminatus, quod ne-

bulas coleret, et Atheniensium religionibus detraheret, et pubem seduceret. Sunt autem qui asserant, Socratem prædicasse unum solum Deum, more Judæorum. De quibus Juvenalis: 'Nil præter nubes et cœli numen adorant.' *Oliver.*

Phidiam] Phidias statuarius fuit clarissimus, authore Quintiliano lib. XII. Diis quam hominibus effingendis artifex melior. In ebore vero longe citra æmulum, vel si nihil nisi Minervam Athenis, aut Olympium in Elide Jovem fecisset. Cujus pulchritudo adjecisse aliquid etiam receptæ religioni videtur, adeo majestas operis Deum æquavit. Verum, ut hoc loco innuitur, cum laudatus, quod Minervam in ebore sic effinxisset, dixissetque melius in marmore effingi, quod candor in marmore diuturnior esset, (sicut revera est, nam marmor quo vetustius, eo splendidius; at ebur vetustate croceum colorem attrahit,) lubenter ab Atheniensibus auditus est: at cum adjecisset, etiam vilius ex marmore, quam ex ebore fieri, tacere jussus est, quod male videretur de religione Atheniensium censere, ut qui impensæ parcerent in Deæ cultu, quod illi nollent.

Phidiam] Atqui Plinius ex ebore et auro Minervæ statuam scribit constitisse. Aureæ meminit Thucydides et Plutarchus, cujus in basi Phidias nomen suum scripserit. Ovidius æneam et eburneam facit ex Ponto lib. IV. 'Arcis ut Actææ vel eburna vel ærea custos, Bellica Phidiaca stat Dea picta manu.' Strabo: Καὶ ὁ Παρθενὼν ὃ ἐποίησεν Ἴκτινος, ἐν ᾧ τὸ τοῦ Φειδίου ἔργον ἐλεφάντινον. *Coler.*

§ 8 *Diomedon, &c.*] Hoc quoque exemplum servatæ, non neglectæ religionis est. Quocirca suspicari licet, ut sublata fuerant multa exempla, ita perperam locata. Quid enim minus negligens religionis ipso Diomedonte, qui, ne ad mortem quidem proficiscens, eam negligere potuit? Cum enim contra præscriptum Magistratus, Atheniensibus cum aliis ducibus fœliciter quidem pugnasset, ad mortem tamen damnatus esset, quod Rempubl. manifesto discrimini commisisset, non recusavit mortem; sed unum obtestatus est, ut vota pro salute exercitus a se nuncupata persolverentur. *Badius.*

Qui Arginusæ eadem pugna] Sic Campensis Codex. In aliis: *qui eadem pugna.* Pighius.

Cum jam ad immeritum supplicium duceretur] Ita Campensis Codex. Vulgo, *cum ad meritum.* Male. Nam indigne ac injuste cum collegis prætoribus damnatus et occisus fuit Diomedon. *Idem.*

CAP. II. § 1 *Numa Pompilius*] Titulus hic totus erat sublatus, aut forte interciderat; sed ut consulto sublatum putem id facit, quod nihil magis religionem a Numa institutam autoritate ac fide privet, quam dicere simulatum esse ejus cum Ægeria congressum. Si enim Numa credidit, non satis augusta fore populo quæ indiceret sacra, nisi Numinis alicujus intercederet autoritas, multum fidei ejus detraheret, quisquis diceret, fictitium esse ejus inventum. Quocirca cum Senatus approbaverit cremandos libros, qui Numæ religionem labefactarent, quanto magis hunc titulum censuerit delendum, qui Numæ autoritatem detraxerit? De hoc tamen commento Numæ sic dicit Livius lib. I. ab Urbe condita: 'Omnium primum rem ad multitudinem imperitam, et illis sæculis rudem efficacissimam, Deorum metum injiciendum ratus est, qui cum descendere ad animos sine aliquo commento miraculi non posset, simulat sibi cum Dea Ægeria congressus nocturnos esse, ejus sese monitu quæ acceptissima Diis essent sacra, instituere.' Et paulo post: 'Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua, quo quia se persæpe Numa sine arbitris velut

ad congressum Deæ inferebat, Camœnis eum Lucum sacravit, quod Dearum sibi consilia cum conjuge sua Ægeria essent, et soli Fidei solenne instituit.' *Oliver.*

Sacris obligaret] Servius ad Æneid. VI. de Numa: 'Qui ferociam populi a bellis ad sacra contulit. Unde etiam Numa dictus ἀπὸ τῶν νόμων, ab inventione et constitutione legis.' Adde Plutarchum. *Coler.*

§ 2 *Scipio Africanus*] Contigit A. U. DXLII.

Jove genitus] In specie tamen serpentis: sicut Alexander Magnus se Jovis Ammonis filium, etiam ab eo in specie serpentis genitum jactabat, tametsi subinde mater id asserentem argute reprimebat.

§ 3 *Lucius Sylla*] Qui primus dictaturam invasit, et tabulam proscriptorum proposuit. Contigit A. U. DCLXXI.

§ 4 *Q. Sertorius*] Contigit A. U. DCLXXII.

Lusitaniæ] Unde dicta Lusitania, incertum. Lusonum gentem ad fontes Tagi pertinere ait Strabo. Eosdem quoque Belitanos, a Beliis forsan populis, dictos Stephanus affirmat. In terminis variant Geographi. Strabo a Tago ad Artabros, qui juxta promontorium Celticum sunt, Lusitaniam extendit. Ptolemæus Australe latus Ana fluvio, Septentrionale Durio terminat. Vide et Plin. lib. IV. cap. 21. et P. Melam.

EXT. § 1 *Minos, &c.*] Ponit primum exemplum Minois Regis Cretensium, qui tam juste regnasse et judicasse dicitur vivus, ut mortuus sit habitus judex apud Inferos. Unde Virgil. Æneid. VI. 'Quæsitor Minos urnam movet.' Datique putantur illi conjudices Æacus et Rhadamantus, eo quod et ipsi severe judicarint.

Ortum ferebat] Progenitum ex Europa, cum verius esset Xanthi Regis Cretensium ex Europa filius; sed quia juste vixit, et sancte judicavit, primusque, ut testatur Aristoteles in Ethicis et Politicis, Cretensibus leges dedit, Jovis est filius creditus. *Bad.*

§ 2 *Pisistratus*] Hippocratis filius, doctrina et eloquentia insignis, facile Atheniensium Remp. occupavit, uno Solone refragante. Fuit autem sæpe ejectus, semel quidem a Megadis et aliorum principum adversæ factionis viris, priusquam tyrannidem stabilire potuisset; orta inde inter libertatis assertores discordia, Megades, pactis cum Pisistrato filiæ nuptiis, eum in urbem restituit, Phya muliere prægrandi statura novo schemate ornata, et in currum imposita, quæ per urbem circumvecta pro Minerva, Pisistratum restituendum clamitabat. Idem tamen paulo post, quia filiam Megadis, quam uxorem duxit, non ut uxorem tractavit, rursus expulsus est. *Badius.*

Phya] Quidam libri *Ero.* Sed Phya dicitur etiam Polyæno Strat. lib. I. *Coler.*

§ 4 *Zaleucus*] Fuit Legislator Locris Epizephyriis. Onomacriti quidem sodalem fuisse Thaletem, Thaletis vero auditorem Lycurgum et Zaleucum, Zaleuci Charondam quidam existimant, sed falli eos docet Arist. Polit. lib. II. cap. 10.

CAP. III. § 1 *Bacchanalium sacrorum mos*] Quidam Codices hæc exempla superiori capiti *Simulatæ Religionis* annectunt; alii proxime sequenti *de Auspiciis.* Ad neutrum tamen pertinere vel cæco clarum est. Scholiolæ marginales exemplaris Campensis, quæ pro titulis sæpe serviunt, in suspicionem me deducunt, ad titulum *Peregrinæ Religionis Rejectæ a Romanis* hæc exempla spectare. Unde colligo caput istud cum proximis consarcinatum esse, atque hæc exempla ejus esse quoddam fragmentum. Quapropter titulum his suum restituere visum fuit, quamvis integrum caput constituere nequeant, cum, externis

omnibus omissis, quædam etiam mutila, atque in epitomen redacta. *Pighius. Bacchanalium*] A Baccho Bacchanalia dicta, quæ fiebant apud Romanos decimo quinto Kalend. Aprilis, quod Ovidius etiam testatur Fast. III. 'Tertia post Idus lux est celeberrima Baccho.' Originem horum sacrorum in Italia Servius ad Julium Cæsarem refert, in suis commentariis ad hos versus Virgil. Ecl. v. 'Daphnis et Armenias curru subjungere tigres Instituit: Daphnis thyrsos inducere Baccho, Et foliis lentas intexere mollibus hastas.' Sed fallitur: nam et ante Cæsarem Bacchi sacra fuerunt, ut indicat Livius lib. XXXIX. 'Græcus quidam homo ignobilis, sed ejusmodi sacrorum antistes, primo in Hetruriam attulit, ibique ritus eorum docuit. Ex Hetruria ea mali labes mox Romam penetravit.' Eorum ritum turpissimum primo sic describit Livius eodem loco: 'Initia,' inquit, 'erant, quæ primo paucis tradita sunt, dein vulgari cœpta per viros et mulieres, additæ voluptates religioni vini et epularum, quo plurimum animi illicerentur. Quum vinum animos, et nox, et misti fœminis mares, ætatis teneræ majoribus, discrimen omne pudoris extinxissent, corruptelæ primum omnis generis cœptæ, quum ad id quisque, quo natura proniores libidinis esset, paratam voluptatem haberet: nec unum genus noxæ, stupra promiscua ingenuorum, fœminarumque erant, falsi testes, falsa signa, testimoniaque ex eadem officina exibant, venena identidem intestinæque cædes, ita ut ne corpora quidem interdum ad sepulturam extarent, multa dolo, pleraque per vim audebant.' Sed his mox longe atrociora subjicit ex Hispalæ libertinæ indicio, quæ ancillæ dominæ comes his sacris aliquando interfuerat. Ea coram Sp. Posthumio Albino consule confessa est, primo sacrarium id fœminarum fuisse, nec quenquam virum eo admitti solitum: tres in anno statutos dies habuisse, quibus interdiu Bacchis initiarentur: sacerdotes invicem matronas creari solitas fuisse: Pacullam vero Miniam Esoponam sacerdotem omnia, tanquam Deorum monitu, immutasse; nam et viros eam primam suos filios initiasse, et nocturnum sacrum ex diurno, et pro tribus in anno diebus quinos singulis mensibus dies initiorum fecisse sacros. Ex quo inde promiscua sacra sint, et permisti viri fœminis, et noctis licentia accesserit, nihil ibi facinoris, nihil ibi flagitii prætermissum: plura virorum inter se quam fœminarum esse stupra: si qui minus patientes dedecoris sint, et pigriores ad facinus, pro victimis immolari nihil nefas ducere: nec id multis cognitum, quum nulla vox vociferantium aut queritantium præ ululatu, tympanorum cymbalorumque strepitu exaudiri possit, et mortui ex conspectu illico in specus abdantur. Hanc summam inter eos religionem esse, viros velut mente capta, cum jactatione fanatica corporis vaticinari, matronas Baccharum habitu crinibus passis cum ardentibus facibus decurrere ad Tiberim, demissasque in aquam faces, quia vivum sulphur cum calce insit, integra flamma efferre. Raptos a Diis homines dici, quos machinæ alligatos ex conspectu in abditos specus abripiant: eos esse, qui aut conjurare, aut sociari facinoribus, aut stuprum pati noluerunt. Multitudinem ingentem, alterum jam prope populum esse, in his nobiles quosdam viros fœminasque; biennio proximo institutum fuisse, ne quis major XX. annis initiaretur, captari ætates et erroris et stupri patientes. Hæc omnia Livius: refert etiam Valer. Max. lib. VI. Quæ pleraque privatim in sacrario circa initiationes eorum, qui his sacris interesse cupiebant, facta arbitror: publice autem non minus horrenda ab iis perpetrata sunt; nam, ut Varro ait, tanta tur-

pitudinis licentia Liberi patris sacra in omnibus compitis peragebantur, ut in ejus honorem virilia colerentur pudenda, palam exultante nequitia. Nam Liberi membrum per hunc diem festum magna celebritate plostellis per agros prius, mox et in urbem vectabatur, quo toto tempore unusquisque spurcissimis abutebatur verbis, donec per forum transveheretur membrum illud, cui, inspectantibus omnibus, matremfamilias honestissimam necesse erat imponere coronam. Sic Deus ille propitiabatur. Atque hæc sacra Romæ et per totam Italiam vetita, Sp. Posthumio, et Q. Martio Philippo Coss. Progressu vero temporis, turpes et ociosas superstitiones, ut Tertullianus loquitur, restituerunt Romani, abrogatis tamen illis, quæ nimiam et profligatam haberent turpitudinem. Vide Ovidium Fast. III. Hoc ipso præterea die, quo Bacchi solennia fiebant, et antecedente etiam, cum processione pergebant ad templum Castoris et Pollucis, quod consecratum fuit apud aquam Juturnam, iis in locis, quæ appellata fuerunt Argea, sicut Ovidius loco supra citato docet. *Hospinian.*

Lutatius, &c.] Contigit A. U. DLXVII.

Sortes Fortunæ Prænestinæ] Illarum, quæ præ cæteris nobilissimæ, et diutissime claruerunt, talis traditur inventio. Numerius quidam Suffius, honestus homo et nobilis, cum somniis crebris, ad extremum etiam minantibus juberetur certo in loco silicem cædere, perterritus visis, irridentibus suis civibus id agere cœpit. Perfracto saxo, mox sortes eruperunt, in robore insculptæ priscarum litterarum notæ. Is postea locus septus religiose est, propter Jovis pueri, qui lactens cum Junone in gremio Fortunæ sedens, mammam appetens, castissime colebatur a matribus. Eodem tempore illo loco, ubi postea Fortunæ ædes fuit, mel ex olea fluxisse proditum est, aruspicesque dixisse, summa nobilitate illas sortes futuras, eorumque jussu ex olea illa arcam factam, eaque conditas sortes, quæ Fortunæ monitu sublatæ sunt. Disposuerat eas in excavatam columnam inventor, unde quotannis Kalendis Januariis, magna celebritate eximebatur, eaque, qua eductæ erant serie, junctæ, integra responsa absolvebant, quæ Oraculi vim habere putabantur. Vide Peucer. de Divinat.

§ 2 *Hispallus*] Lib. Dan. *Hispalus.* Nomen ipsum Cornelii. Tabula Capitolina: CN. CORNELIUS L. F. L. N. SCIPIO HISPALUS. *Coler.*

Chaldæos] Id est, Astrologos, ex astrorum horoscopo futura judicantes. Per Chaldæos autem Assyrii intelliguntur vel Babylonii. In Græciam primus illam artem Berosus attulit.

Levibus ingeniis] Vulgi: prudentibus enim non poterant persuadere.

Siderum interpretatione] Cuncta admodum fata Chaldæi ex commentitiis cœli signis eruebant. Itaque cœlum fatalium rerum veluti tabula. Ita astra liberrimæ nostræ voluntati imperabant. Vide et Gaffarell. de Lit. cœli, et Picum Mirandul. contra Astrologiam Judic.

Idem, qui Sabazii Jovis cultu simulato mores Rom. &c.] *Sublato*, ut vulgo legitur, in J. Cauchii codice Batavo non habetur, et abesse salva sententia potest. In Campensi autem adscriptum: 'alias, *simulato*,' quod satis placet, modo non omnino vocabulum hoc auferre visum fuerit. Atqui apud Romanos sacra Jovis Sabazii, licet priore seculo damnata ac prohibita, a posteris tamen recepta fuisse, docent ejus Dei pulvinaria, Domitiani tempore facta, quæ adhuc Romæ visuntur cum his titulis:

JOVI. SABAZ.	Q. NVNNIVS
V. S. L. M.	ALEXANDER
ALEXANDER	DONVM. DEDIT
Q. NVNNIVS	JOVI. SABAZIO

Literæ singulares sonant, 'Votum

Solvit Lubens Merito,' ut hoc obiter imperitorum caussa adjiciam. *Pigh.*

Sabazii Jovis] Nomen generale, quod et Baccho tributum. Strabo lib. x. Diodorus Siculus lib. iv. Stephanus, ubi de Sabis. Aristophanis Interpres in Vespis, qui monet τὸ σαβάζειν, εὐάζειν εἶναι, καὶ τὸν εὐασμὸν σαβασμόν. Mihi tamen potius σαβάζειν, quasi σεβάζειν fuerit. Arnobius lib. iv. 'Sacra et initiationis ritus quibus Sabaziis nomen est.' *Colerus.* Sed a Deo Sebaoth illud nomen originem accepit. *Thys.*

§ 3 *Isidis*] Isis et Ceres eadem. Ceres autem Σῖρις, qui Nilus. Unde Dionysius Afer de Nilo: Σῖρις ὑπ' Αἰθιόπων κικλήσκεται. Nilus autem frumenti largitor fœcundissimus, qui a שיהור per contractionem Siris dictus, id est, *niger*, unde et Melo appellatus. Eademque vox in Serapide latitat. Quasi dicas nigrum bovem. De ejus sacris alias. *Thys.*

Isidis et Serapidis] Dii Ægyptii, sed culti olim Romæ. Quod Varro indicat et exagitat opinor aliquot locis, de Ling. Lat. lib. iv. 'Isis et Harpocrates digito qui significant 'st.' Idem Eumenidibus: 'Et medicina Serapi Utor.' Et alibi: 'Hospes quid miras animo curare Seraphim? Quid quasi non curet tantidem Aristoteles.' Augustinus De Civitate Dei, lib. xviii. cap. 5. 'Aras horum Deorum penitus everterunt Piso et Gabinius Coss.' Tertullianus Apolog. cap. 6. 'Serapidem, Isidem, et Harpocratem cum suo Cynocephalo Capitolio prohibitos inferri, id est, curia Deorum pulsos, Piso et Gabinius Coss. non utique Christiani, eversis etiam aris eorum abdicaverunt, turpium et superstitionum otiosarum vitia cohibentes.' Servius ad illud Æneid. viii. 'Omnigenumque Deum monstra et latrator Anubis.' Ideo 'monstra' dixit, quia sub Augusto necdum Romani Ægyptia sacra susceperant. *Coler.*

Serapidis] Nisi Apis cultus antiquior esset, non ita vanum esset hoc nomine Josephum cultum. Quippe magnus Ægypti Σιτάρχος et Ædilis fuit. Atque hinc colligunt Ruffinus, Julius Firmicus, Pierius, Baronius, Josephum sub nomine Serapidis ac Osiridis ab Ægyptiis cultum fuisse. Idque patet, tum ex nomine Serapis, quod 'bovem' notat; tum ex nomine 'Arsaph,' quo, teste Plutarcho, Osiris vocabatur, levi commutatione ex 'Joseph' facta, tum ex Hieroglyphicis, quibus Osiridem designabant, puta figura bovis seu vituli, notis Lunæ et Solis insigniti: item juvenis imberbis cum modio et calatho in capite. Quæ in Josephum, ejusque boves et spicas, et ætatem, et Astrologiæ peritiam, ad amussim quadrant. Subscribunt Clemens Alexandrinus, Augustinus, A Lapide, et Bonfrerius. *Tirinus.*

Prætexta] Magistratuum toga, cui purpura prætexebatur.

Cap. iv. § 1 *L. Tarquinius Rex*] Hoc loco incipit caput *de Auspiciis*, præcedentia enim exempla, ut dixi, spectant alio, docentque alienigena sacra in bene constitutis civitatibus admittenda non esse. *Pighius.*

L. Tarquinius] De hoc Liv. i. ab Urbe condita: 'Ex ea,' inquit, 're, auguriis sacerdotioque augurum tantus honos accessit, ut nihil bello domique postea nisi auspicato gereretur: concilia populi, exercitus vocati, summa rerum, ubi aves non admisissent, dirimerentur, neque tunc Tarquinius de equitum centuriis quicquam mutavit,' &c. *Badius.*

Centuriis] Centuriæ tres erant, Tatienses, Rhamnenses, et Luceres. Tribus appellavit Varro et Plutarchus, contra Livius et alii. Sed potuit populus in tres divisus fuisse partes, et ex iis itidem centuriæ. Tatienses a Tito Tatio dicti, unde et a prænomine Titienses Plinio, Livio, Pompeio. Rhamnes a Romulo derivare, inep-

tum: S. Pompeius lib. x. scribit Luceres fuisse eos, ex quibus tertia pars Urbis constituta est, qui Romulo adversus Tatium bellum gerenti ab Ardeæ rege Lucero in auxilium venere.

Cum ab Atio Navo] Vulgo: *cum ab Decio Accio Navio.* Campense exemplar *Decio* omittit, et omnino superfluum est. Alioquin variatur mirum in modum hujus auguris, licet celeberrimi, nomen apud auctores, de quo non displicebit vidisse, quæ Sigonius in primum Livii. Nos autem hoc ex vetustis exemplaribus restituimus. In Valerio vulgato mox ita: *Possetne fieri, quod ipse mente conceperat:* ubi discrepat Campense exemplar, in eodem tamen sensu permanet. Habet enim sic: *An fieri posset, quod animo cogitaret.* Pighius.

§ 2 *Tiberius Gracchus*] Erat autem homo seditiosus, qui, ut plebi placeret, legem Agrariam nunquam sine seditione motam aut tulit, aut ferre paravit. Ea autem exigebatur, ut agri a pop. Rom. acquisiti, qui fere in patrum conscriptorum et paucorum nobilium erant possessione, æquis portionibus civibus dividerentur. Nota est de Gracchis (nam Caius quoque Gracchus frater hujus eadem de causa periit) historia.

Ita pedem offendit] Julius Obsequens cap. 86. Et de pedum offensione Cicero de Divin. lib. II. Plin. lib. II. cap. 7. Plutarchus Demetrio, Crasso, et Tiberio; Tibullus, Ovidius, alii. *Coler.*

Partem tegulæ decussam ante ipsum propulerunt] Vulgo, *protulerunt.* Campensis codex, *propulerunt.* Rectius; nam Plutarchus corvos in stillicidio pugnantes tegulam dimotam ante pedes ejus projecisse refert. *Pighius.*

§ 3 *Pullarius*] Pullis præerat pullarius, qui, quotiescunque de inchoanda re quapiam, excquendaque, Deorum, per pullos, sensa placitaque exploratum ibat, (oportebat autem id fieri summo mane, et primo diluculo,) imperato de more silentio, pultem illis, aut offam, cavea reclusa, objiciebat, quod si ad oblatam escam mox pulli e cavea non prosilirent, aut secius egressi, vel non attingerent eam, vel alarum planctu dissiparent, vel, relicta esca, oberrarent, aut occinerent, aut prorsus non vescerentur, vel avolarent penitus, omen præ se ferebant magni terroris et solicitudinis, eventusque tristissimos: et pullarius exitum animo præmetiens, ne quid molirentur, sed vel desisterent ab incepto, vel differrent deliberationes, vel mutarent hoc prorsus, quod præ manibus erat, hortabatur. Quod si mox proruerent cum impetu, certatimque in escam involarent, et avide depascerentur, ita ut, vescentibus illis, aliquid ex ore relaberetur, et terram paviret, quod tripudium faceret solistimum, inde, spe hausta mirifica, pullarius, ut constanter fortiterque cœpta negotia urgerent, jubebat, et successus optatos, ac prospera a Diis omnia spondebat. *Peucerus.*

Classem tempestate amisit] Truncus hoc loco Valerius, ut ex Campensi colligitur exemplari, quamvis etiam incorrecto, in quo sic: *Populique judicio damnatus hic ignominiam voluntaria morte prævenit.* Hæc diligentius consideranti, quædam deesse haud dubio videbantur; non enim Junius jam jam damnatus ignominiam prævenire potuit. Quare locum Ciceronis dum confero, ex cujus libris de Deorum Nat. II. ac Divin. II. Valerius hæc hausisse videtur, venit in mentem de utriusque Consulis exitu auctorem nostrum cum Cicerone loqui, supplendamque hoc modo sententiam illam esse: *Quorum ille populi judicio concidit, damnationisque hic ignominiam voluntaria morte prævenit.* Accedit et illud argumenti, quod idem codex hæc duo de Claudio et Junio Coss. exempla voce copulativa connectat, quæ perperam in impres-

sis libris separantur, quum tamen caussa, tempore, et casu sint eadem. *Pighius.*

§ 4 *Cum Metellus*] Scil. Lucius, homo patritius et pontifex maximus. *Badius.*

Palladium] Id est, simulachrum Palladis ex Ilio traductum, raptum inter ipsos ignes, servavit incolume, id est, illæsum: ipse tamen orbam luminibus egit senectam, authore Plinio lib. VII. De quo Juvenalis Sat. III. 'Vel quod Servavit trepidam flagranti ex æde Minervam.' *Palladium*] Erat hoc simulacrum Palladis, quod Æneas post excidium Trojæ a Diomede acceptum asportasse in Italiam dicitur. Quem ideo 'penatigerum' vocat Ovid. Met. XV. 450. Quamvis alios, bello Mithridatico a Fimbria repertum, auctores esse Servius ait ad Æn. II. 166. Aliorum denique alia est ea de re sententia. Vide Dionys. II. 27. Hinc ille nummus, Pontano teste, cum Vestæ templo, in quo Palladium Romæ servabatur. In eodem nummo Æneas fingitur Anchisen patrem humeris portans, et manu dextera tenens hoc Palladium, sinistra filium Iulum. Hoc vero Palladium, quod occultum Romani neminique videndum colebant, Heliogabalus in cubiculum suum transtulit. Herodian. V. 5. quamvis Lamprid. in vita ipsius cap. 6. non veram imaginem abstulisse, sed ex pluribus, quæ ad simulacrum illud effictæ erant, aliquam, asserat. Posset autem Romanis hoc loco objici, quod a Strabone lib. VI. Heracleotis: 'At multo etiam protervius est ab Ilio allata fabulari, quæ Scriptores ponunt. Nam et Heracleæ, et Lavinii, et Luceriæ, et Siritide Minerva habetur Iliaca, quasi ab Ilio allata.' *Freinshemius.*

§ 5 *Marco Ciceroni, &c.*] Cum Cicero opera Antonii triumviri proscriptus in Cajetana villa deliteret, missi sunt qui eum occiderent, caputque Romam ferrent, quam rem illi manifesto augurio corvus præmonstravit.

Cajetana] Prope Cajetam urbem Campaniæ, quæ vel a nutrice Æneæ, vel a civitatibus, quas Lacones, juxta Strabonem lib. V. καϊάδας vocant, ita dicta. nam et Lacones eam urbem condidisse feruntur. De casu autem Ciceronis ita Plutarchus: 'Habuit prædia ibi et villam æstivo tempore amœnam, quum gratissime spirant Etesiæ. Estque eo in loco haud procul a mari sacellum Apolliuis. Hinc sublatum agmen corvorum magno crocitu ad Ciceronis navem, dum remis terræ appellitur, volavit: qui consederunt utrinque in antennæ cornibus; partim crocitantes, partim capita funium tundentes. Id omnibus dirum visum est ostentum. Cicero ibi egressus de navi est, villamque ingressus, ad quietem composuit se. Hic corvi frequentes considerunt in fenestra, ac diros ediderunt strepitus. Unus in grabatum demisit se, togamque, qua opertus erat Cicero, rostro paulatim a facie detraxit. Quod servi contemplantes, ac seipsos increpantes, si paterentur Dominum in conspectu trucidari, quum opem ei bestiæ ferrent, ejusque curam agerent adflicti, ipsi autem non protegerent, partim precibus, partim vi sublatum in lectica detulerunt ad mare. Interea supervenerunt percussores Herennius Centurio, et Popilius Tribunus: quem parricidii quondam reum defenderat Cicero.' Vide et Appian. Bell. Civ. lib. V. Hæc villa et 'Formianum' appellatur Ciceroni. Prominenti autem ex lectica, præbentique immotam cervicem, caput ei præcisum est, cum esset annorum 64. *Thys.*

Horologii] Inventor Horologii creditur Vitruvio Berosus Chaldæus, post eum Aristarchus Samius, Eudoxus, Apollonius, Scopas, alii. Umbrarum rationem, quam Græci Gnomonicen vocant, invenit Anaximenes

Milesius: quia autem horæ crescebant et decrescebant apud Romanos pro ratione temporum, etiam incrementa et decrementa horarum ostendebant horologia. Vide Salmas. in Solin.

Laciniam] Pendulam partem togæ. *Badius.*

§ 6 *Male multata*] Afflicta ab adversario.

Ext. § 1 *Cum rex, &c.*] Contigit A. U. cdxx.

Urbem] Scilicet Alexandriam in Ægypto.

Architectus Dinocrates] Democratem vocant alii.

Polentaque] Genere pultis ex farre candido.

§ 2 *Deiotaro*] Deiotarus rex Siciliæ fuit, qui, cum aquilam vidisset declinantem in tectum, ab ejus usu se quam primum abstinuit, sequenti vero nocte corruit tectum. Cicero de Divinatione lib. I. 'Quid hospitem,' inquit, 'clarissimum et optimum virum Deiotarum regem commemorem, qui nihil unquam nisi auspicato gerit? qui, cum itinere quodam proposito et constituto revertisset, aquilæ admonitus volatu, conclave illud, ubi erat permansurus, si ire perrexisset, proxima nocte corruit. Itaque ut ex ipso audieram, persæpe revertit ex itinere, cum jam progressus esset multorum dierum viam.' *Oliver.*

Cap. v. *Ominum, &c.*] Post *Auspicia* tractat *Omina*, præmittitque, more suo, præludium ad aptum transitum faciendum: unde facile patet, quod etiam Aldus animadvertit, superius exemplum non pertinuisse ad omen. Omen autem est, quo vox ex ore alicujus excepta cum ad aliud propositum sit dicta, ad alterius eventum ab excipiente eam applicatur. Neque tamen ab ore duntaxat capitur, nam et factum pro omine sæpe animadversum legimus, ut in casu Camilli proximo loco dicetur, et in procursu Aselli ad fontem, quem Marius pro omine sequutus est. Sic equorum lapsus, leporum occursus, et id genus alia pro ominibus observata legimus, misera mortalium superstitione, et certissima dæmoniorum illusione, quæ eo servitutis genere homines devinctos premebant. Nam quid Aselli procursus ad fontem ad Marium pertinuit? Certe siti potius quam fame oppressus fontem petiit. At Marius sibi aquas petendas intellexit, quod quia prospere fecit, observatum est, et scriptis mandatum; at si mari periisset, nulla ominis mentio fuisset: quin adeo omina, auspicia, augurria, et id genus portenta nihil efficaciæ credebantur habere, nisi in capientibus et rata habentibus, ut voluntaria haberetur ejusmodi servitus. *Badius.*

Ominum, &c.] Declarat, quare omen religioni subjungat. Cicero libro de Divin. 'Non solum,' inquit, 'Deorum voces Pythagoræi observaverunt, sed etiam hominum quæ vocant omina, quæ majores nostri æquivalere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, fœlix, fortunatumque esset, præfabantur.' *Oliver.*

§ 1 *Urbe a Gallis disjecta*] Sic et Mss. Codices legunt. Alii, *deleta.* Prius sane non displicet. Non enim prorsus deleta, sed incendiis erat urbs passim vastata ac ruinis disturbata. Virgilius: 'Disjecitque rates.' *Pighius.*

In comitio, &c.] In eo campo, in quo ad suffragia populus coire solebat.

Inclytæ victoriæ] Quam Romani ex Veientibus pepererant, urbe eorum capta direptaque. *Oliver.*

§ 2 *Hujus tam, &c.*] Livius: 'Dictator,' inquit, 'Camillus, capta Veiorum urbe, præcones edicere jubet, ut ab inermi turba abstineatur: is finis sanguinis fuit: dedi inde inermes cœpti, et ad prædam miles permissu

Dictatoris discurrit; quæ cum ante oculos ejus aliquanto spe atque opinione major majorisque pretii rerum ferretur, dicitur manus ad cœlum tollens precatus esse Dictator, ut si cui hominum Deorumque nimia sua fortuna populique Romani videretur, ut eam iuvidiam lenire suo privato incommodo, quam minimo publico, populique Romani liceret. Convertentem se inter hanc venerationem traditur memoriæ prolapsum cecidisse, idque omen pertinuisse postea eventu rem conjectantibus visum ad damnationem ipsius Camilli, clademque captæ deinde Urbis Romæ, quod post paucos accidit annos.' *Oliver.*

Præclari operis] Ut scilicet Veii caperentur, et eo non migraretur, aut restituerentur mœnia urbis. *Badius.*

Invidia] Ob captam urbem Veiorum, quam totius Hetruriæ opulentissimam fuisse constat. Et quia felicitas illa videbatur esse nimia, veritus est, cui Deorum faceret invidiam. *Oliver.*

Quod omen] Damnatus enim fuit die dicta sibi a L. Apuleio tribuno plebis; de qua damnatione dicemus lib. v. cap. 3. Merito hinc laudat Camillum. Difficile discrimen est, inquit, utrum major laus fuerit, vicisse Veios, an orasse Deos, ut in se malum omen converterent. Victoria igitur et pietas inter se certarunt, quia non facile discernes, utrum laudanda magis sit victoria Camilli, an ipsa precatio. *Oliver.*

§ 3 *Rege Perse*] Perses sive Perseus vigesimus, ut placet Livio, (nam Justinus et Eusebius numerum augent,) et ultimus rex Macedonum, cum juventute, opibus regni, et ætate florens hæreditarium a patre relictum contra Romanos bellum moliretur, hostis judicatus est, et tandem a Paulo Æmilio Romam ad triumphum ductus, cum regnasset annos undecim, ut leges apud Liv. Decade IV. et V. et apud Florum lib. II. cap. 12. quadriennio post in libera custodia Albæ decessit, ut scribunt Paterculus in priore volumine, Val. Max. lib. V. cap. 1. et Orosius lib. IV. cap. 20. Plutarchus autem in Æmilio diversas opiniones affert.

Arripuit igitur omen] Persam Macedonum regem, adversus quem sibi decreta fuerat provincia, eo bello periturum, quod et factum est, quamvis vivus ductus fuerit in triumphum. Justinus lib. XXXIII. 'Dum hæc aguntur,' inquit, 'metu tam periculosi belli Rom. Æmilium Paulum Consulem creant, eique extra ordinem Macedonicum bellum decernunt; qui cum ad exercitum venisset, non magnam moram pugnæ fecit. Pridie quam consereretur prælium, luna nocte defecit: triste id ostentum Perseo, omnibus præsagientibus, finemque Macedonici regni portendi vaticinantibus.' *Oliver.*

Spem triumphi clarissimi] Quem postea de Persa egit: unde Macedonicus dictus est.

§ 4 *At Cæcilia Metelli*] Cicero lib. de Divinat. 'L. Flaccum flaminem Martialem,' inquit, 'audivi, cum diceret Cæciliam Metelli, cum vellet sororis suæ filiam in matrimonium collocare, exisse ad quoddam sacellum ominis capiendi causa, quod fieri more veterum solebat. Cum virgo staret, et Cæcilia in sella sederet, neque diu ulla vox extitisset, puellam defatigatam petiisse a matertera, ut sibi concederet paulisper, ut ejus sella requiesceret: illam autem dixisse: Vere, mea puella, tibi concedo sedes meas: quod omen res consecuta est. Ipsa enim brevi mortua est, virgo autem nupsit ei, cui Cæcilia nupta fuerat.' *Oliver.*

Cæcilia Metelli] Antiquo more loquendi, ut Cornelia Gracchi. Et ut in Mausoleo non procul ab urbe ad viam Appiam: CÆCILIÆ. Q. CRETICI. F. METELLÆ. CRASSI. Intellige,

VXOR. At in nonnullis manuscriptis codicibus hoc adjungitur, quod tamen ex interlinearibus scholiis irrepsisse in contextum videtur; nam ille loquendi modus receptissimus apud antiquos fuit. Cuinam Metello Cæcilia hæc fuerit nupta, non indicat Cic. de Divin. lib. I. Ex quo Valerii hoc exemplum desumptum omnino videtur. Ex relatione L. Flacci flaminis Martialis se hoc scribere testatur, quem Consulem scimus fuisse anno Urbis 622. ut hinc facile colligi possit, ejus tempore hoc contigisse, quo Metelli quatuor Macedonici filii aliique plures fuerunt. Ipsam vero Cæciliam Q. Numidici sororem fuisse, ex auctore de Viris Illustrib. est colligere, qui cap. 62. scribit Numidicum sororis suæ virum Metellum laudare noluisse, quod is olim suum judicium et leges detrectarat. *Pighius.*

Contigit A. U. DCXII.

Nocte concubia] Intempesta nocte. Varro de Lingua Latina: 'Intempestum' Cælius dicebat, cum tempus agendi est nullum, quod alii 'concubium' appellarunt, quod fere tunc omnes cubarent: est ergo prima pars somni.' *Oliver.*

Concubia nocte] Dies apud Romanos a media nocte incipiebat: cujus rei causam reddere conatur Plutarchus in Quæstionibus. Ejus partes erant: Mediæ noctis inclinatio, Gallicinium, Conticinium, Diluculum, Mane, Vespera, Prima fax, Concubia et intempesta nox: ita dicta, quod non habeat idoneum tempus rebus gerendis. Vide Gell. lib. III. cap. 2. et Macrobium Saturnalium lib. I. cap. 3.

Proposito congruens] Id est, pertinens ad nuptias virginis.

In matrimonium duxit] Atqui talis conjunctio illicita ante Claudii tempora, quando ea de re in gratiam Principis SCtum factum est, qui Agrippinam in uxorem duxit. Tacit. Annal. II. Nefandos istos thoros, et flebilem facem Seneca vocat. Vide l. ult. cap. de Incest. Nupt. et l. ult. cap. si Nupt. ex Rescript. pet. et Cujac. Obser. VIII. 28.

§ 5 *Caio autem Mario*] Cum P. Sulpicius tribunus plebis authore Caio Mario perniciosas leges promulgasset, ut exules revocarentur, ut novi cives libertinique distribuerentur in tribus, ut et Consul et Marius adversus Mithridatem Ponti regem dux crearetur, et adversantibus consulibus, Q. Pompeio et L. Syllæ, vim intulisset, occisoque Pompeii Consulis filio, genero Syllæ, L. Sylla Consul in urbem cum exercitu venit; et adversus factionem Sulpicii et Marii in ipsa urbe pugnavit, eamque expulit. Ex quo duodecim a Senatu hostes, inter quos Consul Marius et filius judicati sunt. S. Sulpitius cum in quadam villa lateret, indicio servi sui retractus et occisus est, C. Marius filius in Africam trajecit, C. Marius pater Minturnas delatus in paludibus delituit; eo Syllani milites cum venissent, ac diligenter et accurate ejus vestigia indagarent, nec eum invenirent, pastorem haud longe conspicati, rogant primo indicet Marium; fluctuantem deinde et dissimulantem minis et terrore perfundunt; qui, ubi se a militibus circumfundi, et telis undique peti vidit, Marium indicat: itaque capitur Marius, Minturnasque defertur, et in domum Fanniæ mulieris publice custodiendus traditur; ad quem occidendum servus publicus, natione Cimber, missus, inermem et squalore obsitum, majestate tanti viri commotus, stricto jam gladio interficere non sustinuit, et tremebundus abjecto ferro refugit, clamitans geminata voce, Non possum interficere Marium. Tum Minturnenses, majestate viri capti, incolumem præstiterunt. Hic ergo, cum abiturus exisset e domo, animadvertit asellum neglecto pabulo, quod objectum ei fuerat, ad aquam contendentem, quo vi-

so omen arripuit, intellexitque sibi salutem navigatione quærendam esse, et statim impetrat a Minturnensibus, ut sibi publica navis tradatur. Quo facto, se contulit in Africam, et ibi vires comparavit, quibus pristinam fortunam et dignitatem brevi recuperavit, sicut suo loco ostendemus. *Oliver.* Contigit A. U. DCLXV.

Domum Fanniæ] Oliverius dicit *mulieris*, credam *viri* dicendum. Et Terentio viri nomen est. *Badius.*

Minturnis] Latii urbs et Colonia Ptolemæo aliisque ad Lirim Fl. Halycarnassæo lib. I. ex cujus ruinis Trajetto ædificatum scribit Celsus Citradinus.

In Africam] Ubi comparato exercitu cum se Cinnæ conjunxisset, urbem cepit, et pristinam dignitatem cum magno inimicorum exitio recuperavit. *Oliver.*

§ 6 *Pompeius Magnus*] Cujus magnitudo totum orbem complexa fuit; nam Cicero in Catilinam Invectiva quarta ostendit, quanta fuerit Pompeii rerum gestarum magnitudo, dicit enim: ‘ Pompeii res gestæ atque virtutes continentur iisdem, quibus Solis cursus regionibus ac terris continetur.’ *Idem.* Contigit A. U. DCCXV.

Pharsalica] Id est, conflictu apud Pharsaliam urbem Emathiæ. *Badius. Pharsalica*] Thessalica; nam regio illa diversis nominibus fuit appellata, Emonia, Thessalia, Macedonia, Emathia, Campi Philippici, prout eam diversi reges occupaverunt. *Oliver.*

Cyprum] Insula hæc in Pamphylio sinu, a Cypro, Cinyræ regis filia ita appellata, vel ab ubertate Cypri arboris. Strabo, Steph. Plin. Cyprus autem Arabum est Alhenna, non Ligustrum, ut multi volunt.

Paphum] Oppidum est Cypri, ubi præcipue colebatur Venus, quæ Paphia dicta Virgilio: ‘ Inde Paphum sublimis adit, sedesque revisit Læta suas.’

Ex diro] Id est, execrabili omine.

§ 7 *Marci etiam Bruti*] Nota est Historia, quod Brutus et Cassius Cæsarem in Senatu multis vulneribus confoderunt.

Philippensi acie] Nam in campis Philippicis, ubi congressus est cum Augusto et M. Antonio, forte ita cecidit, ut signum belli futuri proponeretur ab Augusto et Antonio signum Apollinis; nam mos erat, ut commissuri prælia, Deum aliquem signum pugnæ proponerent; ut C. Marius Martis simulachrum, Sylla Delphici Apollinis, Cæsar Veneris genitricis. Ergo quia Apollinis signum proposuit Augustus, omen quod factum est, versus ille quodammodo implevit, quia in ea pugna superatus est, in qua signum fuerat Apollo, Latonæ filius. *Oliver.*

Antonio signo datus] Virgilius etiam est author in Bello Actiaco contra Antonium et Cleopatram Augustum usum Apolline. Quin etiam nonnunquam sese pro Apolline gessit, ad quod alludens idem Maro in Bucol. dixit: ‘ Casta fave Lucina, tuus jam regnat Apollo.’ *Oliver.*

§ 8 *Consentaneo vocis jactu*] Pari ratione Cassius Bruto affinitate conjunctus, quippe qui Juniam Bruti sororem duxerat uxorem, fecit suæ futuræ mortis omen. *Idem.* Contigit A. U. DCCX.

Aurem pervellit] Quia enim auris dedicata est Memoriæ, vellere aurem, est memorem facere. Unde in Bucolicis Maro: ‘ Delius aurem Vellit, et admonuit.’ *Badius.*

Rhodiis] Rhodus et Ophiusa a serpentium multitudine dicta, ut testatur Diodorus lib. v. quos Phorbas interemit. Unde Ophiuchi nomen accepit. Hyginus lib. II. Quin si Bocharto assentimur, Rhodus nihil aliud quam Ophiusam denotat; ירוד enim, id est, *jarod* vel *Rod* serpentem denotat. Vide illum de Phœn. Col. p. 398.

Solem a se relinqui respondere] Si-

mulacrum Solis. Hoc autem per ludibrium dixit, quippe quem ferre non poterat præ magnitudine. Memoratur enim a Solino unum ex septem memorabilibus mundi: erat autem centum viginti sex pedum magna, ænea et fusilis facta, quam a se relinqui Cassius dicebat. *Oliver.*

Macedonica pugna] In Macedonia ad campos Philippicos contra Augustum gesta. *Badius.*

Solem revera relinquere cogeret] Ita est in Mss. exemplaribus: in aliis, *coëgit.* Cæterum de C. Cassio scribit Dion Hist. Rom. XLVII. ipsum Rhodios navali prœlio superatos non solum armis, navibus, ac pecunia spoliasse, verum etiam statuis sacrisque donariis omnibus, nihilque ex his præter Solis currum reliquisse. *Pigh.*

§ 9 *In Liguria*] Ligures imis Alpium jugis adhærentes, inter Varum et Macram Fluvios, implicitosque dumis silvestribus, major aliquando labor est invenire, quam vincere. Varus Fluvius est grandis, ex Alpibus fluens, Galliam Transalpinam a Cisalpina separans, vetustissimus Italiæ terminus. Macra Fluvius est ex initio Apennini fluens, inter Ligurum montes, et demum juxta Lunam civitatem defluit in mare Tyrrhenum. *Oliver.*

Leto] Liguriæ mons est, ut testatur et Livius, quem Leander hodie *l'Alpi del Peregrino* vocari dicit.

EXT. § 1 *Samii*] Cum Prienenses gravi bello premerentur, auxilium petierunt a Samiis; Samii, ut qui ab illis essent alieni, quasi irridentes, se Sibyllam, ita enim nonnulli legunt, missuros responderunt; nam ex Sibyllis una fuit Samia. Prienenses ergo, quod irridentes Samii promiserant, læto animo acceperunt. Et hanc quasi ducem belli constituentes, gloriosam ex hostibus victoriam reportaverunt. *Oliver.*

Prienensibus] Priene civitas est Ioniæ, Biantis patria. Author Strabo XIV. ubi nominatis duodecim civitatibus, in quibus Priene, subjungit; nam hæ sunt duodecim Ioniæ civitates. Et paulo inferius, ubi de singulis mentionem facit, 'Post Menandri,' inquit, 'ostia est Prienensium littus, ultra quod Priene est et Mycale mons feris et arboribus plenus.' Idem paulo post: 'Priene,' inquit, 'a quibusdam Cadme appellatur, quoniam Philotas ejus conditor e Bœotia venit.'

Carras] Carræ populi insulani, piraticam exercentes, famosi fuerunt, victi a Minoë, ut Thucydides et Sallustius dicunt. Author Servius in expositione illius carminis Virgilii: 'Hic Lelegas, Carrasque, sagittiferosque Gelonos.' At Strabo dicit populos esse Cariæ regionis, quæ contermina est Ioniæ, videlicet inter Ioniam et Liciam positæ. Hos etiam aliquando sub Minoë fuisse dicit, et insulas habitasse. Hinc arbitror Insulanos inde dictos fuisse, et Carres Carrium, declinavit. Sunt et Carræ primæ declinationis in Syria, eodem teste lib. VI. in descriptione Syriæ, dicit enim: 'Tigranocerta et loca quæ sunt circa Carras Nicaphorium et Chordiraza et Sinnaca, in qua Surina Parthorum imperator Crassum dolo captum interemit.' Unde Lucanus: 'Assyrias Latio maculavit sanguine Carras.' *Oliver.*

Arrogantia instincti] Pulmanni codex: *arroganti instincta.* Atque illud etiam recte. Sic enim Cicero: 'Quæ instinctu divino funduntur,' de Divinat. I. et alibi sæpius. *Pighius.*

Cymbulam eis derisus gratia miserunt] Ita Manuscripta exemplaria; non, ut in aliis, *Sibyllam.* Nec profecto inepte, nimirum, pro classe cymbulam irrisus gratia missam licet intelligere. Ἄλογον namque videtur atque absurdum, fœminam unam in auxilium mittere. Duo alii codices, quos contuli, *lembunculum* posuere pro *cymbula,* quæ vox librariorum culpa

proculdubio ex interlinearibus annotationculis in locum alterius irrepsit. Omen autem accepisse Prienenses videntur ex ipso navigii nomine; est enim κύμβη Græcis non solum *lembus* vel *navicula*, sed etiam *caput*, *vertex*, *fiducia*, ac *summa rerum*, κορωνὶς καὶ κεφάλαιον. Atque ita cymbulam illam interpretati Prienenses libenter receperunt, atque etiam victoriæ ducem habuerunt. Erant autem Samiis in usu cymbæ biremes, a Polycrate tyranno primum inventæ, forma fere rotunda et concava, in alvi prope effigiem fabricatæ, Duridis opus ac figmentum, Samænas appellabant, ex quo genere missam unam fuisse verisimile videtur. Meminere Samænarum Suidas, Plutarchus, et Athenæus, qui Samias item vocari dicit. *Pighius.*

§ 2 *Apollionatæ*] Apollonia plurium urbium nomen fuit, unius in Epyro, de qua nunc agitur; alterius in Creta: tertiæ in Thracia; quartæ in Syria. *Oliver.*

Illyrico] Plinius hanc regionem inter Arsiam et Titium flumina constringit.

Epidamnios] Epidamnus Thucydidi Dalmatiæ aut Macedoniæ colonia et oppidum; propter inauspicatum nomen a Romanis Dyrrachium appellatum fuisse, tradunt Livius, Strabo, Plinius, et Mela. Quibus assentitur quoque Dion lib. XLI. ita tamen, ut subdubitet, num duo diversa sint oppida. Appianus autem II. Civil. hoc plane adfirmat, ait enim Epidamnum paullum remotum a mari, Dyrrachium vero prope ipsum mare; in peninsula, teste Strabone; Epidamniqne navale esse dicit. Additque hoc falso a quibusdam Epidamnum dictum: postea tamen sic nominatum a Corcyrensibus, quod Dyrrachii nomen ominosum habebatur, vetustam autem appellationem vicisse, et Dyrrachii nomen manere. Discrepat a cæteris omnibus Appianus, hic namque Dyrrachii nomen ominosum, cæteri Epidamni faciunt; hic nominis mutationem Corcyrensibus, alii Romanis tribuunt. *Ortel.*

Æantem] De hoc Flumine Steph. de Urbibus, Plin. lib. III. c. 23. Strab. lib. VI. et VII. e Lacmone Pindi promontorio erumpere, ac præter Apolloniam fluere in mare Adriaticum testatur: Aoum quoque vocari ab Hecatæo aliisque antiquioribus. Ex quo quidem nomine suspicor Apolloniatas omen accepisse; ἄως enim *salus* vel *medela* est. *Pighius.*

Æantem] Quia veterum superstitio tenuit, Fluviis ejusdem nominis Deos præesse, unde Tyberis et Tyberinus invocatur apud Maronem; non absurdum forte esset dicere, Apolloniatas Fluminis sui, tanquam Dei imaginem, et non Æantem, sibi ducem constituisse; sed in priore sententia Oliverium sequimur. *Badius.*

CAP. VI. § 1 *Ser. Tullio, &c.*] Contigit A. U. CL. circiter.

Flammam emicuisse] Ingens hoc naturæ miraculum Livius, Plinius, Florus, Valer. hic Maximus, Apuleius, Dion. Halicarnassæus, aliique diligentes autores exposuerunt, quos operæ non erit adduxisse. Quod si ocyus quis actæ rei seriem expectat, audiat solum Dionysium Antiq. Rom. lib. IV. cujus vicariis utar vocibus: 'Quum aliquando circa meridiem in regio thalamo consedisset, somnoque esset oppressus, flamma e capite ipsius emicuit. Idque non tantum mater ejus, et regina, quæ per thalamum inambulabant, inspectarunt, sed et omnes, qui cum mulieribus tum forte aderant: nec prius totum ejus caput flamma collucere desiit, quam a matre accurrente excitaretur, quo facto, flamma simul cum somno dispersa, evanuit.' Breviter omnia complectitur Ovidius Fast. VI. 'Signa dedit genitor, tum cum caput igne corusco Contigit, inque comis flammeus arsit apex.' Flamma 'lux'

vocatur optimo jure, quia flamma lux ignis est, a quo illa oritur. Lucem puram fuisse inde colligimus, quod pilos collustrando, haud quaquam combusserit, qualis illa forsan in Mesopotamia Mosi visa. Parem aleam expertus est apud Virgilium Æneid. II. Ascanius: 'Ecce levis summo de vertice visus Iuli Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli Lambere flamma comas, et circum tempora pasci. Nos pavidi trepidare metu, crinemque flagrantem Excutere, et sanctos restinguere fontibus ignes.' Diversus Laviniæ Novercæ splendor, quia lucem flamma ureus comitabatur, ut cecinit Maro Æneid. VII. 'Præterea castis adolet dum altaria tædis, Et juxta genitorem astat Lavinia virgo, Visa (nefas!) comis comprendere crinibus ignem, Atque omnem, ornatum flamma crepitante cremari.' De Lucio Martio narrant Livius lib. XXV. Valerius lib. I. cap. 6. Pœnos aggressuro et ducem Asdrubalem, flammam concionanti fusam e capite sine ipsius sensu, cum magno pavore circumstantium militum. *Bartholinus.*

Vide et Cardanum de Rerum Varietat. lib. VIII. cap. 43. et Scaligerum Exercitat. 274.

Prisci Tarquinii regis uxor] Quæ, ut prodigiorum peritissima, cognovit Ser. Tullium puerum dormientem, cujus caput flamma corripuisset, clarum aliquando evasurum, qui etiam regiæ majestati in rebus afflictis succurreret. Itaque cum quidam familiarium aquam ad extinguendum incendium afferret, ut Livius autor est, a regina prohibitum ferunt, sedatoque tumultu, moveri puerum vetuisse, donec sua sponte experrectus esset: tum, adducto in secretum viro Tanaquil, Videsne tu puerum huuc, inquit, quem tam humili cultu educamus? Scire licet lumen quondam rebus nostris dubiis futurum, præsidiumque regiæ afflictæ: proinde materiam ingentis publice privatimque decoris omni indulgentia nostra nutriamus; inde puerum liberorum loco cœptum haberi erudirique artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur. Evenit facile quod Diis cordi esset, juvenis evasit veræ indolis regiæ, nec cum quæreretur gener Tarquinio, quisquam Romanæ juventutis ulla arte conferri potuit, filiamque ei rex despondit, quo deinde cæso, Tanaquilis arte et consilio in regnum substitutus fuit. Plinius de Vir. Illust. 'Servius,' inquit, 'Tullius, P. Corniculani et Crisiæ captivæ filius, cum in domo Tarquinii Prisci educaretur, flammæ species caput ejus amplexa est.' Sunt qui velint Vulcani filium fuisse. Unde illud: 'Namque pater Tulli Vulcanus, Crisia mater, Præsignis facie Corniculana fuit. Hanc secum Tanaquil, sacris de more peractis, Jussit in ornatum fundere vina focum. Hic inter cineres obscœni forma virilis Aut fuit, aut visa est: sed fuit illa magis. Jussa foco captiva sedet, conceptus ab illa Servius a cœlo nomina gentis habet. Signa dedit genitor tunc cum caput igne corusco Contigit, inque comis flammeus arsit apex.' *Oliver.*

Servium serva natum] Plerique codices habent, *Servium serva natum*, omisso Tullii regis prænomine: ad quod ipsum allusio tamen non est inepta, si retineas. Idcirco enim *Servium* appellatum esse tradit Dionysius, quod e serva matre natus erat. *Pighius.*

Serva natum] Livius sentit non esse serva natum, sed captiva. Dicit enim: 'Hic quacunque de causa tantus illi honos habitus, credere prohibet, serva natum eum, parvumque ipsum servisse. Eorum magis sententiæ sum, qui Corniculo capto Servii Tullii, qui princeps in illa urbe fuerat, gravidam viro occiso uxorem, cum inter reliquas captivas cognita esset, ob unicam nobilitatem ab regina

Rom. prohibitam ferunt servitio: partum Romæ edidisse, in Prisci Tarquinii domo. Inde tanto beneficio, et inter mulieres familiaritatem auctam, et puerum, ut in domo a parvo educatum in charitate atque honore fuisse: fortunam matris, quod capta patria in hostium manus venerit, ut serva natus crederetur, fecisse.' Nam omnis captiva serva dicitur. *Oliver.*

§ 2 *Æque felicis*] Cum cæsis in Hispania duobus Scipionibus, deleti Rom. exercitus, amissæque Hispaniæ viderentur, vir unus retinuit, easdemque restituit. Erat in exercitu Romano L. Marcius, Septimii filius, eques Romanus, impiger juvenis, animi et ingenii aliquanto majoris, quam pro fortuna in qua erat natus; ad summam indolem accesserat Cn. Scipionis disciplina, sub qua per tot annos omnis militiæ artem edoctus fuerat: is, ex fuga collectis militibus, et quibusdam de præsidiis deductis, haud contemnendum fecerat exercitum, conjunxeratque se T. Fonteio P. Scipionis legato; sed tamen præstitit eques Romanus authoritate inter milites et honore, ut castris circa hibernum communitis, eum ducem exercituum comitiis militaribus creaverint. Hic igitur in magna rerum difficultate cum ad consilium prima specie temerarium magis quam audacem adjecisset animum, ut ultro castra hostium oppugnaret, ne subita res et nocturnus terror: nam id proxima nocte facturus videbatur, suæ fortunæ consilium perturbaret, alloquendos prius et adhortandos milites ratus, advocata concione orationem habuit; cui concionanti flammam fusam e capite dicunt sine ejus sensu, magno pavore circumstantium militum: quo prodigio moti, alacriori animo eum ducem secuti, majorem hostibus cladem intulerunt, quam acceperant; nam nocte atque die bina hostium castra ceperunt, et ad internecionem hostes prope ceciderunt. Hic ergo virtute sua ultus est Cn. et P. Scipionum cum majori parte exercitus, cædem, quos Celtiberi transfugientes prodiderant ducibus Carthaginiensibus, Magoni et Gisgoni: quam victoriam consecutus e nulla re magis quam celeritate. De quo Frontinus lib. II. cap. 10. 'L. Marcius eques Rom. qui reliquiis exercitus præfuit, cum a propinquo bina castra Pœnorum paucis milibus passuum distarent, cohortatus milites, proxima castra intempesta noce adortus est, et cum hostem victoriæ fiducia incompositum aggressus, ne nuncios quidem cladis reliquisset, brevissimo tempore militi ad requiem dato, eadem nocte raptim famam rei gestæ prægressus, altera eorum castra evasit: ita bis simili usus eventu, deletis utrobique Pœnis, amissas pop. Rom. Hispanias restitnit.'

§ 3 *Item cum bello, &c.*] Et hujus Historiæ autor est Livius ab Urbe cond. lib. v. Cicero quoque lib. de Divinat. 'Quid quod in Annalibus,' inquit, 'habemus, Veienti bello cum Lacus Albanus præter modum excrevisset, Veientem quendam nobilem ad nos profugisse, eumque dixisse, et fatu quæ Veientes scripta haberent, Veios capi non posse, dum lacus is redundaret: et si lacus emissus lapsu et cursu suo ad mare perfluxisset, perniciosum pop. Romano, sin autem ita esset eductus, ut ad mare pervenire non posset, tum salutare nostris fore; ex quo illa mirabilis a majoribus nostris aquæ Albanæ facta deductio est. Cum autem Veientes bello fessi legatos ad Senatum misissent, tum ex his quidam dixisse dicitur, non omnia illum transfugam ausum esse Senatui dicere; in eisdem enim fatis scriptum Veientes habere, fore, ut brevi a Gallis Roma caperetur, quod quidem sexenuio post Veios captos factum esse

audivimus.' Hæc Cicero. At Livius cum prodigium aperuisset, ut Lacus Albanus præter modum excresceret, ita ut per agros diffunderetur, nulla ejus inundationis causa extrinsecus apparente, non solum ad Rom. venisse, quæ supra diximus, referentem, sed Delphos quoque oraculum sciscitatum legatos misisse Romam refert, qui responsum retulerunt, non prius Veios capi posse, quam lacus ille per agros unda profluueret. Oraculi autem verba hæc fuere: ROMANE AQVAM ALBANAM CAVE LACV CONTINERI, CAVE IN MARE MANARE SVO FLVMINE SINAS, EMISSAM PER AGROS RIGABIS, DISSIPATAMQVE RIVIS EXTINGVES, TVM TV INSISTE AVDAX HOSTIVM MVRIS, MEMOR, QVAM PER TOT ANNOS OBSIDES VRBEM, EX EA TIBI HIS, QVÆ NVNC PANDVNTVR FATIS, VICTORIAM DATAM. *Oliver.*

Veientes] Italiæ populi, socii Fidenatibus. Liv. I. et Eutrop. I. cui duodeviginti millia passuum ab Urbe sunt.

Capi non possent] Quia mœnia essent alta et loco editissimo posita, ut non solum ædificiis, sed etiam natura loci tuta essent. *Oliver.*

Delphicum oraculum] Hoc, quod posterius frequentatum fuit oraculum, sedem habuit ad radices Parnassi, ubi templum condiderant incolæ, supra specum oppido muroque cinctum, et templum ipsum, ob nativam præcipitiem, munierant aditu adeo difficili, et angusto, ut objecta lapidum mole, accessum omnem undique præcluserint, exigua semita relicta, qua consulturi oraculum absque comitatu incederent. In medio templi exigua planities erat, et in ea hiatus, ex quo spiritus acer et vehemens, terribili sonitu excussus, vatem tripodi insistentem, et afflatus expectantem corripiebat, agitatamque et concussam in furorem vertebat, statis diebus, quibus fari licebat. Ferunt annuatim sex menses continuos apud Lycios, totidemque in Delo oracula percontaturis patuisse: in reliquis locis, non quovis tempore, sed statis definitisque diebus tantum: utpote vel Idibus, vel Kalendis, vel angescente vel deficiente Luna, vel ineunte aut desinente die, sciscitari licuisse. Religionem in consulendo Pythio oraculo eam servari oportebat, ne promeret quicquam nisi totam prius victimam contremiscere, ac velut micare cerneret. His legitime peractis Dæmon ex obsessa Pythia (ἐκ τοῦ ἀτμοῦ enim ἔνθεος γένεσθαι, ex spiritu enim Dei afflata credebatur) concepta et fere metris Græcis scite admodum atque argute, sed ambigue nimis ac captiose illigata responsa pronuntiabat: cumque in suam sese recepisset atque abdidisset specum, Pythia, ceu exonerata spiritu, et ad sese reversa consistebat ac conquiescebat. Fuit autem omnium templorum Ethnicorum locupletissimum, statuis ex solido auro argentoque conflatis immensi ponderis, et aliis innumeris ac pretiosissimis donariis refertum. Vide supra pag. 928.

Sortibus] Oraculo; nam sortes pro oraculis sæpissime ponuntur, eo quod sortes e vase ducerentur, quibus oracula reddebantur ad ea, de quibus interrogaretur sacerdos. *Oliver.*

§ 4 *Nec parum prosperi successus*] Hoc contigit Sociali bello; cujus causa inde nata est, quod Drusus trib. pleb. promiserat sociis Latini nominis, si cum Senatu sentirent, ejusque partes adversus equestrem ordinem, cum quo propter judicia graviter dissidebat, tuerentur, daturum operam, ut in civitatem Romanam accipierentur; sed occiso paulo post Druso, cum præmium Latinis negaretur, irati a societate populi Romani defecerunt, et Romanis bellum indixerunt. Diversi contra hos sunt missi imperatores, inter quos et L. Sylla, qui profectus in Samnium adversus Nolam primo duxit exercitum. Nolani extra mœnia cum copiis et præsidiis po-

suerunt castra. Sylla igitur cum Deos de pugna consuleret, anguis subito apparuit. Interrogato Aruspice quid anguis ille portenderet, responsum est, ut magno animo invaderet, quo facto, victoria potitus est. *Oliver.*

Sociali bello] Quod gestum est contra eos, qui a societate pop. Rom. defecerunt, quod alio nomine bellum Latinum vocatur.

Nolano] Nola Picentinorum urbs in Italia Ptolemæo, Diodoro, et Strabone. In Samnio ponit Epitome Livii lib. LXXXIX. Vide Cluver. de Ital.

Prætorium] Dicebatur tabernaculum, quod duces exercituum, vel Imperatores, sive Consules, sive Dictatores, sive Prætores, sive Tribuni militum consulari potestate ii essent, occupabant. Nomen autem inde habet, quod initio Consules, qui plerumque bella administrabant, Prætores dicerentur. Ita Quæstorium, erat tabernaculum Quæstorum. Forma prætorii fuisse videtur rotunda, testudinea, id est, curvata in cameram rotundiorem. Hac causa fortasse Josephus cum templo componit, quod templa pleraque talia: aut etiam quod eminebat in mediis castris, ut in urbe aliqua templum. An et quia religio ibi et pars sacrorum? Certe in eo Augurale fuit, ubi sacrificare et auspicari Imperator solebat; nam ante illud ara fuit, in qua solenniter libamenta aliqua illata et cremata, quotidianæ religionis ergo: Auguratorium vocat Hyginus, qui et situm ejus parte dextra prætorii docet, ut tribunal læva. Tota igitur area sive pedatura prætorii erat quaternum jugerum, seu potius versuum. Versum autem dicunt centum pedes quoquo versus quadratum. Pedatura vero Latinis est quod Græcis ποδισμὸς, etsi podismi ipsa Græcanica voce crebro in hac re Vegetius usus: ποδισμὸς autem dimensio, aut et dimensum ipsum per pedes, sicut σταδιασμὸς, per stadia. Ad verbum est *pedatura.* Et accipiunt non pro ipsa mensura tantum, sed pro spatio, areaque cujusquam sic demensi. Situs prætorii in medio non quidem castrorum, sed aliorum ducum. Nam semper veteri et novo more, in medio Tribunorum, aliorumque Ducum, Prætoris locus. Profecto, ut in acie Prætor seu Consul (confundimus hic ista) post Hastatos et Principes ante Triarios stabat, media fere acie, et ad latera Tribuni; ita hic, nisi quod pro Triariis, Ablecti, et Extraordinarii, et Evocati substituti. Et hic situs magnæ rationis fuit. Primum non longe ab hoste, et ad Prætoriam portam, quæ illum fere semper spectabat: nimirum ut observet, si quid ille moliatur aut moveat, et nuncios quoque et exploratores statim admittat: causa altera, ut duces omnes circum se habeat, quorum consilio, cum opus, statim utatur, item jubeat aliquid aut mandet: tertia, ut in conspectu habeat subjecta castra, et militem totum, videatque, si quid peccent, aut turbent. Ipse ille aspectus coërcebat milites, qui sciebant, semper sub oculis sui Ducis se versari, eoque in omnibus magis composite se gerebant: nec Ducis tantum, sed Ducum; quoniam Quæstor, Legati, Tribuni omnes fere huc spectabant. Denique causa etiam hic honor et dignitas, quod media omnia honestiora, imo et tutiora. *Lipsius.*

Ab ima parte aræ] Ita Pulman. lib. et Gemblacensis, vulgo, *ab una parte:* prius placet. Cicero enim de Divinat. lib. I. ex quo forsan hoc exemplum Valerius desumpsit, sic ait: 'Ab infima ara cum subito anguis emergeret.' Plutarchus cum adversus urbem ab Nola exercitum duceret, Syllæ prodigium hoc evenisse scribit. *Pighius.*

Prolapsam anguem] Serpentum allapsus multis magnis viris salutaris fuit ominis. Aureliano Imper. apud Vopiscum; Maximino, apud Julium

Capitolinum; Augusto ipsi apud Dionem lib. XLVII. Eo Virgilius spectat lib. V. 'Dixerat hæc: adytis cum lubricus anguis ab imis Septem ingens gyros, septena volumina traxit, Amplexus placide tumulum, lapsusque per aras.' *Colerus.*

Samnitum castra] Samnites sunt populi Italiæ, qui inter Picenum, Campaniam et Apuliam jacent. De quibus Florus lib. I. cap. 16. 'Populus Romanus Samnites invasit, gentem, si opulentiam quæris, aureis et argenteis armis, discolori veste usque ad ambitum armatam: si insidiarum fallaciam, saltibus fere et montibus fraude grassantem: si rabiem et furorem, sacratis legibus humanisque hostiis in exitium urbis agitatam: si pertinaciam, sexies rupto fœdere, cladibusque ipsis animosiorem. Hos tamen L. annis per Fabios et Papyrios patres, eorumque liberos ita subegit pop. Romanus, ac domuit, ita ruinas ipsarum urbium diruit, ut hodie Samnium in ipso Samnio requiratur.' Posterioribus quoque temporibus, bello Sociali, et in Civili Mariano ingens eorum apparuit in arma ardor. Quod Strabo lib. V. ostendit. Vide Cluver. Ital. lib. III. cap. 8.

§ 5 *Præcipuæ admirationis*] Livius multa refert apparuisse prodigia, ante Gallorum adventum, quæ futurum urbis minarentur excidium: dicit enim, cœlum visum ardere, terra ingenti concussa motu est. Bovem locutam, cui rei priore anno fides non fuerat, creditum est. Inter alia prodigia, quæ multa fuere, carne pluit, quem imbrem ingens numerus avium volitando rapuisse fertur, quod intercidit sparsum ita jacuisse aliquot dies, ut nihil odor mutaretur. Præcipue non solum quæ diximus prodigia admiranda sunt, sed etiam quæ sequuntur. *Oliverius.*

Contigit A. U. CCXCII.

P. Volumnio, &c.] Dum illi erant designati Consules. *Badius.*

Mugitu] Bos quæ ante mugire consueverat, humanis verbis locuta est. Nam dixisse fertur, 'Cave tibi Roma.' Sed primo creditum non est. Secundo vero, cum idem prodigium enunciatum esset, fides haberi cœpta est. *Oliver.*

Carnis quoque in modum nimbi dissipatæ partes ceciderunt: quarum majorem numerum præpetes diripuerunt aves] Campense exemplar hæc ita prodit: *Carnes quoque in modum nimbi dissipatæ ceciderunt, quarum majorem partem præpetes, &c.* Alii codices ita habent: *Carnes quoque in modum nimbi dissipatæ ceciderunt in partes, quarum majorem numerum, &c.* Eum in modum pro cujusque libidine exemplaria diversimode transcripta sunt. *Pigh.*

Carnis, &c.] Livius lib. II. 'Præter hæc,' inquit, 'relatum est in monumenta, inferiore cœlo lacte et sanguine pluisse, M. Acilio, C. Potio Coss. et sæpe alias carne, sicut L. Volumnio, Ser. Sulpitio Coss. eamque non perputruisse, quod non diripuissent aves.' *Oliver.*

Nimbi] Nimbus ventus cum pluvia, est etiam densitas nubis in tempestate obscura.

Præpetes aves] Sunt quarum volatu futura prænoscimus, hoc est, quæ auguria faciunt. Ex Agellii lib. VI. c. 6. notandum quod *præpetes aves* sunt, quæ prosperius prævolant, et sublimius, quibus opponuntur inferæ. Antiqui 'præpetere' dicebant pro 'anteire.' Et 'præpetere aves' dicuntur, quæ se ante auspicantem ferunt. Προπετὲς, prævolans. *Præpetes* itaque sunt a προπέτεσθαι, juxta Turnebum, id est, a *prævolando*, qui annotat easdem quoque magnas aves appellari, ut apud Plautum in Rudente. Ut ita non sine causa Apollinaris Sulpitius in dicto Agellii capite dixerit, præpetes sibi videri esse aves, quas Homerus ταναυπτέρυγας, *expassis alis volantes*, appellaverit: quoniam istas potissimum augures spec-

tarent. Videatur etiam Brissonius Form. lib. I. *Becman.*

Infantem semestrem in foro boario triumphum proclamasse] Livius lib. XXI. in foro Olitorio contigisse scribit. Atque hic variant exemplaria. Pulmanni sic habet: *Puerum infantem semestrem in foro boario locutum, triumphum protulisse.* Winchelianum vero sic: *In foro boario triumphum locutum.* Livius 'infantem semestrem' dicit. Tertia igitur vox illa *puerum*, cum sit superflua, e scholiis in contextum Valerianum irrepsit. Atqui hic mihi videtur Valerius ab indocto aliquo in Epitomen redactus. Nam plura prodigia, quæ diversis evenere temporibus, tanquam ejusdem temporis, sub uno exemplo concise ac temere congesta animadvertimus: quæ Valerium, ut alia ejus capitis prodigia, sane existimo meliore ordine copiosius enarrasse. Nos autem ea, quæ extant tempora diversa, annotatis singulatim annis, ut dignosci possent, suis intervallis distinximus. *Pigh.*

Foro boario] Lacu Velebro postmodum exsiccato, atque repleto in ejus parte, quæ a Jano quadrifronte in Aventinum vergit, forum Boarium fuit institutum: quod nomen obtinuisse aliqui volunt ab æreo tauri simulacro ibi statuto, ubi Romulus sulcum urbis condendæ designare cœpit. de quo Plinius ita meminit: 'Proxima laus æris Gynetico in insula, et ipsa nec æs gignens, sed officinarum temperatura nobilitata. Bos æreus inde captus in foro Boario est Romæ. Alii ob taurum immolatum interfecto Caco, bobusque recuperatis, Boarium appellatum tradunt.' Utramque opinionem attigit Ovidius his carminibus: 'Pontibus et magno juncta est celeberrima Circo Area, quæ posito de bove nomen habet. Immolat ex illis taurum tibi Jupiter unum Victor, et Evandrum ruricolasque vocat.' Sextus vero Pompeius *Boarium* dictum putat, quod ibi boves venundarentur: cui astipulatur Varro, cum inquit: 'Quo quidem genera conferrent, forum appellatum, additumque ab eo cognomen: ut forum Boarium.' Quod etiam Livius innuit, memorans in eodem bovem in tertiam contignationem ascendisse. In hoc foro in honorem L. Septimii, et M. Aurelii arcus a negotiatoribus et argentariis fuit extructus, qui proximus D. Georgii ædi adhuc extat, cum titulo insculpto. Vide Marlianum.

Elephantino capite] Hi sunt lusus naturæ. Vide Fort. Licet. de Monstr.

In Piceno, &c.] Umbris atque Sabinis continuantur Picentes, quorum regio dicebatur, Picenum, et ager Picenus. Plin. lib. III. cap. 12. 'Infra Sabinos Latium, a latere Picenum, a tergo Umbria.' Vide Strabonem lib. V. qui Sabinis orinndos tradit, pico ave duce itineris. Festus: 'Picena regio, in qua est Asculum, dicta, quod Sabini cum Asculum proficiscerentur, in vexillo eorum picus consederit.' Ad Picum Latinorum regem gentis originem fabulose deduxit Silius lib. VIII. In hoc tractu sitæ olim urbes Ancona, Numana, Potentia, Ciceroni, Velleio Paterculo celebrata oppida. Vide Cluver. Ital. lib. II. cap. 11. et lib. IV. cap. 6. ubi de Picentinis; quos a Picentibus originem traxisse docet.

Lapidibus pluisse] Contigit A. U. DXLIV.

In Sicilia] Contigit A. U. DXXXVI.

Etiam metentibus apud Antium] Antii cruentas metentibus spicas in corbes decidisse, Livius et Plutarchus in Fabio tradunt, non in Sicilia, velut ex vulgatis Valerii verbis colligere est. Quapropter loco *etiam*, quod in exemplari Campensi non habetur, *Antii* reponerem; vel potius verba duo prætermissa dicerem, quorum vestigia habemus in Pulmanni codice, ubi sic legitur: *Etiam apud Aritium metentibus, &c.* Sed scribendum erit

non secus ac habet Orosius lib. IV. c. 15. *apud Antium metentibus cruentas spicas in corbem decidisse.* Pighius.

In corbem] Id est, vas viminenm, in quod colliguntur spieæ, dum intensius est canma. *Oliver.*

Cærites aquas] In Cæretc oppido fluxisse mixtas sanguine.

Cærites aquas] Cære est urbs Tuseiæ maritima. Agylla etiam veteribus dieta.

§ 6 *Caius autem Flaminius*] Livius de Seeundo Bello Punico. Cieero de Divinatione: 'Quid bello,' inquit, 'Punieo Seeundo? nonne C. Flaminius Consul signa neglexit rerum futurarum magna cum elade reipubl.? qui exereitu lustrato cum Aretium versus eastra movisset, et contra Hannibalem legiones dueeret, et ipse, et equus ante signum Jovis Statoris sine causa repente ceeidit: nee eam rem habuit religioni, objeeto signo, ut peritis videbatur, ne committeret prælium. Idem cum tripudio auspiearetur, pullarius diem prælii committendi differebat. Tum Flaminius ex eo quæsivit, si nec postea quidem pulli paseerentur, quid faciendum esse eenseret. Cum ille quieseendum esse respondisset, Flaminius, Præelara, inquit, auspieia, si esurientibus pullis res geri potuissent, saturis nihil gereretur. Itaque signa eonvelli et sequi jussit: quo tempore eum signifer primi hastati signum non posset loco movere, nee quiequam perfieeret plures cum aeeederent; Flaminius nuntiata suo more neglexit; itaque tribus horis concisus exereitus atque ipse interfeetus est.' *Oliver.*

Contigit A. U. DCXXVI.

Trasimenum] Laeus Thusciæ.

Convelli] Servius Danielis, qui multas superioris ævi librariorum eulpas arguit: Vellere proprie dixit, inquit, quia Romana signa figebantur in castris, et cum ad bellum eundum fuisset, captatis auguriis avellebantur e terra; nam alibi ea figi non lieebat. Sed inter auguria etiam hoc babebatur, si avellentem faeile sequerentur: adeo ut eum filio Orodis bello sit Crassus oceisus, qui iturus ad Parthiam, avellere signa vix potuit, quod etiam Flaminio contigit, qui eum imperasset signa tolli, eaque non possent moveri, effosso solo, in quo erant fixa, vi magna extrahi præeepit. *Colerus.*

In ea namque acie] Unde colligitur unum et triginta millia in eo prælio eontra Hannibalem stetisse. Vide Liv. lib. XXII.

Ad funerandum] Ad funus faciendum, ut sepulturæ mandaret.

Sepelierat] Imperium Romanum: quia nisi Dii prospexissent, aetum fuisset de imperio Romano. Posset etiam dici, quod Hannibal, quantum in ipso fuit, sepelierat eum eonsule imperium Romanum, quia nisi fata restitissent, potuisset imperium Romanum extinxisse. Verum quia hæc dicit author ad reprehensionem temeritatis consulis, sequar priorem expositionem. *Badius.*

§ 7 *In Hispaniam*] Quia duxit exereitum eontra Numantinos.

Lavinii] Legitur et *Lanuvii.* Quæ est urbs Latii, ubi Junonis Sospitæ fanum: CC. plus minus ab Urbe stadiis, hoe est viginti quinque millibus passuum, fuisse ex Diodori lib. XIV. eonjieitur; ubi ait Marcium (locum sic dietum haud procul hine, teste Livio lib. VI.) totidem a Roma distare. Aliud autem opidum Lanuvium et Lavinium, nam, ut autor est Celsus Cittadinus Anglerius, Lavinium propius est mari inter Ostiam, Ardeam, et Veliternum, et nune vulgo nominatur *Civita Lavina*, et distat ab urbe fere 20. m. p. Lanuvium vero est propius Viam Appiam, inter Albanum, Arieiam, et Ardeam, et voeatur vulgo *Civita Indovina*, et ab Urbe distat 15. m. p. Vide et Seholia Sigonii in Livii lib. VIII. et Ursinum

de familiis in Papia Gente. *Ortel. Lavinii*] Ita Mss. Codices legunt. Recte. Pullos enim avolasse in proximam sylvam scribit Valer. et Jul. Obsequens, in sylvam nimirum Laurentinam, quæ Lavinii erat, non Lanuvii. Vide quæ nos de Lavinis in anno Urbis ccccxv. in Magistratuum Annalibus. *Pighius.*

Pulli cavea] Romani moris fuit, teste Servio, quod in comitiis agendis et bellis gerendis pullaria captarentur augnria.

Herculis portu] Videlicet de Liguria, ubi portus est Herculis Monœci. Ideo putant Herculem sic dictum, vel quod pulsis omnibus illic solus habitavit, vel quod in ejus templo nunquam Deorum quispiam sic colitur, sicut in templo Jovis colitur Minerva et Juno, in templo Veneris Cupido. Strabo de Liguribus loquens, ait: 'Monœcus præterea portus statio quædam est, non magnarum, non multarum capax navium, templum habens Herculis cognomine Monœci, quoniam is in eo habitat solus.' *Oliver.*

Genuam] Liguriæ urbs, hodieque nomen retinet. Januam sequioris ætatis autores, inter quos Luitphrandus, appellant.

Scapham] Scaphæ, teste Nonio, naviculæ sunt, quæ majores naves consequuntur. Unde Jabolenus JCtus: 'Si navem,' inquit, 'cum instrumento emisti, præstari tibi debebit scapha navis.' Cæsar in commentariis: 'Quod cum animadvertisset Cæsar, scaphas longarum navium, item speculatoria navigia militibus compleri jussit.' Sane crebra est apud auctores scapharum mentio: nunc vulgo pro 'scapha,' nostri nautæ 'scyphum' appellant, sic quidem et ab eruditis putatur. Sed certe et 'scyphus' nomen est navigii. Id quod Aurel. Macrobius vir multæ eruditionis apertissime ostendit Sat. v. Sunt et qui scaphas Liburnis associari dicant, exploratoriasque vocari, ut est apud Vegetium. Sunt et qui ab Illyricis inventas tradant. Sane venter navis 'scapha' antiquis dicebatur, teste Suida. *Gyrald.*

Infelici pugna] Quia victus est cum ingenti multitudine a paucis: nam fuere 30. millia Romanorum a 4. millibus Numantinorum superata. Livius lib. LV.

Turpi fœdere] Quia se in hostium potestatem dedidit, et injussu populi Romani fœdus iniquis conditionibus fecit cum Numantinis.

Deditione funesta] Quia Senatus censuit ut hostibus traderetur, et populus Romanus religione solveretur.

§ 8 *Minus miram, &c.*] Contigit A. U. DXII.

Lucanus] Ager Lucanus Apuliæ conterminus fuit juxta Bardanum amnem. Lucanos hospitales et justos vocavit Heraclides de Rebuspublicis. A Samnitibus originem traxisse autores sunt Plin. lib. III. c. 5. et Strabo lib. v. eosque Œnotriis ejectis eorum sedem invasisse tradit, atque eos cum Brutiis et generis sui autoribus Samnitibus ita bellorum cladibus attritos docet, ut eorum oppida distinguere difficile sit. Terminos tamen Lucanis statuit ad Tuscum mare, simul cum aliis auctoribus, a Picentinis Silarum, a Brutiis Lacum amnem. Ad ipsum quoque Silari ostium celebre Junonis Argivæ templum olim ab Jasone conditum fuisse idem memorat; quanquam templum hoc Plin. lib. III. cap. 5. ad dextram ponit ripam, in Picentinorum agro. *Cluver.*

Angues duo] Multa prodigium faciunt: nam anguis est subdolum et callidum animal, quod significat hostes futuros callidos et astutos: jecur præterea membrum vitale est, quod mortem Consuli prædicebat: quod in latebras se contulerit, significabat fore ut in insidiis hostes delitescerent. *Oliver.*

Immolaverat] Qui sacrificabant vic-

timis jam mactandis molam salsam solebant inspergere.

Perfidi] Cum apud majores jura hospitii servata et inviolata fuissent. Virgilius: 'Jupiter, hospitibus nam te dare jura loquuntur.'

Hospitis sui Flavii] Hospes autem fuit Flavius Lucanus, caput ejus partis, quæ cum Romanis stabat; nam Lucanorum pars ad Hannibalem defecerat: is mutata voluntate locum gratiæ quærens apud Pœnum, neque transire, neque trahere ad defectionem Lucanos satis habuit, nisi Imperatoris Romani, et ejusdem hospitis proditi capite et sanguine fœdus cum hostibus sanxisset. Convenit enim cum Magone Carthaginiensium duce, ut si Rom. tradidisset Imperatorem, liberi cum suis legibus in amicitiam Lucani venirent, cujus rei data acceptaque fide Gracchum invitat ad reliquam Lucaniæ partem in deditionem accipiendam, quam a Pœnis defecturam pollicebatur, si modo Imperatorem Romanum vidissent; nam antea partem maximam cœperat. Gracchus igitur verbis hospitis fraudem abesse credens, cum lictoribus et turba equitum e castris profectus, duce hospite in insidias se præcipitavit. *Oliver.*

§ 9 *Et Consulatus*] Consules in Apulia Q. Crispus et M. Marcellus Hannibali se opposuerant cum copiis Bello Pun. II. tumulus erat sylvestris inter Punica et Romana castra a neutris primo occupatus, quia Romani, qualis esset pars ejus quæ vergeret ad hostium castra, ignorabant; quem Hannibal insidiis captandis aptiorem esse crediderat, itaque nocte ad id missas aliquot Numidarum turmas medio in saltu condiderat: Romanos occupandi loci cupiditas incessit, ne si occupatus ab Hannibale foret in cervicibus haberent hostem: itaque Consules cum paucis equitibus exploratum profecti, in insidias præcipitantur, ubi Marcellus pugnando fortiter cecidit, Crispus graviter saucius evasit. Contigit A. U. DXXXIX.

Marcelli] Marcellus primus fuit, qui ad Nolam Hannibalem vinci posse docuit, et cum exercitu deleri. Hic quoque fuit ex tribus unus, qui spolia opima Jovi Feretrio consecravit, cæso Virodomaro Gallorum rege.

Syracusarum] Vide supra ad cap. 1. Exempl. 8.

Nolana] Vide supra ad cap. 6. Exempl. 4.

Pœnorum, &c.] Contigit A. U. DXLV.

Prima hostia] Hostia immolabatur, antequam ad hostes proficiscerentur, victima post partam victoriam, cum Diis gratias agerent: dicta victima, quod victi sint hostes. *Oliver.*

Ante foculum] Ubi asservabatur ignis ad sacrificii usum.

Sine capite] Prima et eminentissima parte. Jecur subter quidem concavum, supra et extrinsecus prominens in fibras quinque (Græci λοβοὺς appellant) dissectum.

Quia prima tam tristia, secunda nimis læta] Alii: *quia prima trunca, &c.* In uno Ms. sic: *quia prima tam tristia, secunda tam læta apparuissent.* Lego itaque, *tam trunca.* Item Livius primo trunca et turpia exta, dein nimis læta dicit fuisse. In Gemblacensi cod. sic: *quia secundum truncatam læta.* Pighius.

Brutiis] Vide de iis Justin. libro XXXIII. Dicti a Brutia muliere, quæ Dionysii milites prodiderat. Diodorus lib. XVI. ideo Brettios appellatos dicit, tanquam fugitivos Lucanorum. Limites ad Hetruscum mare Laris amnis, ad Siculum mare et Tarentinum Sybaris Fl. *Cluverus.*

§ 10 *Octavius consul*] Non ille qui Augustus postea dictus est, sed collega Cinnæ in consulatu. *Badius.*

Octavius consul] Octavius et Cinna Consules fuerunt. Sed Cinna consulatum tanquam tyrannidem exercens, sævebat in cives, et legem ferre vo-

lebat de revocandis, quos Senatus hostes judicaverat, et hoc modo tyrannidem affectabat. Octavius vero huic adversabatur, et ejus conatibus summa ope resistebat: igitur cum inter se tantopere dissentirent, et Octavium pars melior civitatis sequeretur, ex urbe pellitur Cinna; quo ejecto, Cor. Merulam in ejus locum substituere patres. Eadem tempestate Marius e civitate pulsus a Sylla, in Hispania ingentes copias comparaverat, qui, ut Cinnam audivit ejectum ex urbe, ad eum statim legatos de conjungendis exercitibus misit, Cinna se id facturum libenter respondit, ad hæc velle Marium legionibus præesse, utpote qui belli dux peritissimus esset. Marius negat se privatum Consuli præferri oportere, cæterum nihil quod ad pristinam dignitatem recuperandam pertineat prætermissurum. Igitur in Italiam traductis copiis, quas in Hispania contraxerat, Marius Cinnæ conjungitur, exercitum ad urbem ducunt, sed primo Ostiam, quæ octo milibus passuum distat ab urbe, post Aventinum capiunt, postremo exercitum ad urbem ducunt. Cinna Octavium pro tribunali sedentem obtruncat, caput ejus Rostris affigit, multi et alii nobilissimi cives cæduntur, inter quos et M. Antonius Orator, cujus caput diu manibus pertractatum Marius mensæ apposuit, et cum aliis postea Rostris affixit. *Oliver.*

§ 11 *Non sinit nos*] Cum tres Romani Principes quadam inter se conspiratione convenissent, ut conflatis opibus rempublicam pro sua voluntate versarent, provincias inter se partiti sunt, ita ut Galliam Cæsar, Italiam Pompeius, Parthiam Crassus obtineret: sed Parthia provincia facta est, nulla intercedente belli causa: neque enim Parthi populum Romanum ulla injuria laeessiverant; verum quia Crassus audiverat, Arsacidem, vel, ut alii dicunt, Orodem Parthorum regem auri et argenti locupletissimum esse, inhians ejus opibus, non prius agere destitit cum Cæsare atque Pompeio, quam obtinuit ut ea sibi provincia decerneretur, sperans inde se locupletem rediturum magis, quam gloriosum. Constat enim Crassum civem fuisse avarissimum. Cicero de Fin. Bon. et Mal. lib. III. 'Rectius,' inquit, 'dives, quam Crassus, qui nisi eguisset, nunquam Euphratem nulla belli caussa transire voluisset. Sed res ipsi præter spem et opinionem evenit: cum enim in Parthiam duxisset exercitum, infeliciter pugnans obtruncatur, et obtruncati caput regi offertur, quod habuit ille ludibrio: nam ferunt aurum liquidum cum hac exprobratione infudisse: 'Aurum sitisti, aurum bibe:' utpote qui semper divitiarum studiosissimus fuisset, ita ut divitis cognomen acciperet.' Unde Florus: 'Caput,' inquit, 'Crassi recisum cum dextera manu ad regem deportatum, ludibrio fuit; neque indigne: aurum enim liquidum in rictum oris infusum est, ut cujus animus arserat auri cupiditate, ejus etiam mortuum et exangue corpus auro mereretur.' Alii tamen dicunt, quod veritati magis accedit, Parthorum regem edixisse, quicunque caput ad se Crassi detulisset, ei se tantundem auri repensaturum, et ex eo calliditate ingenii militem usum, evacuato cranio plumbum liquidum instillasse, et hanc calliditatem regem probasse. *Oliver.*

Carrhis] Est Mesopotamiæ urbs Ptolemæo, Zozomeno, aliis. Diodorus ad Chaboram Fluvium statuit. Crassi sunt nobilitatæ cæde. Urbs nomen accepit a Carrha Syriæ flumine, auctore Stephano. Heron nunc appellatur, si D. Nigro fides.

Parthos] Parthi iidem cum Persis pro varietate dialectorum, juxta Teixeram.

Pullum] Id est, nigrum et atrum. Virgilius: 'Rejice, ne maculis in-

fuscet vellera pullis.' Juvenalis: 'Pullati proceres.' Hoc est, atra veste induti.

Paludamentum] Hæc appellatio propria est Imperatoriæ vestis: quamquam et tribuitur aliquando aliis etiam militibus. Forma paludamenti erat, ut extrema longitudinis essent utrinque angusta, imis latioribus. Color ejus eximius, et quidem e cocco. Erat etiam album, quo interdum usi, sed rarius, crebrius coccco. Imperatores inter vota et immolationes exibant, et tunc vestem hanc capiebant: quæ profectio etiam celebris esse solebat frequentia deducentium prosequentiumque. *Lips.* Paludamentum, teste Nonio, est vestis, nunc chlamys.

Ad principia] Principes appellantur, qui in secunda acie locantur; nam cum Velites primi ita leviter prœlium committant, ut qui primum hosti cedant, eorum cum hoste congressus dignus non esse videtur, quæ pugna appelletur; unde principia, id est, principes subsequentes insignes armis viribusque ferocius pugnant, hique primam pugnam committere dicuntur. Ergo ad principia, hoc est, ad primam aciem, quæ post Velites et Ferentarios remanet, eo quod ipsi pugnam revera incipiant: nam Velitum prœludium magis quam pugna esse videbatur. Terentius: 'Ego vero post principia omnibus signa dabo.' Secunda acies erat principum, sive hastatorum, tertia subsidiariorum. *Oliver.*

Vetere instituto] De quo Livius libro IV. post Polybium, qui lib. XV. hoc institutum ab illo versu Homerico: Οὐ γὰρ πάντων ἦεν ὁμὸς θρόος, οὐδ' ἵα γῆρυς, deducit. *Colerus.*

Aquilarum] Aquila, ut notum, est signum militare.

Primipilo] Primipilus erat caput et ductor omnium centurionum. Etiam in collegam suum sinistrum Primipilum jus aliquod habebat. Nam hæc de dextro accipienda et summo, nisi tamen imperium hoc habuere per vices. Imperabat quidem suæ duntaxat centuriæ, sed quia mandata Imperatoris, aut Tribunorum sæpe per illum edebantur in vulgus, etiam in acie, in agmine illum aspectabant, et ad ejus nutum sistebant, aut procedebant, ideo quia Aquilam regebat, primum signum. Et ita præerat Aquilæ, ut etiam sub iter ipse evelleret refixam, et signifero suo in manus daret: quinctiam in ipsa acie assistebat, et tuebatur. Quia igitur Aquila in Primipili tutela, et ei velut assignata, inde manavit, ut Aquila pro ipso illo munere et Primipilatu usurparetur. Huic muneri non modo dignitas, sed et opes adjunctæ. In Codice Justiniani et Theodosii, Primipili munus ministerium magis fuit, quam honos: sic enim dicti, qui ad pascendos milites solenniter ad limitem destinantur. *Lips.* Ideo autem *Primipilum* pro administratione militaris annonæ usurpari cœpit, quia Primipili centurionibus mandabatur, ut eam annonam suis militibus præberent, eosque bene curatos Reip. cum usus foret, præstarent. l. III. l. VII. et VIII. cap. de Coh.

Optimæ indolis] L. Crassus dicebatur. Hic bello Gallico sub Cæsare militans, multa facinora virtutis ediderat, et cum pater in hanc expeditionem proficisceretur, eum a militia Cæsaris excivit, cum ægre Cæsar illum dimitteret, quem ante conspectum patris cæsum fuisse constat. *Oliver.*

Vellem equidem placidius, sed quod relatu verum est] Nec Badius, nec Glareanus semet plane hic explicant; abrupta enim et obscura est sententia. Tria exemplaria, Susianum, Gemblacense, et Campense, uno addito vocabulo, *quod*, textum illustrant. Vulgo, *sed relatu verum est.* Hoc est: Vellem quidem placidius ac levius me de his posse loqui, sed quod rela-

tu verum. *Pighius. Vellem, &c.*] Vellem, inquit Valerius, hanc cladem placidius dicere posse, sed omissis gratiosis verbis cogor vera fateri. *Oliv.*

Vellem equidem placidius] Subintelligc, 'Dii puniissent.'

§ 12 *Ultimam belli fortunam*] Quia de summa rerum pugna ista fuit, ubi cum universo exercitu fortunam belli expertus est.

Dyrrachio] Vide supra ad cap. 5. Ext. 2.

Examinibus apum] Lucanus: 'Nec non innumero cooperta examine signa.' Quod prodigium significabat multitudinem nocituram esse Pompeio. Unde Vegetius de Re Militari: 'Nil magis obfuit Pompeio, quam exercitus numerosa copia: quod etiam sensisse fertur. Dixit enim, nihil aliud portendere apes, quam numerosam militum copiam.' *Oliver.*

Nocturnis] Constat flammam quandam clarissimam in castris Pompeii emicuisse in Cæsaris castra vergentem, quæ significabat magnam Pompeii gloriam ad Cæsarem transituram, ex eoque terrorem injectum universo exercitui, qui et aliis visis monstris territus est. *Oliver.*

Hostiarum fuga] Lucanus: 'Admotus Superis discussa fugit ab ara Taurus.' Nam cum altaribus hostias admovisset, illæ statim fugam proripuerunt. *Idem.*

Itaque dum ille elevat] Namque ex autoritate sua Pompeius cum Cæsare pugnam suscepit. Senatus enim prodigiis cedendum esse dicebat. *Oliv.*

Elevat] Adhuc magis in altum tollit propriam autoritatem.

Opes privato] Pompeii opes jam incœperant majores esse quam civicæ; neque enim contentus erat cum cæteris æquo jure vivere, sed omnes opibus superare volebat.

Ab ineunte adolescentia] Adhuc adolescens, antequam consul esset, de Africa triumphavit, quod nulli Romano ad eum diem contigisse legitur.

Unius diei] Sc. in acie Pharsalica.

In delubris] Julius Cæsar lib. de Bell. Civ. prodigia ista commemorat. Dicit enim: 'Elide in templo Minervæ repetitis atque enumeratis diebus, quo die prælium secundum Cæsar fecit, simulachrum Victoriæ, quod ante ipsam Minervam collocatum erat, et ad simulachrum Minervæ spectabat, ad valvas se templi limenque convertisse: eodem die Antiochiæ in Syria bis tantus exercitus clamor et signorum sonus exauditus est, ut in muros armata civitas discurreret. Hoc idem Ptolemaide accidit. Pergami in occultis et reconditis templis, quo præter sacerdotes adire nefas est, quæ Græci adyta appellant, tympana cecinerunt. Item Trallibus in templo Victoriæ, ubi Cæsaris statuam consecraverant, palma per eos dies intecta inter coagmenta ex pavimento extitisse ostendebatur.' *Oliver.*

Antiochiæ] Quæ civitas est in Syria, quam condidit Seleucus Antiochi filius. Sexdecim alioqui urbes condidisse a nomine Antiochi Seleucum Antiochi filium Appianus in Syriacis autor est.

Ptolemaide] Quæ civitas est Pentapoleos inter Ægyptum et Africam, olim, testibus Servio et Strabone, Barce appellata.

Pergami] Pergamum Thraciæ urbs mediterranea Ptolemæo, Pergamus autem Phrygiæ Majoris urbs eidem et Josepho Bell. Jud. lib. II. cap. 16. Sicuti autem Phryges cum Germanismo multa communia habuisse facile probari potest, tum ex Herodoto lib. II. Platone in Cratylo, Clemente Alexandrino, ita ipsum hoc civitatis nomen hoc satis indicat. A monte enim (*Berg* Germanis) Pergamum dictum.

Trallibus] Urbe Lydiæ, aut potius Phrygiæ in finibus Cariæ; nam in

utrisque sunt Tralles. *Badius.*

In æde Victoriæ] Vid. sup. pag. 933.

Sub Cæsaris statua] Trallenses Cæsari statuam quandam erexerant, sub qua per juncturas lapidum pavimento palmam pullulasse constat. *Oliver.*

Sub Cæsaris statua] Julius Obsequens, verbis Valerii Plutarchus, Dio, ipse Cæsar. Philippus Poëta Epigrammatarius laurum enatam, non palmam scribit: *Φοῖβον ἀνηναμένη ποτὲ δάφνη, νῦν ἀνέτειλε Καίσαρος ἐκ βωμοῦ κλῶνα μελαμπέταλον.* Sed Philippus nihil pensi habuit, modo victoriæ signum poneret. *Colerus.*

§ 13 *Tuas aras*] Hic aperte Cæsari adulatur; constat enim ab Augusto fuisse Cæsari dedicatas aras et templum: ergo non sine adulatione commemorat Cæsarem fuisse temerarium, quod et ipse contemptis prodigiis in periculum suum corruerit; ideo veniam petit, si contra eum dicturus sit. *Oliver.*

Contigit A. U. DCCX.

Te enim accepimus] Cum Senatus novos et insuitatos honores Cæsari decrevisset, die statuto, quo accepturus eos in Senatum venturus erat, sacrificavit, nec cor victimæ, quam immolabat, inventum est. Responsum itaque est ab Aruspice id prodigium ad salutem ejus pertinere: itaque cum Cæsar in Senatum ire recusaret, Decius Brutus, qui autor et princeps conjurationis erat, instabat, et monebat, ac liberius arguebat non decere Senatum universum pro uno, et eo cui magnificentissimos honores demandare velit, nequicquam convocatum esse: suspicionem eo die tantæ insolentiæ aufugeret: itaque Cæsar persuasus in Senatum venit, ubi, teste Suetonio, tribus et triginta plagis interfectus est. Honores autem quos illi Senatus decreverat, erant, ut perpetuo Dictator esset, ut omnibus provinciis nisi Italiæ præesset, ut terra marique coronam gestaret præterquam in Italia. Suetonius alia præter hæc prodigia apparuisse commemorat, Cæsaris futuram cædem significantia; ut illud, cum Capuæ everterentur lege Julia vetustissima sepulchra, tabula ænea in monumento, in quo dicebatur Capys conditor Capuæ sepultus, inventa est, literis verbisque Græcis hac sententia: Quando ossa Capyis detecta essent, fore ut Iulo prognatus manu consanguineorum necaretur, magnisque mox Italiæ cladibus vindicaretur. Cujus rei, ne quis fabulosam aut commentitiam putet, autor est Cornelius Balbus familiarissimus Cæsaris. Rursus illud: equorum greges quos in trajiciendo Rubicone flumine consecraverat, ac vagos et sine custode dimiserat, comperit pertinacissime se a pabulo abstinere, ubertimque flere; quod Virgilius tetigisse videtur in Ecloga Daphnidis, et, ut quidam volunt, deplorat, cum dicit: 'Non ulli pastos illis egere diebus Frigida Daphni boves ad flumina, nulla neque amnem Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam.' Item aliud, immolante Aruspice, avem regaliolum cum laureo ramulo Pompeianæ curiæ se inferentem volucres varii generis ex proximo nemore prosecutæ ibidem discerpserunt. *Oliver.*

Purpurea] Triumphali.

Cultui religionis] Ideo dixit, quia post mortem in Deorum numerum translatus est, religionis ergo, in quam transiturus erat: quemadmodum tu eo die sacrificabas, ita tibi paulo post quoque sacrificandum erat in numerum Deorum relato. *Oliver.*

Spurinna aruspice] Spurinna prædixerat Cæsari diem mortis suæ, ut caveret: erant autem Idus Martiæ, hoc est, a Kalendis usque ad Idus; nam omnes illos dies ei periculosos esse prædixerat. Unde legitur, quod cum Idus advenissent sine ulla noxa sua, Spurinnam irridens, et tan-

quam falsum vatem redarguens, Cæsar dixit: Adsunt Kalendæ, o Spurinna: cui, Adsunt quidem, respondit, sed nondum præterierunt. Item cum in Capitolium iret Cæsar multitudine stipatus, dixisse Spurinnam ferunt: Sol tendit ad occasum: qui respondisse dicitur, Sol bene tendit. *Idem.*

Parricidium] Scilicet Bruti et Cassii et aliorum, qui manus intulerunt Cæsari, maxime Cassii, qui primus letale vulnus intulit.

Ext. *Auctoritatis*] Minus ponderis apud nos, quia domestica exempla magis movent, quam externa. *Thys.*

Auctoritatis] Quam haberent, si Græca in ea forma, qua Græce scripta sunt, recitarentur. *Badius.*

§ 1 *Xerxis*] Videtur post Cyrum nomen gentilitium fuisse Persarum Regibus Ξέρξης et Ἀρταξέρξης, præter nomen, quod habebant ante Imperium. Omnes Reges, post illum Memoriosum, dictos Artaxerxas, ait Diodorus Siculus lib. xv. Etiam Darius, ab Alexandro victus, dicitur Artaxerxes Iacchiadæ ad Danielem cap. xii. vs. 5. Ex אתשורוש autem, omissis gutturalibus, et ש, quod fieri solet, in ξ verso, fit *Xverx*. Et quia *vv* durior est in media voce, etiam hæc a Græcis omissa, factum est *Xerx*, et cum Græca terminatione *Xerxes*. *Art* est additamentum quoddam honorificum, ut *Sha* apud Persas posteriores. Significat magnum, interprete Hesychio. *Scaliger, Grotius.*

Xerxis] Hoc exemplum traditur ab Herodoto.

Eodem montem Athon vix tandem transgresso] Locus hic haud dubie corruptus ac disturbatus est, cujus sinceram lectionem ex Atrebatensis collegii codice, ordinem ex Campensi restituimus. Ex Herodoto namque liquet, non diu postquam Hellespontum transiisset Xerxes cum copiis, prodigium leporis ex equa nati contigisse. Legendus est itaque locus hoc modo: *Leporem editum constat eodem montem Athon vix tandem transgresso. Quo genere monstri, &c.* Pighius.

Montem Athon] Mons est Macedoniæ tantæ altitudinis, ut usque ad insulam Lemnon umbram protendere fingatur. Distat autem Lemnos a Macedonia 86. milibus passuum. Statius Thebaidos lib. v. 'Ingenti tellurem proximus umbra Vestit Athon, nemorumque obscurat imagine portum.' Hic igitur mons, quanquam esset altitudinis admirandæ, ut supra diximus, tamen jussu Xerxis, mille quingentis passibus abscissus est, et navigabilis factus, ut tradit Herod. Unde Juvenalis: 'Velificatus Athos.' Structum etiam fuisse pontem supra mare Hellesponticum, ab Abydo urbe Asiæ usque in Seston urbem Europæ, idem testatur Herodotus, quod et Lucanus tetigit, cum dixit: 'Tales fama canit tumidum super æquora Xerxem Construxisse vias, multum cum pontibus ausus, Europamque Asiæ, Sestonque admovit Abydo, Incessitque fretum rapidi super Hellesponti, Non Eurum Zephyrumque timens: cum vela ratesque In medium deferret Athon.' *Oliver.*

Tanti apparatus] Quia, sicut Demosthenes tradit, quatuor millibus et ducentis navibus, et decies centenis militum instructus, Mardonio uni ex ducibus suis in Græcia relictis copiis, cum paucis admodum, exigua rate, utpote piscatoria scapha, trepidus in suum regnum refugit: nam in Græciam alii alium numerum traduxisse ferunt. Ego vero totum exercitum fuisse legi quinquies mille millia et ducenta octoginta duo millia; quæ summa potius ostentatione, quam fide digna, quum modum omnem excedere videatur. *Idem.*

Athenas] Quas relictas ab Atheniensibus, qui arma ferre poterant, Xerxes solo adæquavit, fugientibus in Lacedæmonem consilio Themistoclis, et relictis imbellibus. *Idem.*

Athenas] Athenæ urbs nobilissima Græciæ, a Cecrope Ægyptio condita,

juxta amnem Ilissum, ingeniorum et eruditionis fons, quam ab Attio 'Quadriurbam' appellatam scribit Festus, clariores, quam ut debeant indicari. Euripidi Ἑλλάδος Ἑλλὰς, Græciæ Græcia, Diodoro κοινὸν πάντων ἀνθρώπων παιδευτήριον, Demostheni oculus Græciæ, Aristidi sapientiæ Prytaneum dicitur. De qua Urbe vide Athenas Atticas Meursii. Ἀθηνᾶ sive Minerva iis nomen dedit, Ἀθηνᾶ autem refert Hebræorum *Adonai*. Thys.

Magi] Dicebantur apud Syrios sapientes, vel quos Romani Augures appellant. מגש Syris indagatorem denotat. Tarich Musulmannicum حكيم vocat, id est, sapientem. Dicit enim جاماسب حكيم *Ghamasb* Sapientem, ubi forte legendum, مجاسب *Mahasb*, ita ut sit Magus idem quod sapiens.

Leonida] Nam Leonidas Spartanorum rex cum trecentis militibus apud Thermopylas, Persis in Græciam ex Asia transeuntibus, occurrit, et ita cum Xerxis exercitu pugnavit, ut ipsum regem aliquoties a sede sua consternatum in fugam converteret; sed multitudine militum oppressi sunt Spartani. Hæc Historia suo loco plenius tractabitur lib. III. cap. 2. *Oliver*.

§ 2 *Midæ vero*] De quo Poëtæ fabulati sunt, quicquid manibus attigisset in aurum conversum. Cic. 'Midæ illi Phrygio, cum puer esset, dormienti, formicæ in os grana tritici congesserunt: ditissimum fore prædicatum est: quod evenit.' Fuit autem hic Gordii filius, Phrygiæ Majoris rex, qui Ancyram urbem condidit, cujus Plinius et Ptolemæus meminere. Cujus infinitæ opes in proverbium abiere. Notus ex Suida, Stephano, Aristophanis interprete, Justino, Ovidio, cui et 'Berecynthius Heros' dicitur. Is ab Orpheo sacris initiatus Justino dicitur.

Midæ] Notissima est apud Græcos historia de Sileno a Mida satyro quondam capto: qui miranda quædam et omnibus ignota illum docuerit. Ostendebatur in Phrygia non procul Celænis fons quidam, Xenophonti visus et narratus in primo Ἀναβάσ. ubi captum Silenum, quum loco aquæ vinum esset infusum, fama publica tenebat; plurima autem apud Midæ aures, ut ait doctor Afer, philosophatum esse hunc Silenum, pro certo habitum, quale illud apud M. Tullium in primo Tusculanarum: 'Fertur de Sileno fabella quædam: qui cum a Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse regem, NON NASCI HOMINI LONGE OPTIMUM ESSE: PROXIMUM AUTEM QUAM PRIMUM MORI.' Sed et de rebus Physicis arcana quædam a Sileno Midam κατηχηθῆναι, auctor Theopompus Chius, et ex eo alii multi. In his Strabo, Tertullianus, Ælianus, et Philostratus. Itaque doctissimus omnium Poëtarum Virgilius, carmen de principiis et conditu rerum et vetustissimis rebus aliis scripturus, Sileno potius, quam alii ulli de tantis rebus disserendi parteis attribuit: quod qui temere a prudentissimo vate putant factum, imperiti sunt, atque inepti. Midam vero etiam ipsum de Satyrorum genere fuisse, Philostrato aliisque placet: plures virum faciunt, Phrygiæ regem, ex Herodoto et Poëtis notissimum. *Casaub.*

Phrygia] Asiæ Minoris regio, quæ apud Strabonem et Ptolemæum in majorem et minorem dividitur: minorem etiam Hellespontiacam appellavit Strabo. Ex notitia quoque imperii Orientalis liquet Phrygias duas fuisse, Paeatianam et Salutarem. Plures populos olim Phrygiam comprehendisse, ex Claudiano liquet, cum dicit: 'Finibus obliquis Lydi Pisidæque feroces, Continuant Australe latus: gens una fuere Tot quondam populi, priscum cognomen

et unum Appellata Phryges.' Phrygiam Josephus Thogarma in S. Scriptura esse existimat, quam et Hierosolymitanus Barbariam appellavit, sicut et Latini Scriptores. Unde Horatius: 'Græcia Barbariæ lento collisa duello,' id est, Phrygiæ. Antiquitus Phryges Βρύγες juxta Herodotum appellati, quin et Brigantes appellatos putavit Stephanus. Etsi proprie Brigantes in Hibernia Britanniaque, quorum amborum meminit Ptolemæus. *Thysius.*

Omnium] Quia nullus propemodum fuit ante Midam, qui tantum auri omniumque divitiarum possideret.

Utili Deorum] Quia tritico nihil utilius. Quæ verba sunt satis aperta, habent tamen sensum obscurum; nam dubitem an intellexerit author Midam pro Deorum munere ab incunabulis suscepto illis reposuisse incunabula auro et argento referta, an potius Midam pro grano tritici sibi in os congesti auri et argenti vim coacervasse, et ita prodigio Deorum, facto suo respondisse. *Badius.*

Gazis] Gaza lingua Persica significat apud Latinos divitias: sicut enim sub divitiarum genere intelligimus multas opes, ita lingua Persica sub nomine *gazæ* intelligimus maximas divitias.

§ 3 *Æternæ felicitatis*] Vis tanta est eloquentiæ, ut immortalem hominem efficere possit; nam Platonis nomen, ut videmus, viget apud omnes. Virtus enim, in cujus genere ponitur eloquentia, cum sapientia conjuncta, est hominis certa possessio, quæ sola clara æternaque habetur, ut nec eripi nec surripi possit, non naufragio, non incendio amitti; non vi tempestatum, non impiorum perturbatione mutari; qua qui præditi sunt, soli felices sunt, soli divites, qui possident res fructuosas et sempiternas.

Hymettum] Hymettus mons est Atticæ regionis, qui, teste Solino, omnium Græcorum montium obtinet principatum, et floribus semper abundat. Ovidius: 'Vertice de summo florentis semper Hymetti.' Pari ratione Juvenalis: 'Dulcique senex vicinus Hymetto.' Ex hoc eodem monte marmorum crustæ, et trabes marmoreæ succavabantur, dicente Horatio in Odis contra Mecænatem, qui in ædificando nimis sumptuosus esse videbatur: 'Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar, Non trabes Hymettiæ.' *Oliver.*

Thymi] Herbæ fragrantis, qua vescuntur avidissime apes. Unde in Bucolicis Maro: 'Dumque thymo pascentur apes,' &c.

Heliconios] Helicon mons est, secundum Plinium atque Solinum, Bœotiæ: est juxta Thebas, et auctore Strabone in lib. IX. Phocidi regioni vicinus locatus, procul a Parnasso circiter quindecim milia passuum, eique æmulus altitudine et circuitu; qui et ipse Apollini quoque sacer et Musis est: unde 'Heliconiades Musæ' appellatæ sunt. Lucretius: 'Adde Heliconiadum comites, quorum unus Homerus.' Non igitur collis est Helicon montis Parnassi, ut Servius sentit atque Tortellius, Musis sacratus. *Oliver.*

CAP. VII. *Certis imaginibus*] Quia exitus declaravit imagines illas Somniorum veras fuisse.

§ 1 *Somnum capienti*] Somnium autem ejusmodi fuit: Cum in campis Philippicis exercitus duo stetissent Romanorum, hinc Octavii et Antonii, inde Bruti atque Cassii, et proximo die manus essent conserturi, Artorius Medicus Octavii somnium accepit, ut admoneret Octavium, ne postero die propter valetudinem in cubiculo jaceret: quod cum fecisset, ab imminenti mortis periculo liberatus est; nam captis forte castris, Brutiani milites Octavii tentorium ingressi, lecticam ejus, in qua illum cubantem esse putabant, gladiis transfixerunt. Fuit autem Octavius, ut inquit Sue-

tonius, de duodecim Cæsaribus, somniorum observantissimus, ita ut nec suum, nec alienum contempserit unquam. Dicit enim Philippensi acie, quamvis statuisset non egredi tabernaculo, egressus tamen est amici somnio monitus, cessitque res prospere, quum captis castris ejus lectica, quasi si ibi cubans remansisset, concursu hostium confixa atque lacerata est. *Oliver.*

Campis Philipp.] Id est, Pharsalicis.

Ne destinatum] Quia etiam vivus templa meruerat, ut Horatius: 'Præsenti tibi divinos largimur honores, Jurandasque tuum per nomen ponimus aras.' *Oliver.*

§ 2 *Patris sui*] Nam Augustus Cæsaris adoptivus filius fuit.

Calpurniam] Calpurnia uxor imaginata collabi fastigium domus, maritumque in gremio suo confodi.

Non est operæ inter patrem et filium] Quia occurrebat illud, quod et ipse pater sapientius fecisset, ideo dicit non esse comparationem faciendam inter patrem et filium; nam alter paratum iter habebat in cœlum, alter magnarum rerum laborem gestabat, antequam divinos honores acciperet. *Oliver.*

Illud etiam somnium] P. Decius ille, Quinti filius, qui primus ex Deciis Consul fuit, cum esset Tribunus militum Valerio et Aulo Cornelio Consulibus, a Samnitibusque premeretur Romanus exercitus, cum pericula præliorum iniret audacius, moneretur que, ut cautior esset, dixisse fertur, quod extat in Annalibus, sibi in somniis visum esse, cum in mediis hostibus versaretur, occidere cum maxima gloria, et tum quidem incolumis exercitum obsidione liberavit: post triennium autem, cum Consul esset, devovit se, et in aciem Latinorum irrupit armatus, quo ejus facto superati sunt et deleti Latini. Cujus mors ita gloriosa fuit, ut eandem concupisceret filius. Livius ab urbe condita lib. VIII. 'Cum Consules,' inquit, 'duobus scriptis exercitibus ad Capuam, quo jam Latini sociique convenerant, castra locassent, utrique Consuli eadem dicitur visa species in quiete viri majoris humano habitu angustiorisque, dicentis, Ex una acie Imperatorem, ex altera exercitum Diis Manibus matrique Terræ deberi. Utrius exercitus Imperator legiones hostium, superque eas se devovisset, ejus populi partisque victoriam fore. Hos ubi nocturnos visus inter se Consules contulerunt, placuit avertendæ Deum iræ causa victimas cædi, simul ut si ex eis eadem quæ somno visa fuerant portenderentur, alterutter Consulum fata impleret. Ubi responsa aruspicum insidenti jam animo tacitæ religioni congruerunt, tum, adhibitis legatis tribunisque, et imperiis Deum propalam expositis, ne mors voluntaria Consulis exercitum in acie terreret, comparant inter se, ut ab utra parte cedere Romanus exercitus cœpisset, inde se Consul devoveret pro populo Romano Quiritibusque.' Item paulo inferius: 'Instructis,' inquit, 'sicut ante dictum est, ordinibus, processere in aciem. Manlius dextro, Decius lævo cornu præerat. Primo utrinque æquis viribus, eodem ardore animorum gerebatur res; deinde a lævo cornu hastati Romani, non ferentes impressionem Latinorum, se ad principes recepere. In hac trepidatione Decius Consul M. Valerium magna voce inclamat: Deorum, inquit, ope, Valeri, opus est; agedum, Pontifex publicus populi Romani, præi verba, quibus me pro legionibus devoveam. Pontifex eum togam prætextam sumere jussit, et velato capite, manu subter togam exerta, super telum subjectum pedibus stantem, sic dicere: Jane, Jupiter, Mars, Pater Quirine, Bellona, Lares, Divi Novensiles, Dii Indigetes, Divi, quorum est potestas nostrorum

hostium, Diique Manes, vos precor, veneror, veniam peto, feroque uti pop. Rom. Quiritium vim victoriamque prosperetis, hostesque pop. Rom. Quiritium terrore, formidine, morteque afficiatis; sicut verbis nuncupavi, ita pro Republica Quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis pop. Rom. Quiritium, legiones auxiliaque hostium mecum Diis Manibus Tellurique devoveo. Hæc ita precatus, lictores ad T. Manlium ire jubet, matureque collegæ se devotum pro exercitu nuntiare. Ipse, incinctus cinctu Gabino, armatus in equum insiluit, ac se in medios hostes immisit: conspectus ab utraque acie aliquanto augustior humano visu, sicut cœlo missus piaculum omnis Deorum iræ, quam pestem a suis aversam in hostes ferret. Itaque omnis terror, pavorque cum illo latus, signa primo Latinorum turbavit; deinde in totam penitus aciem pervasit. Evidentissimum id fuit, quod quacunque equo invectus est, ibi haud secus quam pestifero sidere icti pavebant; ubi vero corruit obrutus telis, inde jam haud dubie consternatæ cohortes Latinorum fugam vastitatemque late fecerunt.' *Oliver.*

Latino bello] Quo Latini a sociis Romanis defecerant.

Vesuvii] Mons est Campaniæ. Virgilius Georg. II. ubi male a Servio Liguriæ adscribitur. Mons hic aliquoties arsit. Vide de luculento illo incendio, quod suo tempore eleganter depinxit Plinius Sec. in Epist. Vide et seitu digna de hoc monte apud Cassiodorum Var. Num. IV. 1.

Ex altera acie] Duarum, aut ex Romana, aut ex Latina.

Diis Manibus] Mos antiquus expiandorum Manium a Numa primum institutus, si Macrobio credimus, qui et Festum eisdem constituit. Illos quoque sanguine placari creditum est; unde et victimæ iis mactabantur. Virgil. 'Cædit quinos de more bidentes, Totque sues, totidemque nigrantes terga juvencos.' Distinxere Veteres, juxta Apuleium, inter Lemures, Larvas, et Manes: ex Lemuribus is, qui posterorum suorum curam sortitur, pacato et quieto numine domum possidet, Lar dicitur Familiaris. Larvæ autem vagantes infestæ malis. Cum autem incertum est, quæ cuique sortitio contigerit, Manes et Manium Deum appellant. Manes itaque defunctorum umbræ vel potius animæ. Ita Plato in Timæo et Cratylo, optimam animi nostri partem Dæmona appellavit. Neque hæc Ethnicorum solum fuit opinio. Ipse Origenes Christianus, qui illa ex Platone hausisse videtur, animas humanas in Dæmones mutari asseruit lib. περὶ Ἀρχῶν. Platonem tamen aliter interpretatur Proclus. Vide Augustin. de Civit. Dei lib. IX. cap. 11.

Matrique terræ] Hæc et magna mater, omniumque genetrix; unde Orpheus: Μήτηρ μέν τε θεῶν ἤδη θνητῶν ἀνθρώπων. Vide supra pag. 917.

Devovisset] Quod si periculum aliquod imminere videretur, et Aruspices nunciarent Deos non placatos esse, tum unus aliquis ex Romanis sese pro exercitu suo et simul exercitum hostium devovebat. Licebat autem, quemadmodum Livius libro octavo ait, Consuli, Dictatorique, et Prætori, quum legiones hostium devovebant, et se, vel alium, quem velit, ex legione Romana scripta, civem devovere. Si is homo, qui devotus esset, moreretur, probe factum videbatur: ni moreretur, tum signum septem pedes altum, aut majus, in terram defodi, et piaculum hostia cædi oportebat: ubi illud signum defossum esset, eo Magistratum Romanum descendere fas non erat. Qui vero sese devovere volebat, ni moreretur, neque suum, neque publicum divinum pure facere poterat. Addit deinde: 'Ei, qui sese devoveret, Vulcano arma, sive alicui Divo vovere vellet,

sive hostia, sive quo alio vellet, jus esse: Telo, super quo stans Consul precatus sit, hostem potiri fas non esse: si potiatur, Marti Suovetaurilibus piaculum fieri oportere.' Qua vero ratione, quibus cæremoniis, et qua verborum forma sese devoverent, idem paulo ante, de Decio Consule loquens, ostendit. Vide supra.

§ 4 *Sequitur*] Vide Livium libro II. et Dion. libro VII.

Plebeiis ludis] Quos, teste Asconio, exactis regibus, pro libertate plebis, aut pro reconciliatione fecerunt. Dionysius vero Halicarnass. lib. VII. circa finem hos ludos Senatum fieri decrevisse dicit, cum nuncupata essent vota ab Aulo Posthumio Dictatore pugnaturo cum desciscentibus Latinorum urbibus, conantibusque Tarquinium restituere; et decrevisse quotannis in sacrificia atque certamina quingentas argenti minas, et usque ad bellum Punicum hoc impendisse in eam solennitatem, ipsos deinde ludos, quales essent, et quomodo fierent, longa oratione describit.

Quidam paterfamilias] Liv. lib. II. 'Mane servum quendam paterfamilias nondum commisso spectaculo sub furca cæsum medio egerat Circo.' Macrobius Saturnal. lib. I. dicit hoc fuisse anno ab urbe condita quadringentesimo septuagesimo quinto, et patremfamilias vocatum Annium Maximum. *Idem.*

Circum Flaminium] Tres constat Circos fuisse in urbe Roma, Maximum, Flaminium, et Neronianum. Flaminius autem Circus dictus est, non quod Flaminius quisquam, ut nonnulli putant, ædificari jusserit, sed quia in pratis Flaminiis fuerit constructus. Unde Livius: 'Ea,' inquit, 'omnia in pratis Flaminiis consilio plebis acta, quæ nunc Circum Flaminium appellant.' *Oliver.*

Circum Flaminium] Incœpisse videtur circa ædem S. Angeli in pisciua, protensus ad campum usque Agonium. Ejus inter ruinas plurimas vestigia sunt apud apothecas obscuras, prope ædem S. Rosæ, et sacellum sepulchri sancti. Ab Apollinis templo, quod aliis magis conspicuum fuit, alio nomine Apollinaris. *G. Fabritius.*

Priusquam pompa] Solennis apparatus et ostentatio ad celebrandos ludos induceretur. *Badius.*

Priusquam pompa induceretur] In Gemblacensi et Atrebatensi: *priusquam chroma induceretur.* Quod vocabulum, si est autoris ipsius, significat apparatus et ornamenta ludorum. *Pighius.*

Furca] Furca trium generum fuit. Una lignum plaustri, quod temoni subjicitur, et servis non tam supplicii, quam ignominiæ causa, ferendum circa vicinos, imponebatur. Inde 'furciferi' dicti, qui, ut Donatus scribit, ob leve delictum cogebantur a dominis furcam in collo ferre, subligatis ad eam manibus, et prædicare peccatum suum; simulque monere cæteros, ne quid simile admittant. Altera, lignum duplex, cujus media parte collo inserto vinciebatur laqueo cervix rei; vel ut expeditius ad supplicium traheretur, vel, ut aliis placet, ut commodius tergum virgis præberet. Figuram in observationibus exhibet Cujacius. Tertium furcæ genus fuit, quo hodie passim utimur, cum damnati gula laqueo frangitur. Patibulum Isidorus appellat, licet id verbum furcæ quoque tribuat Plautus, cruci Arnobius. Patibulum, inquit Isidorus, vulgo furca appellatur: sed patibuli minor pœna quam crucis; nam patibulum appensos statim exanimat, crux autem affixos diu excruciat. *Anthonius Matthæus.*

T. Atinio homini ex plebe] Is Livio, Plutarcho, et Dionysio vocatur *T. Latinus:* Macrobius Saturnal. lib. I. c. 2. *Annium* nominat: Lactant. Divin. Instit. lib. II. cap. 8. *T. Antonium.* Atque correcte. Antiqua enim

et plebeia est familia Atinia. *Pighius.*

Præsultorem] Eum a quo facta sunt præludia et præviæ saltationes, hoc est, miserum illum servum, qui ad supplicium ducebatur, non placuisse sibi. *Badius.*

Præsultorem] Cruciarium intellige, qui flagris cæsus saltare videbatur. Supplicio quoque afficiendi insilire in crucem dicebantur, unde et 'Crucisalus' in Bacchidibus Plauti.

Ludis Circensibus] Circenses ludi, qui et Gymnici sunt dicti, a gymnicis exercitationibus, quæ in iis exhibebantur, videntur Servio ad Georgic. III. et Æneid. VIII. tum aliis Grammaticis appellati, quasi circum enses, qui positi erant ab una parte, ab altera constitutis metis circa flumen, ut esset ab utroque latere præsens ignaviæ periculum. Aliis a circumeundo placet deduci. Priori sententiæ video etiam Alex. ab Alexandro astipulari Genial. Dier. lib. V. cap. 8. Cassiodorum Variarum ad Faustum, lib. III. et alios nonnullos, Sed cur non potius a Circo magno, in quo agitari solebant, in Cereris Deæ honorem? Celebrabantur autem equorum cursu, ut indicat Tacitus lib. VI. In pompa vehebantur Deorum imagines circum metas, teste Varrone. Macrobius: 'Vehitur simulacrum Dei Heliopolitani ferculo, veluti vehuntur in pompa ludorum Circensium simulachra Deorum.' Ovidius Fast. IV. 'Circus erat pompa celeber, numeroque Deorum, Primaque ventosis palma petetur equis.' Conspiciebantur et illic aurigarum factiones quatuor, quæ nomina acceperunt a quatuor diversis panni coloribus, viridi, inquam, cœruleo, coccino, et alio, quibus erant ornati. Verba Sidonii Apollinaris de illis sunt hæc: 'Micant colores: Albus et Venetus, virens rubensque, Vestra insignia: Continent ministri Ora et lora manu, jubasque totas Cogunt flexilibus latere nodis.' Utque aurigantium factio erat diversa, ita diversus erat favor spectantium pro coloris varietate: usque adeo ut et principes nonnullos hoc insaniæ flabello exagitatos legamus.

Religione implicaret] Metu Deorum, aut instauratione religiosa ludorum: *cum aliquo incommodo suo*, quia timebat ut mendax ab illis in carcerem detrudi, aut verberibus affici, aut multam dare. *Badius.*

§ 5 *Ac ne illud quidem*] Cicero de Divinatione lib. I. ubi Quintum fratrem de se loquentem inducit: 'Venio,' inquit, 'nunc ad tuum somnium: audivi equidem ex te ipso, sed mihi sæpius noster Sallustius narravit, cum in illa fuga nobis gloriosa, patriæ calamitosa, in villa quadam campi Atinatis maneres, magnamque partem noctis vigilasses, ad lucem deinde arcte et graviter dormitare cœpisse. Itaque quanquam iter instaret, te tamen silentium fieri jussisse, neque passum esse te excitari; cum autem experrectus esses hora secunda, fere te sibi somnium narrasse, visum tibi esse, cum in locis solis mœstus errares, C. Marium cum fascibus laureatis quærere ex te quid ita tristis esses; eumque tu te patria expulsum vi esse dixisses, prehendisse eum dexteram tuam, et bono animo te esse jussisse, lictorique proximo tradidisse, ut te in monumentum suum deduceret, et dixisse, in eo tibi salutem fore; tum et se exclamasse Sallustius narrat, redditum tibi celerem et gloriosum paratum, et te ipsum visum somnio delectari; nam illud mihi ipsi celeriter nuntiatum est, ut audivisses in monumento Marii de tuo reditu magnificentissimum illud Senatusconsultum esse factum, referente optimo et clarissimo P. Lentulo Consule, idque frequentissimo theatro, incredibili clamore et plausu comprobatum, dixisse te, nihil Atinati somnio fieri posse divinius.'

2 *Urbe pulsus*] Scilicet Roma, (quod bis contigit, sed prius gloriose rediit,

posterius jussu Antonii, connivente Augusto, crudeli et iniqua cæde sublatus est; de priore ergo proscriptione loquitur,) conspiratione inimicorum, præsertim nobilium, ut Appii Claudii, et aliorum invidorum moleste ferentium, quod homo novus tantum gloriæ in toga meruisset, quantum quisquam eorum in armis; unde criminabantur illum, quod Catilinam, Cethegum, et cæteros conjuratos cives Romanos, indicta causa damnatos occidisset. *Badius.*

Atinatis] Qui ab Atina urbe juxta Pomptinas paludes posita dictus, etsi inde longe remotam sentiat Cluverus. Virgilius: 'Atina potens Tiburque superbum.' Atina et Atinates urbs et populi Siciliæ apud Ciceronem pro Cn. Plancio. Inter colonias Romanas eam numerat Frontinus.

Insignibus] Sunt insignia ornamenta quædam externa, quæ adjuncta Consulibus, aliisque Magistratibus, ad augendum splendorem. Horum omnium originem ab Etruscis esse, Livius lib. I. et Symmachus lib. III. Epist. 11. voluerunt: itemque Florus lib. I. cap. 5. qui distincte etiam recenset: 'Inde a Tuscis,' inquit, 'fasces, trabeæ curules, annuli, phaleræ, paludamenta, prætexta: inde quod aureo curru quatuor equis triumphatur: togæ pictæ, tunicæque palmatæ: omnia denique decora et insignia, quibus Imperii dignitas eminet.' Hæc in Consulibus paulo diversa fuisse reperio, veteri Republica et nova. Veteri Republica hæc in usu: Fasces duodecim cum lictoribus, sella curulis, prætexta toga, eaque domi sumpta primo magistratus die ante Deos Penates. Livius lib. XXII. in fine: 'Scipio eburneus in manu, sive sceptrum.' De quo scipione, minus quidem vulgata res: magnis tamen auctoribus est mihi certa. Dionysius lib. III. Tarquinio Regi sceptrum eburneum attribuit; idque mansisse successoribus ejus tradit, et Consulibus ipsis. Livius Gallum quendam scipione eburneo percussum a M. Papyrio scribit, Consulare hoc sceptrum intelligens lib. III. Valerius de Priscis Consulibus lib. IV. cap. 4 'Nec eis fuit rubori, eburneo scipione deposito, agrestem stivam aratri repetere.' In Valeriani Epistola apud Vopiscum in Vita Aureliani: 'Nam te Consulem hodie designo, scripturus ad Senatum, ut tibi deputet scipionem, deputet etiam fasces. Hæc enim Imperator non solet dare, sed a Senatu, quando fit Consul, accipere.' Cassiodorus lib. VI. in formula Consulatus: 'Validam manum victoriali scipione nobilitat.' In Glossis Priscis: 'Scipiones, virgæ Consulum.' Et Ennodius in Panegyrico 'scipiones,' pro ipso Consulatu posuit: 'Serranum scipionibus aratra pepererunt.' Nec Juvenalem aliter quam de hoc scipione ceperim Sat. X. 'Da nunc et volucrem, sceptro quæ surgit eburno.' Præitque nobis, Aquilæ figuram fuisse in summo illo sceptro: nisi tamen magis placet, ad scipionem triumphalem id referri, quem plane ea forma Isidorus describit lib. XVII. cap. 2. Et eundem in triumpho Appianus etiam agnoscit lib. de Bellis Punicis. Atque hæc fere insignia olim. Posterior ætas sub Principibus quædam addidit, quædam immutavit: et id fere in superbiam, ut solet, et pompam. *Lipsius.*

Proximo lictori] Namque ex lictoribus unum semper habebant proximum Consules.

Monumentum] Sacellum Marianum, ubi fuerant ejus monumenta: et ita accidit: nam, ut diximus, cum Cicero totius ferme Italiæ consensu restitutus esset, in Sacellum Marii, in quo factum fuerat Senatusconsultum de ejus reditu, deductus est, et ingenti Senatus consensu liberatus, summaque cum dignitate restitutus. Scimus enim quo modo M. Cicero lege Appii Claudii trib. pl. lata, qua

ipse cives Romanos indicta causa damnatos occidisset, in exilium pulsus fuerit. *Oliver.*

In æde Jovis Mariana] Quam Marius in honorem Jovis condiderat, ibique monumenta sua collocaverat.

§ 6 *Caio autem Graccho imminentis casus atrocitas*] Titus Gracchus, vir magnæ autoritatis, duos filios habuit seditiosissimos viros, Tiberium et Caium Gracchum, quorum uterque eodem exitio perierunt: nam Tiberius major natu, dum legem Agrariam contra Senatus autoritatem ferre moliretur, ut ager Stellas, qui bello et armis captus fuerat, inter omnes æqualiter divideretur, a Scipione Nasica interemptus est; erat enim lex illa magnæ seditionis causa, quia nobiles de possessione cedere cogebantur. Itaque cum magnæ essent Tiberii opes, et legem omnino laturus esset, quam populus, qui sibi utilem fore videbat, libenter acciperet: Scipio Nasica videns id fieri contra rempublicam, tergiversantesque Consules, inquit: Quicunque vult rempublicam esse salvam, is me sequatur, atque ita fractis subselliis, impetum fecit in rostra, et uno ictu Tiberium occidit. Haud ita multo post C. Gracchus Tiberii fratris effigiem vidit in somniis dicentis, quantum vellet cunctaretur, tamen eodem sibi leto, quo ipse interiisset, esse pereundum: idque Cælius tradit se ab eodem C. Graccho audivisse, antequam tribunus plebis factus esset: quod etiam evenit. Cum enim creatus Tribunus esset, multas leges Senatui perquam invisas tulit; inter quas et Frumentaria erat, quæ jubebat, ut semissibus et trientibus frumenta plebi dividerentur; alteram Agrariam eandem quam et frater tulerat; tertiam quoque, ut sexcenti equites miscerentur Senatoribus; et equestrem ordinem ita pervertit. Hic continuato magistratu, et latis legibus turbulentis, in Italiam Colonias deduxit, et unam in solo diruta Carthaginis, quo ipse triumvir Coloniam deduxit; deinque seditiosus cum Aventinum montem cum multitudine armata oppressisset, a L. Opimio, qui populum convocavit, occisus est, et ita somnium adimplevit. *Oliver.*

Quo ipse] Nam sicut ille a Scipione cæsus est, ita hic a L. Opimio interfectus.

Cælius] Est ille L. Cælius Antipater, qui, ut ex hoc loco patet, Gracchorum temporibus vixit. L. Crassi magistrum fuisse docet Cicero in Bruto. Atque historiam suam scripsit ad L. Ælium Stilonem, Varronis Magistrum. Inter JCtos quoque recenset JC. in tit. de Origine Juris; sed plus eloquentiæ, quam scientiæ juris operam dedisse asserit. De eo Cicero variis locis. Unus hic sufficiat ex lib. I. de LL. 'Fannii ætate conjunctus Antipater paulo inflavit vehementius, habuitque vires, agrestes ille quidem, atque horridas, sine nitore ac palæstra; sed tamen admonere reliquos potuit, ut accuratius scriberent.' Hæc ille. Tanti tamen hunc æstimavit Brutus, ut in Epitomen redegerit, ut testatur Cicero ad Atticum lib. XIII. Epist. 8. *Vossius.*

§ 7 *Apud Actium*] Epiri promontorium, ubi cum Cleopatra ab Augusto victus est. Unde Maro Æneid. VIII. 'In medio Classes æratas, Actia bella, Cernere erat, totumque instructo Marte videres Fervere Leucatem,' &c.

Concubia nocte] Vid. sup. ad cap. 5. exempl. 4.

Κακοδαίμονα] Malum dæmonem. Duo sunt spiritus, juxta Ethnicos, qui dantur homini, bonus et malus. Unde Virgilius: 'Quisque suos patimur Manes.' Quia, ut inquit Servius, cum nascimur duos genios sortimur, hoc est, duos spiritus, unum qui nos hortatur ad bona, alterum qui depravat ad mala. Quibus assistentibus aut asserimur ad meliorem vitam, aut

condemnamur ad deteriorem. *Oliver.*

§ 8 *Gladiatorium munus*] Calamitas Orbi invecta per hos ludos: nullum enim bellum tantam cladem vastitiemque generi humano intulit, quam hi ad voluptatem ludi. Numerum dierum hominumque recense; mentior, si non unus aliquis mensis Europæ stetit vicenis capitum millibus aut tricenis. Neronem culpamus aut Caligulam, qui centum aliquot homines vita interfecerunt, ira sive metu: ecce unus Editor homines supra mille ludens interfecit, et die non toto. Atque hæc delicias vocabant, et cibum oculorum; fiebantque non per unius alteriusve lasciviam, sed velut publica lege et decreto. Itaque eo ventum est, ut aliis legibus effusio ista fuerit coërcenda. Primo ad ambitum reprimendum, cautum fuit, ne quis daret candidatus. Legem eam tulit M. Tullius Consul. Cautum etiam de numero aliquid gladiatorum, sub idem tempus, supra quem ne haberent in Urbe. Sicut in Catilinaria conjuratione item remoti gladiatores ab Urbe. Sed Augustus certe etiam de numero parium cavit, edixitque A. U. DCCXXXI. nec Gladiatores sæpius quam bis anno dari, nec plurium quam sexaginta parium. At Tiberius firmus contra ista, certum numerum in commune præscripsit. Sed post Tiberium Caligula, conculcato hoc edicto, permisit volentibus cunctis, etiam supra numerum definitum, gladiatores præbere. Et Domitianus gratificatus contra eandem legem ingenio suo et sæculo videtur. *Lipsius.*

Retiarius] Retiarius plerumque commissus cum Secutore, interdum etiam cum Mirmillone: nec enim novum, ut unus cum diversis componatur, sicut Mirmillo cum Threce. Retiarum Isidorus describit: 'Retiarius,' inquit, 'qui contra alterum pugnantem occulte ferebat rete jaculum, ut adversarium cuspide insistentem operiret, implicitumque viribus superaret: quæ armatura pugnabat Neptuno tridentis causa.' Origo et exemplum ejus armaturæ non dubie a Pittaco, qui inter Sapientes. Ita enim ille ex provocatione cum Phrynone pugnavit. Juvenalis cum cura ejus arma descripsit, et velut ex professo. Non erat ei clypeus, non sica, non galea, quia fuit contentus solo galero, nuda facie soli hi ex gladiatoribus. Ita autem docti Retiarii, factique, ut arte quadam collectum suspensumque dextra manu rete in adversarii caput jacerent; et si errassent, effuse fugerent, donec forte iterum rete collegissent. Tridens sive fuscina illis pro gladio; inermes et in sola tunica. Tertullianus tamen spongiam iis attribuit, pectori nimirum tegmen. *Lipsius.*

Mirmillone] Mirmillones venerunt e Gallia, 'Crupellarii' iis forte dicti: quasi qui ob gravitatem armorum reperent, non irent. Hinc 'Crupellares' aut 'Prorepos' vocarunt. Certe Mirmillones toti in armis. Videntur inter pugnam soliti subsidere, ad excipiendum adversarium, et vitabundi. Mirmillo plerumque cum Threce compositus, nonnunquam etiam cum Retiario. Unde est illud Festi: 'Retiario pugnanti adversus Mirmillonem cantatur: Non te peto, piscem peto, quid me fugis, Galle?' Quia Mirmillonicum genus armaturæ Gallicum est, ipsique Mirmillones ante Galli appellabantur, in quorum galeis piscis effigies inerat. *Idem.*

EXT. § 1 *Annibalis quoque*] Narrat Annibalis somnium Livius lib. XXI. In quiete dicit, juvenem ab eo visum fuisse divina specie, qui se a Jove diceret ducem in Italiam Annibali missum, proinde sequeretur, neque usquam a se deflecteret oculos; pavidum primo nusquam circumspicientem aut respicientem secutum, deinde cura humani ingenii, cum quidnam

id esset, quod respicere vetitus esset, agitaret animo, temperare oculos animo nequivisse, eum vidisse post se serpentem mira magnitudine cum ingenti arborum et virgultorum strage ferri, ac post insequi cum fragore cœli nimbum. Tum quæ moles ea, quidve prodigii esset quærentem, audivisse, vastitatem Italiæ esse. Pergeret porro ire, nec ultra inquireret, sineretque fata in occulto esse. Cicero lib. v. de Divinat. 'Annibalem,' inquit, 'cum cepisset Saguntum, visum esse in somniis a Jove in Deorum concilium vocari, quo cum venisset, Jovem imperasse ut Italiæ bellum inferret, ducemque ei unum ex concilio datum, quo illum euntem cum exercitu progredi cœpisset, ne respiceret, imperasse, illum autem diutius facere non potuisse, elatumque cupiditate, respexisse. Tum vastam belluam et immanem visam, circumplicitam serpentibus, quacunque incederet, omnia arbusta, virgulta, tecta, pervertere, et eum admiratum quæsisse de Deo, Quidnam illud esset tale monstrum? et Deum respondisse, Italiæ esse vastitatem, præcepisseque, ut pergeret protinus, quid retro aut a tergo fieret, scire ne laboraret.' *Oliver.* Contigit A. U. DXXXIV.

Vigiliæ] Non solum dum vigilaret, sed etiam dum quiesceret, agitabat animo pestem Italiæ inferre.

Nullam in partem motis secutus oculis] Sunt qui legant, *secutis;* ut sit, oculis Annibalis secutis.

Primo vestigia nullam in partem secutis oculis] Obscurus et mancus est sensus ejus loci, qui mihi quidem ex Campensis exemplaris Scholiolis interlinearibus restitui posse videtur. Annotatum enim supra, *nullam in partem*, sic, supple *motis.* Inde in conjecturam venio, vocabulum hoc solum desiderari. Quare si hoc modo legamus: *primo vestigia nullam in partem motis sequutus oculis*, sententia erit integra, et manifesta, atque etiam Livianæ narrationi conveniens, qui rem eandem ita persequitur: Proinde sequeretur, neque usquam a se deflecteret oculos, pavidum primo nusquam circumspicientem, aut respicientem sequutum. Hoc est, ut Valerius ait, *nullam in partem motis oculis secutus.* Pighius.

Vetita scrutandi] Imitatio Salustiana: 'More humani ingenii, cupido ignara visundi animum vortit.' Sic et Petronius: 'Vitio gentis humanæ concupiit scire, quis aut quid faceret.'

Hic dux] Qui apparuerat ei prius, ut juvenis divina specie.

§ 2 *Quam bene Macedoniæ rex*] Alexander Macedo vidit in somniis imaginem nescio quam, eum admonentem, ut diligentior esset suæ vitæ custos, quia pestifera Cassandri manu periturus esset, quod etiam factum est: nam Iolaus Cassandri frater pincerna erat Alexandri, et nuper venerat, itaque facultatem dedit accusare volentibus Cassandrum, et nonnulli proxime venerant, qui dicerent, Antipatrum cum filiis egisse, ut Alexandrum veneno necarent; quod cum illi dicerent præsente Cassandro, tum ille, Quid audes, inquit, dicere homines, qui tam procul venerunt, nulla nobis injuria affectos cavillari? Et ille, inquit, eo magis, quia procul venerunt, calumniari se indicant. Hæc sunt, inquit, Alexander, illa Aristotelis sophismata, quibus utitur, ut in utramque partem arguat. Deinde cum vidisset Cassander more prisco adorari Alexandrum, quia res nova esset, risu actum hunc prosecutus est. Alexander indignatus, capillis manibus injectis, ipsum terque quaterque terræ collisit. Haud multo post, etsi nonnulli aliter sentiunt, Cassander poculum venenatum Alexandro propinavit. Venenum autem frigidam aquam fuisse de Nonacride regione testantur, quæ guttatim de

petra stillat; quæ aqua non nisi in ungulis equi vel asini deferri potest. Hanc aquam cum hausisset Alexander, subito dolore perfusus est. Alexander natus est anno ab Urbe Condita CCCLXXXV. teste Solino cap. de Asia, quo die flagravit templum Dianæ Ephesiæ. Cicero de Nat. Deor. lib. II. 'Diana cum in partu Olympiadis adesse voluisset, domo abfuit.' De cujus morte Justinus lib. XII. Plinius et Herodotus, sed imprimis Plutarchus in vita Alexandri. *Oliver.*

§ 3 *Longe indulgentius*] Hoc somnium Cicero de Divinat. lib. I. refert. Dicit enim: 'Quid illa duo somnia, quæ celeberrime commemorantur a Stoicis? Quis tandem potest contemnere unum de Simonide? qui, cum ignotum quendam projectum mortuum vidisset, eumque humasset, haberetque in animo navim conscendere, moneri visus est ne id faceret, ab eo quem sepultura affecerat, si navigasset, eum naufragio esse periturum: itaque Simonidem rediisse, periisse cæteros qui tum navigassent.'

Simonide] Suidas Simonidem ait Olympiade LVI. floruisse, alii LXII. scripsere, et pervenisse ad LXXVIII. Cambysæ et Darii regnum, et Xerxis navale prælium descripsit: cujus rei apud Suidam, et in Commentariis in Apollonium mentionem nonnunquam factam videmus. Item prælium illud quod ad Artemisium promontorium commissum est, versu Elego composuit: quod vero ad Salaminem factum est, Lyrico carmine executus est. Scripsit et Threnos, hoc est, Nænias vel Lachrymas. Horatius: 'Ceæ retractes munera næniæ.' Et Catullus: 'Mœstus lachrymis Simonideis.' Quanquam propter affectum et reticentiam locus hic Catulli parum lucide a Grammaticis explanatur. Composuit item Laudes, hoc est, Encomia et Epigrammata, quorum adhuc pleraque leguntur, ut illud in Megistenm Vatem Acarnanem ex Melampodis genere, cujus et Herodotus meminit: interitum enim Megisteus Leonidæ, et sociorum, suique ipsius prædixit: quare constructo ei ab Amphictyonibus tumulo, Simonides ob mutuam hominis familiaritatem carmen composuit, quod hodieque extat. Scripsit et Pæanas et Tragœdias: his addidit et Strabo Deliacorum Dithyrambum, quem Memnon inscripsit. Addit et Herodotus laudes in Enalcidem Eretriorum ducem. Gryphis quoque et hoc genere Poëmatum delectatus. Duo utique ejusmodi extant Epigrammata, quæ in medium affert Chamæleon, alterum quidem de Hirco et Delphine, alterum de Asello, qui per lusum Epeus dictus est, quæ nisi ab ipso explicarentur, minus profecto intelligerentur. Inter longævos vero connumeratur: nonagesimum enim annum excessisse scribit in Macrobiis Lucianus, Suidas nonagesimum nonum. Eusebius in Simonidis ætate inconstans esse videtur. *Gyrald.*

§ 4 *Efficax et illa*] Crœsus rex Lydiæ duos filios habuit, unum mutum, alterum integræ loquelæ: pater autem vidit in somniis illum, qui vocalis erat, ferro periturum esse. Curavit igitur ut omne telum removeretur ab eo. Ipsum etiam cum æqualibus suis, cum quibus vivere consueverat, sine telo esse volebat. Denique eum nihil agere permittebat, quo posset ferro perire. Forte ita accidit, ut eo tempore aper immensæ magnitudinis totam illam regionem vastaret; agrestes vero ad regiam convenere, petentes Atym, qui venatione delectabatur, quibus Rex ita respondit: Instrumenta se quidem daturum, retia, canes, filium vero non concessurum, metuens somnium quod viderat. Eodem tempore vir quidam externus ad Crœsum venerat, rogans regem, ut cædem suam expiaret. Interrogatus quis esset,

unde veniret? respondit: Adrasti filius sum, vel, ut alii dicunt, Midæ Gordii; fratrem meum invitus occidi, et a patre pulsus rebus omnibus privatus. Tum Rex misericordia captus, eum cæde expiavit, et in regno retinuit; deinde Adrasti (sic enim de nomine patris appellabatur) cognita industria, Rex ei filium Atym commendavit. Sed cum tandem precibus agrestium victus esset Rex, ut filium concederet, misit in venationem Adrasto prius magnopere commendatum. Forte casus ita tulit, ut hunc adolescentem in venatione versantem Adrastus, cum hastam torqueret in aprum, infeliciter Atym medium transfixerit, et occiderit; qui cum mortuus ad patrem delatus esset, in magnos questus lachrymasque resolvitur pater, et ipsum præcipue accusabat Adrastum, quod cui filium demandasset, is potissimum occidisset. Adrastus se nihil expurgans, mortem non respuebat. Rex, ubi vidit illum casu, non voluntate cædem illam perpetrasse, et propterea impatienter dolentem, vita donavit quantum in se fuit; sed cum funus Atys persecutus est Adrastus, in ejus sepulchro seipsum, quasi inferias, occidit. Vide Herodot. lib. I.

Olympi] Vide supra.

Non dentis] Sic quoque Herodotus tradit, hac ratione filio concessisse, ut ad venationem iret, quia scil. non dente, sed ferro moriturum somniaverat.

Hospitales] Quia enim Adrastum hospitio susceperat, veritus est, si eum non juvaret, Deos hospitales, id est, hospitalitatis autores, habere inimicos.

Sacrificio expiavit] Hic mos a Græcis sumptus, ut qui homicidium perpetrasset, a Regibus expiaretur. Ovidius Fast. 'Ah nimium faciles, qui tristia crimina cædis Fluminea tolli posse putatis aqua.'

§ 5 *Nec Cyrus quidem superior*] Astyages Medorum Rex vidit in somniis filiam suam Mandanem urina totam Asiam undasse, ut tradit Herod. ut vero Justinus refert, vidit ex naturalibus filiæ, quam unicam habebat, enatam esse vitem, cujus palmite omnis Asia obumbraretur. Consulti aruspices, responderunt ex filia nasciturum nepotem, qui totam Asiam imperio subigeret, eique regnum adimeret. Quo responso territus Astyages, neque claro viro neque civi filiam suam, ne paterna maternaque nobilitas nepotis animos extolleret, sed ex gente obscura tum temporis Persarum Cambysi mediocri viro in matrimonium tradidit. Ac nec sic quidem somnii metu deposito gravidam ad se filiam jussit acciri, ut sub avi oculis partus necaretur. Natus infans datur occidendus Harpago Regis arcanorum participi. Is veritus, ne si ad filiam, mortuo rege, venisset imperium, quia nullum Astyages virilem sexum genuerat, illa necati infantis ultionem, quam a parente non potuisset, a ministro exigeret, Mithridati pastori regii pecoris puerum exponendum tradit. Forte eodem tempore et ipsi pastori natus filius erat vivus, ut Justinus refert; ut alii volunt, mortuus: ejus igitur uxor, audita regii infantis expositione, rogat summis precibus sibi perferri ostendique puerum; cujus precibus fatigatus pastor, reversus in sylvam, invenit juxta infantem canem fœminam parvulo ubera præbentem, et a feris alitibusque defendentem: motus et ipse misericordia, qua motam esse canem viderat, puerum defert ad stabula, eadem cane anxie prosequente, quem ubi in manum mulier accepit, veluti ad notam allusit, tantusque in illo vigor et dulcis quidam blandientis infantis risus apparuit, ut pastorem ultro rogaret suum pro illo partum exponeret, permitteretque sibi sive fortunæ

ipsius, sive spei suæ gratia puerum enutrire, atque ita permutata sorte parvulorum, hic pro filio pastoris educatus, ille pro nepote regis exponitur; nutrici deinde nomen Spacos fuit, quia canem Persæ sic vocant. Puer deinde jam adultus cum imperio usus inter pastores esset, Cyri nomen accepit. Mox rex inter ludentes sorte delectus, cum per lasciviam contumaces flagellis cecidisset, a parentibus puerorum querela Regi delata est, indignantibus a regio servo ingenuos homines servilibus verberibus affectos. Ille, accersito puero, et interrogato, cum nihil mutato vultu, fecisse se ut Regem, respondisset, admiratus constantiam, in memoriam somnii responsique revocatur, atque cum et vultus, et similitudo, et expositionis tempora, et pastoris confessio convenirent, nepotem agnovit, et quum defunctus sibi somnio videretur, agitato inter pastores regno, animum minacem duntaxat in illo fregit. Cæterum Harpago amico suo infestus, in ultionem servati nepotis filium ejus interfecit, epulandumque patri tradidit. Sed Harpagus ad tempus dissimulato dolore, odium Regis in vindictæ occasionem distulit. Interjecto tempore, cum adolevisset Cyrus, dolore orbitatis admonitus, scribit ei, ut ablegatus ab avo in Persas fuerit, ut occidi eum parvulum avus jusserit, ut beneficio suo servatus sit, ut regem offenderit, ut filium amiserit; hortatur, ut exercitum paret, et pronam ad regnum viam ingrediatur, Medorum transitionem pollicitus. Epistolam, quia palam ferri nequibat, regiis custodibus omnes aditus obsidentibus, exenterato lepori inserit, lepusque in Persas Cyro ferendus fido servo traditur, additaque retia sunt, ut sub specie venationis dolus lateret. Lectis ille literis, eadem somnio aggredi jussus, bellum Medis infert. Astyages meriti sui in Harpagum oblitus, summam belli eidem committit, qui exercitum acceptum statim Cyro per deditionem tradit, Regisque crudelitatem perfidia defectionis ulciscitur. Quod ubi Astyages audit, contractis undique auxiliis, ipse in Persas proficiscitur, et primo impetu Persarum acies in fugam convertit; quibus fugientibus, matres et uxores eorum obviam occurrerunt, orant ut in prælium revertantur; cunctantibus illis, sublata veste, obscœna corporis ostendunt, rogantes, num in uteros matrum et uxorum vellent refugere. Hac repressi castigatione, in prælium redeunt, et facta impressione, quos fugiebant, fugere compellunt. In eo prælio Astyages capitur, cui Cyrus nil aliud quam regnum abstulit, seque in illo nepotem magis quam victorem egit. *Superior*] Ideo dixit, quia fuit etiam Cyrus inferior, de quo in Catone Majore multa Cicero dicit, ad quem Alexander cum venisset, illi arbores sua manu insitas ostendit. *Oliver.*

Himera quædam] Atrebatensis codex, *Himara quædam.* Legendum, *Himeræa.* Pighius.

Lentiginosi oris] Glossarium: *Φάκοψις, Lentiginosus, sparso ore.* Sumpsit ille quicunque *γλωσσόγραφος* ex Terentii Heautontimorumeno: 'Rufamne illam virginem, cæsiam, sparso ore, adunco naso?' Ubi Grammatici, 'sparsum os,' latum, si Dis placet, interpretantur. Doceo itaque contra Pædagogorum factiones, 'sparsum os' esse lentiginosum. *Coler.*

Dionysium] Occupavit hic imperium vigesimo quinto suæ ætatis anno, et regnavit annis duobus et quadraginta, teste Cicerone Tuscul. Quæst. lib. v.

Syracusarum] Vide supra cap. 1. § 8.

Cœlesti custodia] Quia id significabat, quod pedibus Jovis subjectus jacebat, ipsum non exiturum in perniciem, nisi quando Dii eum solve-

rent, id est, quando permitterent. *Badius.*

Tollendæ] Interficiendæ mulieris.

§ 7 *Tutius somnium*] Cicero de Divinatione lib. I. 'Mater,' inquit, 'Dionysii ejus, qui Syracusanorum tyrannus fuit, ut scriptum apud Philistum est, et doctum hominem et diligentem, et æqualem temporum illorum, cum prægnans hunc ipsum Dionysium alvo contineret, somniavit se peperisse satyriscum. Huic interpretes somniorum, qui Galleotæ in Sicilia tum nominabantur, responderunt, eum, quem peperisset, clarissimum Græciæ diuturna cum fortuna fore.'

Satyriscum] Parvum satyrum. Multa de satyris eorumque generibus fabulata est antiquitas. Absit autem ut putemus extare ullos, aut extitisse unquam, in rerum natura Satyros Silenosve. Sed cum errans aut ludens natura, sicut ait Plinius, hominem aliquando produxisset in lucem cum cornibus, aut alia deformitate, contra consuetas ipsi leges notabilem: paullatim persuasere sibi mortales rerum imperiti, et naturali quadam inclinatione generis humani ad τερατολογίαν ac rerum mirabilium fictionem et auditionem juxta proni, nasci in sylvis et abruptis montium tale animalium genus: quod commentum pari levitate a posteris et acceptum et varie concinnatum est, atque a prioribus fuerat excogitatum. Accessere phantasmata illudentium dæmonum, quorum est unicum studium, mendacia cujuscunque generis pro veris ingerere, et omnibus modis in hominum animis illa firmare. Hæc ita accidisse fidem faciunt similes naturæ lusus, quorum nulla ætas fuit expers. *Casaub.*

§ 8 *Amilcar*] Nomen Punicum, Regemque denotat. Milici etiam, quod Annibalis soceri nomen, et hujus filiæ Imilces, quod est Regina, et Imilconis Carthaginiensis ducis, non aliunde sunt petenda. *Melech* enim Rex est, *Malcha* Regina; quæ *Milicum* et *Imilcen* pronuntiabant. Silius Italicus lib. III. 'Milicus indigenis late regnarat in oris Cornigeram attollens genitoris imagine frontem: Hinc patriam, clarumque genus refcrebat Imilce, Barbarica paulum vitiato nomine lingua.' Ita, qui καθ' ὑπερβολὴν, ut ait Strabo, Tyriis cultus Hercules, dicebatur Μέλκαρτος, sive Μέλκαρθος, qui depravate Μελκάνθαρος dicitur Eusebio in Oratione de laudibus Constantini. *Seldenus.*

Inter Siculos] Illos Siculos intelligit, qui cum Carthaginiensibus socia arma conjunxerant et confœderati erant.

§ 9 *Alcibiades*] Lysander Lacedæmonius Athenienses diu obsessos tandem in suam potestatem redegit, et omnem reipublicæ statum permutavit, impositis triginta prætoribus, qui in totidem evasere tyrannos. Quorum primus Critias fuit, qui, cum videret Alcibiadem plurimum gratia et auctoritate valere apud Pharnabazum, Persarum Regem, scripsit Lysandro, nisi daret operam, ut de medio tolleretur Alcibiades, nihil eorum, quæ Athenis constituerat, ratum fore. Lysander, ubi hoc cognovit, misit ad Pharnabazum nuntium, qui diceret, Lacedæmonios renuntiare illi societatem, quæ cum Rege erat, nisi vel mortuum vel vivum ad se mitteret Alcibiadem; Pharnabazus clementiam et fidem suam maluit, quam opes regias minui. Itaque duos misit, Susamithrem et Mageum, qui Alcibiadem interficerent. Hi cum non auderent ferro aggredi virum fortissimum, ligna intulerunt, et tugurium, in quo cum amica quadam erat Alcibiades, incenderunt. Ille strepitu flammæ excitus vestimenta omnia super ignem injecit, et cum familiari servo et amica evasit; sed tandem a multitudine militum occiditur. Tum mortuum mulier veste

sua opertum cremavit incendio tugurii. De hoc viro dicetur in lib. VI. cap. 9. *Oliver.*

§ 10 *Arcades*] Ciceronis est, qui ex Chrysippo sumpsit, cujus locum Suidas commemorat in verbo τιμωρούντος. *Colerus.*

Arcades] Arcadia, uti notum, regio Peloponnesi, quorum incolas antiqui προσελήνους existimarunt.

Megaram] Urbs est Megaritidis regionis, juxta sinum Saronicum, quam coloniam esse dixit Plinius. Sed cum plures ejusdem hujus nominis urbes sint, verisimile est hanc urbem in Peloponneso intelligi, cujus meminit Aristot. in Mirab.

Supervacuum damnavit, &c.] In Cauchiano codice hæc diffusius, quam vulgo legitur: *Supervacuum damnavit: idque visum pro nihilo ducens, lectum ac somnum repetiit.* Atque iisdem fere verbis hæc Cicero: 'Deinde,' inquit, 'cum se collegisset, idque visum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse:' De Divin. I. ex quo loco Valerius exemplum accepit. *Pighius.*

Cap. VIII. § 1 *Cum apud lucum*] Hanc Historiam Livius libro secundo commemorat; de miraculo vero nullam prorsus mentionem facit, tantum dicit ædem Castori Dictatorem vovisse: nec id affirmat, sed ita ferri dicit. Plutarchus vero et Cicero autores sunt, quod dum Romani cum Tusculanis bellum haberent, duce Aulo Posthumio Dictatore, et apud lacum Regillum pugna commissa ad multum diei tracta foret, et in neutram partem victoria inclinaret, visi sunt Pollux et Castor pro Romanis fortiter pugnare, qui copias hostium penitus profuderunt. Dionysius libro sexto post pugnæ narrationem: 'In hac,' inquit, 'pugna dicitur Posthumio Dictatori, et qui cum eo erant in acie equitibus, apparuisse duos juvenes, et forma et magnitudine longe superiores viris, quos nunc nostra natura nutrit, pubescereque incipientes, ducentes equitatum Romanum, et qui obviam Latinorum irent ferientes hastis, propellentesque et cohortantes socios: postque fugam Latinorum captionemque castrorum, inclinante jam die in vesperam, visi esse in Romano foro eodem habitu adolescentes dicuntur duo, bellicas induti lænas, procerique et pulcherrimi, eandem habentes ætatem, faciemque servantes, tanquam redeuntium ex prælio, specie pugilum, equosque madidos sudore adducentes, iisque descendentem aiunt deinde utrumque equos abluisse ad scaturiginem, quæ manat juxta templum Vestæ, lacum faciens profundum: multis dein eos circumsistentibus, et si quid esset ab exercitu novi discere postulantibus, narrasse eos pugnam ut fuerat, et quod vicissent Romani, nuntiasse, discedentesque inde, dicunt eos ex foro a nemine visos amplius. Die postero acceptis literis a Dictatore, cognoverunt de apparitione Numinum in prælio, et eos fuisse Castoris et Pollucis simulachra.' *Oliver.*

Regillum] Regillus Lacus Plinio, in Latio est; in agro Tusculano, ut scribit Livius lib. II. et Florus lib. I. ad Algidi nemoris ingressum. Hodie *Lago de S. Prassode* dici, tradit Jovius, et Leander, S. Severa Nardus. *Ortelius.*

Tusculanorum] Ultra Lanuvium Ariciamque et Albanum montem versus septentrionem, ab Urbe Roma versus orientem erat Tusculum oppidum, Livio, Dionysio, Diodoro, Straboni, Ptolemæo, aliisque celebratum opidum. In collibus situm fuit, unde Tusculani colles, qui cum Albanis cohærent. Ex quibus Tusculanos colles fuisse, in quibus nunc oppidum, quod vulgo *Frescati* dicitur, conspicuum est. Atque idem fere situ opidum esse cum Frascatio, inde liquet, quod stadia circiter centum, id est, 12. m. p. et 500. pass. Roma abesse,

testantur veteres. Dionys. lib. x. Joseph. Antiq. Judaic. lib. XVIII. cap. 8. Sunt hodieque ibi ingentes ruderum reliquiæ, quæ situm Tusculi satis arguunt. A Telegono, qui Ulyssis et Circes filius fingitur, condita urbs censetur. Unde 'Circæa mœnia' appellavit Horatius. Ejusdem autem generis Mamilius Octavius fuit. *Cluver.*

Reatinæ præfecturæ] Quia præfectus erat Reati, ac si diceres Prætura Viluxcentinæ. Erant quædam præfecturæ, ad quas mittebantur a Prætore Urbano præfecti, ut Fundi, et Formiæ, Privernum, Anagnia, Reate, Norsia, Arpinum, et alia. *Oliver.*

Reatinæ] Reate oppidum Sabinorum memoratur Livio, Dionysio, Straboni, Plinio, Suetonio, Festo, Itinerariis Romanis. Oppidi vetustissima est origo, quippe quod Aborigines, a Sabiuis urbe sua Lista pulsos, intra sese recepisse Dionysius lib. I. testatur, quod ante Bellum Trojanum factum esse Cluverus ostendit. Celebris itaque passim apud antiquos autores ejus fit mentio. Cicero tamen ignobili voce Catilin. III. 'Præfecturam' appellavit. *Cluver.*

Vacatione] Vacatio munerum publicorum excusationem significat l. v. §. fin. de Mun. et Honor. et in tit. de Vacat. et exempt. Mun.

Castorem] Contigit A. U. CCLVII.

Juturnæ] De hoc lacu Virg. Æneid. XII. et Ovid. Fast. II. Propert. III. 22. Fuit et in foro, juxta Dionysium, sed alius ab eo, qui juxta Numicum Fluvium. Uter autem intelligatur, differunt autores. Quod ad Juturnam attinet, qui prope Numicum est, hodieque prope Albanum et Sabellum opida, versus occasum Solis visendus sane fons, sex millia passuum a Numici fontibus dissitus; qui ex Albani montis radicibus, et, ut vulgo creditur, ex Albano lacu subterraneis meatibus sub ipsa via Appia tanta aquarum vi sonorus, ut inquit Virgilius, erumpit, uti statim a capite molas circumvolvat, unde non longe progressus amnis, in lacum diffunditur haud perinde magnum: ex lacu deinde ad Tiberim defertur, cui miscetur quinto milliari ab Ostia, septimo vero ab urbe Roma. Lacum hodieque vocant *Lago di Turno*, alii *di Volturno*, quam ab initio esset *Lago di Juturna*. Cluver. Hic vero locus in Urbe intelligi videtur, cum addit de Æde Castoris, quæ in foro fuit, juxta Dionysium.

Ædes eorum] Castorum ædem, quanquam omnes in foro fuisse affirmant, in qua tamen parte, non conveniunt. Dionysius autem, haud procul a Vestæ fuisse innuit his verbis: 'Hujus autem inopinatæ admirabilisque apparitionis, cum signa adhuc Romæ multa, tum vero est ædes Pollucis et Castoris, quam supra forum extruxit civitas, ubi visa sunt illorum simulacra.' Et mox: 'Specie pugilum, equosque madidos sudore ad scaturiginem, juxta ædem Vestæ manantem, abluere.' Appianus autem commemorat, Asellium Prætorem forte sacra Castori et Polluci in foro facientem, cum quidam lapide phialam excussisset, ad Vestæ ædem cucurrisse. Ex quorum verbis apparet, ædem Castorum prope Vestæ, forumque Romanum ita sitam, ut a fronte hoc, illam vero a tergo habuerit. Hanc Castoris ædem A. Posthumius Dictator bello Latino vovit, ejusque filius Duumvir creatus dedicavit. Cicero: 'Nonne,' inquit, 'ab A. Posthumio ædem Castori et Polluci in foro dicatam vides?' Et iterum pro Domo sua, atque pro Sextio, ejus gradus a Clodio revulsos testatur, et S. C. concionesque in eadem sæpe habitas. Asconius vero, L. Metellum hanc instaurasse tradit. Et Plutarchus Cæcilium Metellum Floræ simulachro, pulchritudine insigni, exornavisse. Incrat et tabula, monimentum civitatis equitibus Campanis da-

tæ. Ante eandem ædem fuit statua equestris togata Q. Marcii Tremuli, qui Samnites bis devicerat, captaque Anagnia populum stipendio liberaverat. Et licet hæc ædes geminis fratribus esset dedicata, tamen Castoris tantum vocabatur : arbitramurque fuisse inter porticum Concordiæ et Cæsaris templum. Illa vero, quam Suetonius refert, Tiberium Cæsarem suo fratrisque nomine de manubiis Castori et Polluci dedicavisse, nisi de eadem intelligat, ab ipso instaurata, quo in loco fuerit, incertum habemus. *Marlianus.*

§ 2 *Sed ut cæterorum*] Augustinus de Civitate Dei lib. III. 'Æsculapius,' inquit, 'ab Epidauro Romam abivit, ut peritissimus Medicus in urbe nobilissima artem gloriosius exerceret.' Ovid. Met. lib. XV. hanc late describit Historiam sive Fabulam. *Oliver.*

Sibyllinis] Vide supra cap. 1. § 1.

Epidauro] Tres in Europa sunt hujus nominis urbes, quarum una in Dalmatia, alteræ duæ in Peloponneso sitæ sunt. Unam harum Limeram cognominatam fuisse ; alterutram quoque Peloponnesiacam Æsculapii delubro celebrem fuisse, ex auctoribus constat. Sed cum a neotericis Scriptoribus in attribuendo cognomine et delubro sæpius hallucinari, magnoque errore hæc confundi observaverimus, coacti fuimus ad ipsos fontes, ex quibus hæc de Epidauris hausimus, recurrere. Epidaurus igitur prima est in Dalmatia, Ptolemæo. Hæc Epidaurum Colonia a Plinio dicitur : et Legio IX. hic ponitur in antiqua inscriptione. Hæc hodie est et emporio et Republica nobilis. Hanc Europæis Ragusi appellari, extra controversiam est. Turcis vero, ni fallor, Dobronicha vocatur, 'Ραούσιον Cedreno. Huic Limeræ cognomen, sed falso, a pluribus nostræ ætatis Scriptoribus additur. Hanc Dion et Mela in Parthinis, Dalmatiæ populis, quos Plinius Parthenos nominat, et hodie Ragusienses possent indigetari, ponit. Epidaurus altera, in Peloponneso, a Plinio, Ptolemæo, Strabone, Pompeioque, in Argia nempe regione, ad Saronicum sinum, quam Æsculapii delubro celebrem faciunt. Extra urbem tamen fuisse hoc delubrum scribit Pausanias in Corinthiacis : quinque nempe millia passuum ut habet Livius lib. XLV. Epitaurus hæc antea dicebatur, referente Strabone, apud quem autem Epicarum restituendum monet Casaubonus, a Caribus nempe hunc tractum olim tenentibus. Hanc hodie Pigiada, ut Dom. Niger, vel Cheronisi vocant, ut Sophianus auctor est. Epidaurus tertia in eadem est Peloponneso, ad Argolicum sinum, in Laconica, Ptolemæo, sive, ut Pausanias habet, apud Eleutherolacones. Epidauria hæc Straboni, qui eandem prius Limeram cognominatam dicit, ob portus commoditatem, λιμὴν enim Græce *portus*, ac postea conciso vocabulo, Limeram. Sic quoque hanc cognominant Thucydides, Pausanias, item Stephanus ; qui eandem quoque *Melissiam*, Μελισσίαν, et *Æmeram*, Αἴμηραν, vocat. Corrupte autem pro *Limera*, Λιμήρα, Α enim et Λ Græca elementa inter se forma non admodum dissimilia, scriptorem fefellisse arbitror. Quod monuit aliquando per literas vir non tantum doctissimus, sed et optimus And. Schottus. Monobasia, vel Monembasia hæc a posterioribus Græcis, ut Plethoni, Gregoræ, et Cedreno nominatur. Hæc autem ætas hanc Malvasiam appellat. Hujus regio et incolæ vocantur a Strabone Epidauria, et Epidaurii. Meminit quoque Plinius Epidaurus insulæ, quæ ejus tempore desiit. *Ortelius.*

Neque eam, &c.] Contigit A. U. CDLXI.

Mitibus oculis] Quasi boni aliquid Romanis promitteret.

Multiplicem orbem] In multas spiras et gyros: significat autem longitudinem serpentis, qua multipliciter involutus erat.

Antium] Antium, Latinorum portus, in Italia, Ptolemæo teste. Antiates Livio. Diei itinere distare ab Urbe, scribit Procopius, cui in Samnitibus sunt. *Anthiam*, Ἀνθείαν vocatam scribit Stephanus: et eandem *Antium*, Ἄντιον vocat. COL. ANTIAT. LEG. IV. ITALICA, habet nummus Neronis, in Goltzii Thesauro. *Cabo d'Antio* Petrarchæ et Leandro Alberto est. Antii hodie nihil præter ruinas extare, sed et ejus vestigiis nunc Neptunium ædificatum, volunt Volaterranus, Bloudus, et Ciofanus. *Ortelius.*

Insulam, ubi templum dicatum] Supra pontem Palatinum ad pas. octoginta jacet insula Tiberina, cujus origo hæc est: Tarquinio Superbo ob Lucretiæ stuprum urbe pulso, Senatus cætera ejus bona populo auferenda concessit: sed quod in campo Tiberino, quem ipse Tarquinius severat, fuerat frumentum, aliud in arcis adhuc jacens, aliud in culmis, auferri nemini permisit, verum ut execrabile, jaciendum in flumen esse decrevit. Quod cum æstivis caloribus esset solito humilius, paleæ fundo adhærentes, limumque fluctibus advectum excipientes, insulam hanc paulatim effecere. Opera deinde hominum factum esse opinatur Livius, ut ejus area firma esset, etiam ad Deorum templa sustinendum. Habet autem hæc insula formam biremis, ut intelligamus, partem superiorem proram, inferiorem vero puppim esse. Longitudo ejus stadiis paulo minus duobus perficitur: latitudo vero pas. quinquaginta. De hac sunt Ovidii hi versus: 'Scinditur in geminas partes circumfluus amnis, Insula nomen habet, laterumque a parte duorum Porrigit æquales media tellure lacertos.' Tota erat Æsculapio sacra, propter ejus simulachrum ex Epidauro in eam advectum, ut refert Livius. De eo Plinius etiam sic meminit: 'Atqui anguis Æsculapius Romam advectus est, vulgoque pascitur, et in domibus.' Unde forma navis, qua simulachrum advectum dicitur, non modo insulæ est data: verum memoriæ ejus rei causa, navis etiam ex lapide Thasio sculpta, in ejusdem insulæ puppi collocata fuit: quæ etiam hodie visitur, et in altero ejus latere serpentis simulacrum. Ædes ejusdem Dei posita erat, ubi nunc D. Bartholomæi est templum. De qua Sext. Pompeius sic meminit: 'In insula Æsculapio facta fuit ædes, quod ægroti a medicis aqua maxime sustententur.' Ejusdem esse tutelæ draconem aiunt, quod vigilantissimum sit animal: quæ res ad tuendam valetudinem ægroti maxima est. Canes adhibentur ejus templo, quia is uberibus canis sit nutritus. Bacillum habet nodosum, quod difficultatem significat artis. Laurea coronatur, quod ea arbor plurimorum sit remediorum. Huic gallinæ immolabantur. Aliqui vero volunt, ædem hanc in insula fuisse constitutam, quod fluxu et motu aquarum aër sit salubrior; alioquin et extra urbem collocari solebat, quod Plinius etiam affirmat his verbis: 'Ideo Romani templum Æsculapii, etiam cum reciperetur is Deus, extra urbem fecisse, iterumque in insula traduntur.' Hoc templum Lucretium prætorem tabulis pictis ex præda exornavisse, commemorat Livius tertio Dec. quintæ. *Marlianus.*

Templum dedicatum] Nunc S. Joannis Colevitæ, in insula Tyberina. In hoc incubabant ægroti, valetudinis causa: unde qui morbo levatus non erat, apud Plautum his verbis incusat Deum: 'Migrare certum est jam nunc e fano foras, Quando Æsculapii ita sentio sententiam.' Prope hoc templum in horto, navis est prælonga, ex Thasio lapide, cujus in-

signe est caput Tauri, et a latere simulacrum serpentis. *Fabritius.*

§ 3 *Nec minus voluntarius*] Livius: 'Cum jam humanæ opes egestæ a Veiis essent, amoliri tum Deum dona ipsosque Deos, sed colentium magis quam rapientium modo cæpere: namque delecti ex omni exercitu juvenes pure lotis corporibus, candida veste, quibus deportanda Romam Regina Juno assignata erat, venerabundi templum inire, primo religiose admoventes manus, quod id signum more vetusto nisi certæ gentis sacerdos attrectare non esset solitus: deinde cum quidam, seu spiritu divino tactus, seu juvenili joco, 'Visne Romam ire Juno?' dixisset, annuisse cæteri conclamaverunt.' Inde fabulæ adjectum est, vocem quoque dicentis 'velle,' auditam; motam certe sede sua parvi molimenti adminiculis, sequentis modo, accepimus levem et facilem translatu fuisse, integramque in Aventinum æternam sedem suam, quo vota Romani Dictatoris vocaverant, perlatam, ubi templum ei postea idem qui vocaverat Camillus dedicavit. Contigit A. U. CCCLVII.

Junonis] Vide supra cap. I. § 20.

Veiis] Est hæc urbs Hetruriæ non procul a Roma, decennali obsidione Camilli nobilis.

Junonis Monetæ] Juno Moneta a monendo dicta est, ut sentire videtur Cicero lib. de Divinat. Dicit enim: 'Atque ita scriptum a multis, cum terræ motus factus esset, ut sue plena procuratio fieret, vocem ab æde Junonis ex arce extitisse, quocirca Junonem illam appellatam Monetam.' *Oliver.* *Junonis Monetæ*] Valerio congruit Lactantius lib. II. Plutarchus Junonis quidem simulacrum a Camillo translatum scribit, sed cognomen non addit. Livius 'Junonem Reginam' appellat, et late refert historiam, Deæque in Aventino monte ædem a Camillo factam scribit. Cujus templi atque sacrorum meminit item lib. XXVII. Astipulatur item P. Victor, qui templum Junonis Reginæ Veiis captis a Camillo dedicatum, in Aventino decima tertia urbis regione collocat. Atqui Monetæ Junonis ædem in Capitolio fuisse ex voto L. Camilli Dictatoris, qui superioris M. Camilli filius fuit, post victoriam de Auruncis positam, Livius idem lib. VII. Ovid. Fast. VI. et Macrobius testantur. Verum antea quoque priusquam a Gallis urbs caperetur, vocem ex arce Capitolina ab æde Junonis auditam scribit Cicero de Divinatione primo; atque ideo Junonem illam appellatam 'Monetam' a monendo. Eandem forte ob caussam et hæc Regina Juno, quæ apud Veios erat loquuta, a Valerio nostro *Moneta* vocatur. *Pighius.*

Aventini] Aventinus ab Anco Rege, crescente civium numero, ex parte Urbi additus, non totus habitatus, Tatii Regis Romanorum, et Aventini Albanorum sepulchris celebris. Variis appellatus nominibus, a Remo Romuli fratre, Remurius: a Murciæ Socordiæ Deæ sacello, Murcius, a Dianæ templo, collis Dianæ. Martialis lib. XII. 'Cum tu forsitan inquietus erras Clamosa, Juvenalis, in Suburra, Aut collem dominæ teris Dianæ.' Propter longitudinem certo describi nequit: sed tamen tentabimus. Ad ortum in meridiem declinantem respicit mœnia; ad meridiem, campum Figulinum; ad occasum flumen; ad septentrionem, montem Palatinum. Ortum versus, sed valde in meridiem flexum, propinqua est porta Capena; meridiem porta Ostiensis, Cæstii pyramis, mons Testaceus; occasum Navalia, Salinæ, spelunca Caci; septentrionem Dianæ templum, et Naumachiæ initium. Aventinus, vel ab Aventino Rege dictus, qui in eo extinctus bello et sepultus fuerit, ut Ovid. Fast. IV. ait, vel ab Avente Sabinorum fluvio, ut scribit Varro. *G. Fabritius.*

Templum ejus] Ovidius Fastor. VI. 'Arce quoque summa Junoni templa Monetæ, Ex voto memorant facta, Camille, tuo. Ante domus Manli fuerat, qui Gallica quondam A Capitolino reppulit arma Jove. Quam bene, Di magni, pugna cecidisset in illa, Defensor solii, Jupiter alte, tui? Vixit, ut occideret damnatus crimine regni, Hunc illi titulum longa senecta dabat.' Plutarchus tamen non vovisse Camillum ædem Junonis Monetæ scribit, sed tantum Manlii ædem dirutam, atque in ejusdem area templum collocatum.

§ 4 *Fortunæ etiam Muliebris, &c.*] Cum Coriolanus in exilium missus esset, quod frumentum distribui populo vetaret, ad Hetruscos profugit, et ab his Imperator electus, urbem magnis copiis invasit, et eam gravi obsidione premebat. Missi sunt ad eum primo legati, qui agerent de pace cum eo, qui nihil obtinere potuerunt, iterum iidem missi non recipiuntur in castra; missi deinde sacerdotes cum infulis æque sine effectu redierunt: stupebat Senatus, trepidabat populus, viri pariter ac mulieres imminens exitium lamentabantur: nunc matronæ ad Veturiam matrem Coriolani, Volumniamque uxorem frequentes coëunt. Id publicum consilium an muliebris timor fuerit, parum constat. Pervicere certe, ut Veturia magno natu mulier, et Volumnia duos parvos ex Marcio ferens filios, secum in castra hostium irent, et quam armis viri defendere urbem non possent, mulieres precibus lachrymisque defenderent: ubi ad castra ventum est, nunciatumque Coriolano adesse ingens muliernm agmen, ut qui nec publica majestate in legatis, nec in sacerdotibus tanta effusa oculis animoque religione motus est, multo obstinatior adversus lachrymas muliebres erat: deinde familiarium quidam, qui insignem mœstitia inter cæteras cognoverat Veturiam, inter nurum nepotesque stantem, Nisi me frustrantur, inquit, oculi, mater tibi conjuxque adsunt, et liberi. Coriolanus prope ut amens consternatus a sede sua, cum ferret matri obviæ complexum, mulier in iram ex precibus versa, Scire, inquit, volo, priusquam complexum accipiam, an ad hostem ne an ad filium venerim, captiva ne an mater in castris tuis sim? in hoc me longa vita et infelix senecta traxit, ut primo exulem, deinde te hostem viderem? potuisti populari hanc terram, quæ te genuit, quæ te aluit? nisi te peperissem, Roma non oppugnaretur. Multa insuper addidit complorando. Quibus, et uxoris, et parvulorum fletibus motus, matrem complexus, Expugnasti, inquit, iram meam; patriam, precibus hujus motus, cujus utero delatus sum, quamvis merito mihi invisam, dono; continuoque agrum Romanum hostilibus armis liberavit. In cujus rei memoriam Senatus censuit templum Fortunæ muliebri dedicandum in Latina via ad quartum lapidem, ubi res acta fuerat; quoniam fortunatiores in liberanda patria fuerant mulieres, quam viri. Nam, ut inquit Livius, non inviderunt laudes suas mulieribus viri Romani, adeo sine obtrectatione alienæ gloriæ vivebatur. Hujus igitur Deæ simulachrum bis locutum fuisse tradunt auctores: 'Rite vidistis, tum cum vobis propitia fui. Rite dedicastis, quia simulachrum illud dedicarunt mulieres.' Plutarchus dicit, quod mulieres collata pecunia simulachrum illud compararunt et dedicarunt. *Oliver. Fortunæ muliebris*] Fuit enim et ædes Fortunæ virilis. Variæ enim fuere ædes Fortunæ consecratæ, primo Fortunæ virilis, nunc S. Mariæ Ægyptiacæ, ad ripam Tyberis, juxta pontem Palatinum, ex lapide quadrato, cum tectorio ad regulam antiquorum facto, columnæ ex latere utroque septem, duæ in frontibus. Porticus parva columnarum quatuor,

et ante aram totidem. Ad ortum æstivum parieti inserta columella ex alabastro, quæ claro Solis ortu, luce perspicua, et fulgore luminis incendit parietes. Ovid. Fast. III. 'Dicite nunc quare Fortunæ thura virili Detis, eo gelida qui locus humet aqua.' Simulachrum hujus Deæ duabus undulatis togis fuit opertum, perinde ut olim Reges Romani undulatas et prætextas togas soliti sunt habere: ita scripsit Varro de Vita Pop. Rom. lib. I. 'Fuit quoque templum Fortis Fortunæ, nunc S. Colmati, sub Janiculo, in hortis Cæsaris Dictatoris, quos ipse pop. Rom. legaverat, ut Tacitus narrat.' Terent. Scaurus: 'Fœdus Græciæ,' inquit, 'camelo ærco in hortis Cæsaris, ædi Fortis Fortunæ incisum, et pro porta positum.' De eodem horto et templo Suetonius. Fuerunt et alia Fortis Fortunæ templa, ut ex Varrone et Livio conjicimus. Colebatur ab operariis, et rusticis, et servis. Columella in libro de Hortis: 'Allia cum cepis, cereale papaver anetho Jungite, dumque virent, nexos deferte maniplis, Et celebres Fortis Fortunæ dicite laudes.' Etiam Fortunæ Mammosæ in capite viæ Novæ, a qua etiam vicus nomen accepit, dicta vel ab ubertate, vel a forma statuæ. Fortunæ Plebeiæ a Tullo conditum, de quo Ovidius Fast. VI. 'Plebs colit hanc, quia qui posuit, de plebe fuisse Fertur, et ex humili sceptra tulisse loco.' Fortunæ Tarpeiæ, de quo templo in Prænestina inscriptione, quæ in domo Episcopi est; cognomento Primigenia, ut plurimæ ibidem inscriptiones docent, Fortunæ Reducis, a Domitiano factum. Martialis lib. VIII. 'Hic tibi Fortunæ Reduci fulgentia late Templa patent, felix area nuper erat.' Claudianus: 'Aurea Fortunæ Reduci si templa priores Ob reditum vovere Ducum, non dignius unquam Hæc Dea pro meritis amplas sibi posceret ædes.' *G. Fabrit.* Contigit Anno Urbis CCLXV.

Via Latina] Hæc per Ferentum, Frusinum, Fabrateriam oppida ad Casinum extensa, ubi in Appiam incidit. In Dacia hæc legitur inscriptio: L. ANNIO FABIANO III. VIRO CAPITALI CVRATORI VIÆ LATINÆ LEG. X. FRETENSIS LEGATO. Hanc viam Martialis modo Latiam, modo Ausoniam nominat lib. IX. 'Simili venerandus ab Hercule Cæsar, Consecrat Ausoniæ maxima fana viæ.' Idem eodem libro: 'Herculis in magni vultus descendere Cæsar Dignatus, Latiæ dat nova templa viæ. Qua Triviæ nemorosa petit dum regna viator, Octavum domina marmor ab Urbe legit.' *G. Fabritius.*

Non semel, sed bis locutum constitit his pene verbis] In Susiano habetur, *his prius verbis.* Atque abrupta videtur sententia; nam si prius ita, quomodo ergo locutum secundo est? Plutarchus autem ac Dionysius tradunt eadem locutum fuisse. Legendum igitur esse opinor, *his pene verbis;* non, *his prius verbis.* Pighi.

Bis locutum constitit, his pene verbis] Ita tu Pighi (ignosce) me abnuente. Quorsum enim aut cui sententiæ illud, *pene?* Nam sane iis ipsis verbis locutum vult, non ambigue talibus, aut ad eum sensum. Abis etiam omnibus libris priscis tuis alienisque, qui referunt, *prius his verbis.* Iham in conjecturas; sed veritatem, ni fallor, Sambuci nobis codex ingerit, cujus misit ad nos Excerpta, in eo apte hæc lacuna expleta: *his pene verbis,* RITE ME MATRONÆ VIDISTIS. Deinde, RITE DEDICASTIS. Vult enim omnino Valerius, bis id signum vocem edidisse, ejusdem mentis, verbi tamen unius immutantis. Scio Dionysium, Plutarchum, Augustinum etiam lib. IV. de Civitate scribere, iterasse Junonem bis eadem ipsa verba; sed Valerium ab iis abire (ut sæpe) testari verbum *vidistis* potest, quod aliis

illis omissum. *Lips.*

§ 5 *Valerio autem Publicola*] Contigit A. U. CCXLIV. Hic plebis amator Publicola dictus, post Reges exactos Consul cum Bruto creatus, in suspicionem cum venisset affectati regni, quod videlicet ædes suas in summo Veliæ ædificaret, jussit omnem ædificandi materiam in planum deferri, tollendæque suspicionis gratia, in radicibus montis atque ima valle construxit ædificium.

Hetruscis] Primis Coss. L. Junio Bruto et Valerio Volusio, postea Poplicola dicto, dum exsules Tarquinii res suas per vim repetunt, prima hæc arma sumpta sunt a populo Romano pro libertate contra Veientes et Tarquinienses; qui dum reducere cives suos Tarquinios in regnum conabantur, a Romanis ad Arsiam silvam victi sunt. Arunte, regis Superbi filio, Brutoque mutua vi et ira pridie Kalend. Martias in prælio occisis, Poplicola Bruti collega de Hetruscis postridie primus quadrigis in Urbem vectus triumphavit. Tarquinienses autem hic appellat Livius atque Dionysius.

Arsia] Aliter Dionys. lib. v. 'Romani,' inquit, 'audito, exules ex omnibus Etruriæ urbibus exercitum contra se colligere; duosque populos Veienteis et Tarquinienseis, ex professo illos in obtinendo reditu, adjutare; ubi jam hosteis adventare cognoverunt, occurrendum rati, priores fluvium trajicere occupant: atque inde progressi, non procul ab Etruscis castra ponunt in prato Vinio, ad sylvam heroi Orato sacram.' Plutarchus in Valerio Poplicola: 'Adversum eos consules Romanas legiones eduxerunt: aciemque instruxerunt in locis sacris, quorum alterum Visum nemus, alterum Æsuvium pratum vocant.' Mirum sane dictu, quam hæc inter se varient: nec dubium esse potest, quin ab exscriptoribus vitiata sint: quo autem pacto in genuinam auctorum scriptionem restitui queant, nondum satis dispicio; etenim pro vocabulo *Arsia* facit consensus inter Livii Valeriique exemplaria; et hinc suspicio Plutarchum quoque scripsisse, ὧν τὸ μὲν Ἄρσιον ἄλσος, id est, *quorum alterum Arsium nemus;* nisi istud Οὖρσον ad Dionysii Ὄρατον accedere videretur: illi qui heic τὸν Ἰούνιον λειμῶνα, *Junium pratum*, restituere conantur, nil nisi claritudinem Juniæ gentis sectantur. Nec tamen fortasse mea conjectatio certior fuerit, si legero: ὧν τὸ μὲν Ἄρσιον ἄλσος, τὸν δὲ Οὐρσίνιον λειμῶνα προσαγορεύουσιν. Id est, *quorum alterum Arsium nemus, alterum Ursinum pratum vocant.* De cætero res nimis prope urbem nec procul inde abfuisse hæc loca, ex Livii Dionysiique narratione patet. Circa Janiculum fuisse, haud dubium est; quando hac recte conveniebant, ab altera parte Veientes, ab altera Tarquinienses. Fuerit igitur is campus, qui proxime trans Janiculum inter Aureliam Claudiamque vias positus, medius fere inter Janiculum et vicum viæ Claudiæ Borghetto, planitie et fontibus conspicuus est. *Cluver.*

Sylvani] Qui sylvarum pecorisque Deus, ex ipsa Sylva vocem emisit. Cui et Romæ templum dedicatum fuit. De hoc antiquum Epigramma, quod Romæ legitur: SYLVANO SANCTO. L. VALLIS SOLON PORTICVM EX VOTO FECIT, DEDICAVIT K. APRILIBVS PISONE ET BOLANO COSS. De templo autem Sylvani sub Viminali, an de alio, cui porticus adjuncta sit, intelligatur, incertum est.

§ 6 *Quid Martis auxilium*] Miror, Glareanum de hac Historia dubitare, ac velut fabulosam rejicere, quod ejus memoriam in Livianis reliquiis non reperiat, cum tamen habeat suffragatorem Valerius noster Ammianum Marcellinum. Sed vide quæ nos de his in Magistratuum Annalibus. Thurios autem Martis in tutela fuisse, nummi antiquissimi eorum declarant,

et nos alibi docebimus. *Pighius.*

Brutii] Vide supra ad cap. 6. Exempl. 9.

Lucani] Vide supra ad cap. 6. Exempl. 8.

Thurinæ] Oppidum est Calabriæ in sinu Tarentino positum, Crotoni conterminum, quod olim Turino dicebatur, a Græcis conditum. Autor est Strabo. Hæc igitur civitas erat Romanis fœdere et societate conjuncta, et ideo defendebatur a pop. Rom. *Oliver.*

Vallum] Est aggestus e terra et sudibus, ad labrum interius fossæ velut murus. Duæ igitur ejus partes, Agger et Sudes. Agger est ipsa terra, cum cespites circumciduntur e terra, et ex illis velut murus instruitur, altus tribus pedibus supra terram. Cespes fiebat altus semissem, latus pedem, longus pedem semis: nam nec temere, aut pro arbitrio hunc exscindere licuit, sed omnia ad normam. Si terra solutior, ut ad similitudinem lateris cespes non posset abscindi, tum sane aut fossa præducebatur, cujus intrinsecus agger excrescebat, aut sepibus ductis, vel interpositis stipitibus, ramisque arborum, ne terra facile dilabatur, agger erigebatur. Altus ille sæpe decem pedes, totidemque latus. Sudes, qui proprie valli, et inde compositum ex utroque dixere vallum: nam vallum et sudes idem sunt Servio. Magis prisci dixere et suros: inde surculi, et crebrisurum Ennio, vallum crebris suris, id est, palis, munitum. Sudium tamen vox creberrima. Sudes erant ex quocunque et obvio ligno, robusto tamen, cum daretur: ex robore eas facit Valerius, ex acere Propertius. In oppidis etiam istæ sudes. Sudium forma: Non fuerunt ex æquabili et simplici ligno, sed habuerunt duas eminentias, et velut cornua, aut tres, aut quatuor, id est, ramos, in majores stipites, qui recisi, ut cornua eminebant: tales præsertim in summo erant. Studiose acutæ fuerunt illæ eminentiæ vallorum, ne quis facile possit apprehendendo evellere, lubrico scilicet ligno: et contra transgressum et transcensum. Itaque longiusculos fuisse oportuit hos vallos, cum pars in terram defigeretur, firmamenti causa, et pars emineret: etsi implexos et devinctos inter se etiam fuisse sciam. Valli modus parte una 2017. pedum, altero plusculo major 2050. *Lipsius.*

Vallarem coronam] Qua donari solebant, qui primi vallum ascendissent: erat autem graminea, quia gramen Marti consecratum. Militares coronæ, ut Gellius tradit, multifariæ sunt, quarum quæ nobilissimæ sunt, has ferme dicit esse, triumphalem, obsidionalem, civicam, muralem, castrensem, navalem. Est quoque corona quæ ovalis dicitur. Est item postrema oleaginea, qua uti solebant, qui in prælio non fuissent, sed triumphum procurassent. Triumphales coronæ erant aureæ, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittebantur. Id vulgo dicebatur aurum coronarium. Hæ antiquitus e lauro fuerant, post fieri ex auro cœptæ. Obsidionalis est, quam hi, qui liberati obsidione, dabant ei duci qui liberasset. Ea corona graminea fuit, observarique solitum, ut fieret e gramine, quod in eo loco generatum esset, in quo clausi erant, qui obsidebantur. Hanc coronam S. P. Q. R. Quinto Fabio Maximo dedit bello Pœnorum secundo, quod urbem Romam obsidione, hostium liberasset. Civica corona appellatur, quam civis, ei, a quo servatus erat, in præmium et testimonium vitæ salutisque receptæ dabat, et fiebat e fronde querna, quoniam cibus victusque antiquissimus ex quercu capi solitus sit: fiebat etiam ex ilice, quod genus superiori proximum est. Hac civica corona L. Gellius vir Censorius, in Senatu Ciceronem Consulem donari a republ. cen-

suit, quod ejus opera esset atrocissima illa Catilinæ conjuratio detecta indicataque. Muralis corona, qua donabatur ab Imperatore, qui primus murum subiisset, inque oppidum hostium per vim ascendisset. Idcirco quasi muri insigni primus decoratus erat. Castrensis corona est, qua donabat Imperator eum, qui primus hostium castra pugna introivisset: ea corona insigne valli habebat. Navalis corona, qua donari solet maritimo prælio, qui primus in hostium navim armatus transilivisset: ea quasi navium rostris insignita erat. Muralis autem, et Castrensis, et Navalis fieri ex auro solebant. Ovalis vero corona myrtea erat: ea utebantur Imperatores, qui ovantes introibant urbem, ovandi ac non triumphandi causa, cum aut bella non rite indicta, neque cum justo hoste gesta forent, aut hostium nomen humile et non idoneum fuisset, ut servorum, piratarum, aut deditione repente facta, inpulverea, ut dici solet, incruentaque victoria obvenisset, cui facilitati aptam esse Veneris frondem crediderunt, quod non Martius, sed quasi Venereus quidam triumphus foret. Hanc myrteam coronam M. Crassus bello fugitivorum confecto, cum ovans rediret, insolenter aspernatus est, Senatusque consultum faciendum curavit, ut e lauro, non myrto, coronaretur. *Oliver.*

Galea] Ex pellibus hi pilei, et æque omnibus gregariis usui, ut ex Vegetio discere licet: eo fine, quo ne gravis galea videretur his, qui istiusmodi pileos in capite gestare consueti essent. Illud etiam Romanæ militiæ fuit, ut milites galea simplici uterentur, cui lupi pellem aut aliud hujusmodi imponerent, quod integumentum pariter insigneque esset, ut in prælio ignaviter, aut strenue se gerentes facilius agnoscerentur, teste Polybio. Ad solos signiferos hoc trahit Vegetius libro secundo cap. 16. Alii aliis rebus in galea usi, vel ad horrorem, vel ad ornatum. De quibus multa apud Alexandrum ab Alexandro, libro primo Genialium cap. vigesimo. Etiam pinnæ adhibitæ. Etiam hiantium animalium formæ superpositæ galeis. Virg. Æn. VII. 783. 'Ipse inter primos præstanti corpore Turnus Vertitur, arma tenens, et toto vertice supra est: Cui triplici crinita juba galea alta Chimæram Sustinet, Ætnæos efflantem faucibus ignes.' In quem Virgilii locum videndus Adrianus Turnebus Advers. lib. XXVIII. c. 16. Plutarchus in Mario galeas equitum Cimbrorum et plumis et horrendis hiantium animalium formis insignes describit. E re militari haud dubie mos, quo etiamnum hodie insignia familiarum exornata atque distincta videmus, cum galeis insident leones, lupi, cervi, canes, aquilæ, vultures, dracones, et aliarum bestiarum sive capita, sive cornua, sive pedes, quæ, quasi minus Christiana sint, improbasse scio virum multæ lectionis et magni judicii Joannem Ludovicum Vivem in suis Symbolis. Originem moris tam antiqui, (cognitus enim ante, quam sciretur, qui Christiani essent,) spero me nunc primum invenisse. Ab Ægyptiis enim descendisse observavi, apud Diodorum Siculum lib. II. ubi ille Reges eorum caput leonis, tauri, aut draconis, principatus insigne, capite gestasse scribit. Ab Ægyptiis porro mutuatos hoc Græcos, ab his Romanos, ut multa alia, quæ ad disciplinam militarem pertinebat, magnam mihi verisimilitudinem habere videtur. Præsertim quod Lacedæmoniis galeæ inventionem videam tribui a Plinio lib. VII. c. 56. *Stewechius.*

Duabus distincta pinnis] Cristis. Ita quoque pingi solebat. Unde Virgilius: 'Viden' ut geminæ stent vertice cristæ? Et Pater ipse suo Superum jam signat honore?'

Supplicatio] Supplicatio vel Impe-

ratoris edicto extra ordinem fiebat, vel cum Senatus populo Deum templa aperire, ac gratias Diis Imperatoris nomine agi, jubebat. Erat enim moris, ut præsides, postquam a militibus appellati Imperatores fuerant, lictores laureatos præferrent, litterasque ad Senatum laureatas de re gesta mitterent, quibus Imperatoris nomen, ac supplicationes a Senatu postularent. *Sigonius.*

§ 7 *Penates Deos*] In Campensi et aliis Mss. *Penetrales* vocantur, quemadmodum a Catullo quoque. Unde idem Festus Penetralia Deorum Penatium sacraria esse docet. *Pigh.*

Penates Deos] Romæ templum monstratur non procul a foro situm: ibi positæ sunt Trojanorum Deorum imagines, cum inscriptione, DENATES, quæ *Penates* significat. Prisci enim homines, quum P nondum esset inventum, hujus literæ vim per D mihi videntur expressisse. Sunt autem duo juvenes sedentes cum hastis, quos seorsum alter ab altero tenet, artificii antiqui opus. Aiunt Æneam, qui arcem Trojanam in suam potestatem redegerat, ex adytis sacra magnorum Deorum, id est, Penatium, et Palladium, quod adhuc supererat, abstulisse, secumque in Italiam portasse. *Dionys. Halicarnass.*

Troja] Troja condita anno orbis MMDXXIV. stetit CCXCIX. id mihi satis bonæ fidei auctores probant: necessario capta anno MMDCCCXXIII. et bene: sunt enim sic ad primam Olympiadem anni CCCCVII. quod intervallum Chronologi uno ore testantur, et eorum summus Josephus Scaliger ad Eusebii annum MCCXLI. Capta Troja, Trojani Ænea duce in Thraciam venere, ubi tota bruma hiemarunt: ineunte vere in Siciliam translati; morati sunt ibi ad finem anni incœpti. Anno secundo in Italiam iere: in qua, icto fœdere cum Latino Rege, acceptaque agri parte, Lavinium condiderunt. Adventus igitur Æneæ fuit anno ab orbe condito MMDCCCXXV. *Neapolis ad Fast. Ovid.*

Lavinii] Vide supra ad cap. 6. Exempl. 7.

Ascanio] Vetustum hoc nomen ab Ascenaz, de quo in S. Scriptura, originem accepit. Quin et in Troade et Phrygia Ascania regio, et Urbs, et Ascaniæ insulæ. Quin et ipse Pontus, quo se diffudit per colonias Ascenas, corrupte hinc Ἄξενος Græcis dictus. Cujus incolis ascribunt immanem feritatem. A quo crimine ex antiquorum monumentis eos absolvit Bochartus in suo Phaleg. lib. VIII. cap. 9.

Albam] Lavinio ortam esse Albam, cognomine longam, omnes affirmant auctores, quotquot hujus originem prodiderunt. Conditor ejus fertur Ascanius Æneæ filius cognomento Iulus, quem alii Creusa in Troade, alii Lavinia Latini filia, Lavinii genitum tradunt. Id oppidum esse, quod duodecim millia passuum a Roma in ipsa via Appia vulgo dicitur *Albano*, non nostri modo ævi homines, sed jam inde 400. circiter annis post natum Jesum Eutropius, tum Servius et alii existimarunt. Hinc Eutropius lib. I. de Tullo Hostilio, tertio Romanorum Rege, loquens: 'Albanos vicit, qui ab urbe Roma duodecim milliaria sunt.' Hodie ipsi Albani oppidi incolæ adeo certo persuasum habent, oppidum suum esse veterrimam Albam illam longam, uti etiam super portam, quæ Romam versus emittit, lapidem imponi curaverint, cui sus illa cum triginta porcellis incisa. Verum et prisci illi mortales et nostri hujus seculi homines præcipuum suæ opinionis argumentum ex his Livii sumpsisse videntur verbis; 'urbem sub Albano monte condidit.' At unus hoc tradit Livius. Reliqui omnes in monte conditam affirmant. De hac urbe loquitur Dionysius Halicarnassæus lib. I. his verbis: 'Trigesimo anno post conditum

Lavinium, aliam urbem, ex oraculo Æneæ reddito, Ascanius, filius ejus, condidit, translatisque Laviniensibus et aliis Latinis, quibus commodius habitare placebat, in recens conditam urbem, Albæ ei nomen imposuit: additumque est cognomen ex situs forma; ut discerneretur ab altera ejusdem nominis; ac veluti composito vocabulo, Alba longa appellatur. Nunc ea deserta jacet; quippe regnante Romæ Tullo Hostilio, quoniam videbatur cum sua Colonia de principatu contendere, solo æquata est a Romanis, civeisque ejus urbs Roma, destructa matrice, intra sua mœnia recepit. Verum hæc evenerunt postea. Olim cum ædificaretur, apud montem et lacum exstructa est, ita uti medium inter utrumque obtineret spatium, ac veluti muri utrimque urbem tuebantur, ne facile caperetur: nam et mons admodum altus ac natura munitus est; et lacus profundus ac magnus: ex quo reductis claustris, in subjectos campos aqua dispensatur, quantum ejus volunt incolæ.' Hæc Dionysius. Ergo hujus urbis situs jam minime ignorari potest; quando et mons hodieque extat et item lacus: vulgo ille *Monte Albano*, hic *Lago d'Albano* dicti. Mediam ait fuisse urbem inter montem et lacum: idque tam arcto spatio, uti hinc lacus, inde mons vice murorum essent. Hoc sane nullo pacto de hodierno oppido Albano, in via Appia mille passus ab Aricia dissito, intelligi potest; ut quod duo millia passuum ab lacu et locis inter hunc et montem sitis abest. Fuit igitur Alba longa ad orientalem lacus ripam, supra prædictum oppidum Albanum, in iis tumulis, qui medii inter montem et lacum intercedunt, ut clarus etiam ex Ciceronis oratione pro Annio Milone patet. *Cluver.*

§ 8 *Facta mentione*] Exemplum quod sequitur cum superiori conjungitur hoc modo: Quandoquidem, inquit, Albæ mentionem fecimus, recte nunc de Julio Cæsare dicamus, qui ab Iulo Albæ conditore fuit oriundus, cujus numen Cassio minatum est, cum in campis Philippicis cum Augusto dimicaret. *Oliver.*

Paludamento] Vide supra cap. 6. § 11.

§ 9 *Jam quidem Lucius Lentulus*] Pompeius in acie Pharsalica victus a Cæsare, in Ciliciam atque inde in Cyprum profugit, transiturus in Syriam; sed ubi cognovit consensu omnium Antiochensium civiumque Rom. qui illic negotiarentur, arcem ante captam esse excludendi sui causa, nuntiosque dimissos ad eos, qui se ex fuga in finitimas civitates recepisse dicerentur, ne Antiochiam adirent: id si fecissent, magno eorum capitis periculo futurum: deposito adeundæ Syriæ consilio, pecuniaque a sociis sublata, et a quibusdam privatis sumpta, æris magno pondere ad militarem usum et in naves imposito, duobusque milibus hominum armatis, quos partim ex familiis societatum delegerat, partim a negotiatoribus coëgerat, quosque ex suis quisque ad hanc rem idoneos existimabat, Pelusium pervenit; ibi casu Rex erat Ptolemæus, puer ætate, magnis copiis cum sorore Cleopatra bellum gerens, quam paucis ante mensibus per suos propinquos et amicos regno expulerat; castraque Cleopatræ non longo spatio ab eis castris distabant; ad eum Pompeius legatos misit, ut pro hospitio atque amicitia patris Alexandria reciperetur, atque illius opibus a calamitate tegeretur; sed qui ab eo missi erant, confecto legationis officio, liberius cum militibus regis colloqui cœperunt, eosque hortari, ut suum officium Pompeio præstarent, neve ejus fortunam despicerent. In hoc erant numero complures Pompeii milites, quos ex ejus exercitu acceptos in Syria Gabinius Alexandriam traduxerat, belloque confecto apud Ptolemæum patrem pueri reliquerat.

His tunc cognitis rebus, amici Regis, qui propter ætatem ejus in procuratione erant regni, sive timore adducti, ut postea prædicabant, ne solicitato exercitu regio Pompeius Alexandriam Ægyptumque occuparet, sive despecta ejus fortuna, ut plerumque in calamitate ex amicis inimici existunt, his, qui erant ab eo missi, palam liberaliter responderunt, eumque ad Regem venire jusserunt. Ipsi clam consilio inito, Achillam præfectum regium, singulari hominem audacia, et L. Septimium tribunum militum ad interficiendum Pompeium miserunt: ab his liberaliter ipse appellatus, et quadam Septimii notitia productus, quod bello prædonum apud eum ordinem duxerat, naviculam parvulam conscendit cum paucis suis, et ibi ab Achilla et Septimio interficitur. Hæc ex Commentariis Julii Cæsaris de Bell. Civ. Constat igitur corpus ejus in mare projectum, et caput ad regem delatum: post aliquos dies corpus ejus a fluctibus maris in littus ejectum cum lignis scaphæ cujusdam, quæ naufragio perierat, combureretur a Philippo, et a quodam alio Romano sene, L. Lentulus illac navigans, fumum de longe conspicatus, commilitonibus suis inquit, nunquid scimus, an hac flamma Cn. Pompeius cremetur? Plutarchus in Vita Pompeii: 'Postera,' inquit, 'die, L. Lentulus horum ignarus, Cypro navigans juxta littus vectus, ut funeream pyram inspexit, Philippumque juxta insidere: Quis, utique, inquit, satis hic quiescit? Parvo spatio interposito, ductisque suspiriis, Forte, inquit, tut hic es, magne Pompei.' Strabo ostendit in Casio monte fuisse sepultum: 'Casius,' inquit, 'mons est quidam accumulatus in promontorii modum, aquarum inops; in eo magni Pompeii corpus jacet, et Jovis Casii montis templum, et non procul inde Magnus jugulatus fuit, et ab Ægyptiis dolo interemptus.' *Oliver.*

Magni] Nam devicto Mithridate et Tigrane, Magnus appellatus est.

§ 10 *Pythicæ vaticinationis*] Vide supra cap. 1. § 19. et cap. 6. § 3.

Viribus, &c.] Vulgo: *viribus namque imperii Achaiæ præerat.* Inepte; sed multo melius distinguitur illa parenthesi in Mss. libris: *viribus imperii (namque Achaiæ præerat.)* Appius Claudius enim Achaiam administrabat procos. erantque in ejus provincia Delphi. Itaque viribus imperii cogere antistitem oraculi Delphici potuit. *Pigh.*

Delphicæ cortinæ] Apollinei templi. *Cortina* locus dicitur, ubi responsa dabantur, sic dictus, quod illic cortina tenderetur, id est, intenderetur et repleretur numine. Nam cum puella antrum ingressa esset, continuo instinctu numinis afflabatur. Sunt etiam qui putant *cortinam* esse tripodem Apollinis corio Pythonis tectum. *Oliver.*

Coëgit] Quasi nolentem, propter id quod sequitur. Nam quanto majore numinis afflatu puella instigabatur, cum spiritus ille decessisset, responso dato, tanto debilior efficiebatur virgo. *Oliver.*

Igitur impulsu concepti numinis] Ita in Cauchiano, pro *capti numinis;* quod approbo, et prioribus dictis congruentius est. Transfertur enim pulchre hoc vocabulum a corpore ad mentem ac animum. *Pighius.*

Eubœæ Cœlam obtinebis] In Atrebatensi ac Gemblacensi correctissime, *Cœlam*, pro *cellam*, et postea *Cœlæ*. Nomen enim est regionis in Attica. In Cauchiano, *Cohelam*, atque in aliis *Celam* legimus. *Pigh.*

Eubœæ cœlam] Ita et Oros. lib. VI. cap. 16. apud quem tamen legitur *Euboica cœla*, vitiose, pro *Eubœæ*. Idemque *Cœla* interpretatur sinum Euboicum. Utrumque autem dicebatur τῆς Εὐβοίας τὰ κοιλὰ, ut Strabo lib. X. Et τὴν κοίλην Εὔβοιαν, ut Ptolemæus. Ut Philostratus: 'Ερμά-

των ὑπερᾶραι τὸ σκάφος ἐν Εὐβοίᾳ κοίλῃ. Similiter dicitur *κοίλη Συρία.* Eubœæ cœlam circumscribere conatus est Lucanus lib. v. *Coler.*

Rhamnunta] Civitas est Eubœæ, ubi colitur Fortuna. Unde etiam Rhamnusia appellata est. Ovid. Trist. v. 'Exiget ad dignas ultrix Rhamnusia pœnas.' Lucanus de hoc Appio: 'Effugis ingentes, tanti discriminis expers Bellorum, Romane, minas, solusque quietem Euboici vasta lateris convalle tenebis.' Item paulo infra: 'Heu demens, nullum belli sentire fragorem, Tot mundi caruisse malis, præstare Deorum Excepta quis morte potest? secreta tenebis, Littoris Euboici memorando condite busto, Qua maris angustat fauces saxosa Caristos, Et tumidis infesta colit qua numina Rhamnus.' Sunt qui dicunt Rhamnuntem esse vicum Atticæ regionis, ubi templum Amphiarai, et Phidiacæ Nemesis. *Oliver.*

Caristumque] Civitas Eubœa; unde Caristium marmor. Strabo lib. x. in descriptione Eubœæ: 'In ripa,' inquit, 'sub monte Caristus consistit, cui vicina sunt Styra et Marmarium.' Paulo infra subjungit: 'Ad Caristum lapis nascitur, quem pectunt, nent, texunt; inde mantilia conficiuntur egregie contexta: ea ubi sordescunt, in flammam projecta, non secus emendantur, quam si maculas elueris.' *Idem.*

Chalcidico] Nam Chalcis urbs metropolitana est in Eubœa.

§ 11 *Saliorum*] Vide supra cap. 1. § 9.

Lituum] Lituus conditus erat baculus Romuli incurvus; nam lituus dicitur incurvus, et a summo leviter inflexus baculus, qui ab ejus, quo canitur, litui similitudine, nomen invenit, ut ait Cicero lib. de Divinat. Hoc autem lituo utebantur augures ad designanda in aëre spatia, quæ templa appellari voluerunt, unde 'extemplo' adverbium augurale: inter hæc vero spatia captabantur auguria: quomodo captarentur, dicemus suo loco. Fuit autem hic lituus, ut tradit Plutarchus in vita Romuli, baculus ipsius Romuli, conservatus in Palatino colle, usque ad Gallorum tempora, a quibus capta incensaque Roma fuit, sed postea ejectis a Camillo hostibus, inter altissimos cinerum cumulos illæsus, cum omnia ignis consumpsisset, inventus est. Est etiam lituus, ut dicit Festus, genus buccinæ incurvæ, qua qui cecinerit, *Liticen* dicitur. Virgilius: 'Et lituo pugnas insignis obibat et hasta.' Item alibi: 'Ipse Quirinali lituo parvaque sedebat Succinctus trabea.' *Oliver.*

Ædes Fortunæ] In qua statua Servii Tullii, Regis Romanorum, erecta fuit. Ideo autem in templo Fortunæ posita quod is imperium Romanum amplum et fortunatum reddidit: hic enim primus fuit qui censum statuit in urbe Roma. *Idem.*

Quintæ Claudiæ statua] Campense, Winchelianum, et Coloniensia duo exemplaria, quæ his diebus ad me misit Joh. Metellus Jurisc. ob probitatem atque eruditionem mihi charissimus, *Q. Claudiæ* produnt; atque optime. Ejus enim Claudiæ statuam fuisse existimo, quæ matrem Deum Pessinunte advectam in urbem induxerat atque exceperat, ut auctores Livius lib. XXXIX. Cicero de Arusp. Respons. Ovid. Fastor. IV. *Pighius.*

Matris Deum] Vide supra cap. 1. § 1.

Item, &c.] Contigit A. U. DCXLII. et A. U. DCCLV.

Basi] Duplici sensu Basis a Vitruvio usurpatur, quod nec Philandrum latuit. Ait enim ad lib. IV. cap. 1. Vitruvii: 'Basim hic, non tam pro solo, id est, planta et infima scapi parte, ut paulo post, quam pro conflexu et apophygi, unde crassitudo columnæ judicanda est, accipit. Alioqui significat ipsam spiram, quæ scapo supponitur.' Vocabuli origo est *ἀπὸ τοῦ βαίνειν, ingredi, insisti, conscendere.* Hinc pes ipse sedimen-

tum, pedamentum, fulcimentumve cujuslibet rei basis apposite nuncupatur. Βάσιν δ' ἂν, inquit Pollux, εἴποις τὸν πόδα. *Baldus.*

§ 12 *Aliquid admirationis, &c.*] Plinius lib. VII. cap. 52. 'Aviola,' inquit, 'consularis in rogo revixit, et quum subveniri non poterat, prævalente flamma, vivus crematus. Similis causa in L. Lamia prætorio viro traditur; nam C. Ælium Tuberonem prætura functum a rogo relatum, Messala Rufus et plerique tradunt.' *Oliver.*

Acilii etiam Aviolæ rogus] Vulgo, *Atilii.* Hunc consularem mortuum scribit Plinius. At habemus Mu. Acilium Aviolam Consulem ultimo anno Claudii Augusti; sed prior hic esse debuit, cum Tiberio Cæsari dedicaverit opus hoc suum auctor. Quare necesse est suffectum Consulem antea fuisse Aviolam hunc sub Augusto, ut videbis in Annalibus nostris. *Pighius.*

Rogus] Pyram pro dignitate et honoribus, quibus in vita functus erat et prout amplissimos magistratus et imperia gesserat, modo majorem, modo minorem extruxere. Fuitque lege XII. Tabularum cautum, ne de lignis politis extrueretur: donec per funerum ministros, qui pollinctores dicti sunt, corpus igne supposito cremabatur, in qua extruenda id servatum est, ut præter arida ligna, papyrum quoque, quo facilius crementur, nonnunquam crocum et vinum affatim apponerent. Vide et Kirchmannum de Funer.

Pædagogi] Quia mos erat, ut cum cadaver ad rogum prosecuti essent, cæteri omnes inde discederent, unus tantum remaneret, quoad universum corpus exureretur.

Lucio Lamiæ] Familia hæc Ælia. Pomponius JC. in tit. Pandect. de Orig. Juris, Æliam patriciam gentem appellat. Verum sicut aliis in locis parum firmamenti tota illa disputatio Pomponii habet, sic in hoc loco cum Ælium Tuberonem patricium fuisse scribit, perspicue falsum tradit. Nam ut hoc omittam, tribunos pleb. ex Æliis complures fuisse, quod sane hac in re solet valere plurimum, illud certe satis magno documento nobis esse debet, quod cum Consulum alter e plebe, alter e patriciis crearetur, auctore Livio, Ælii cum patriciis semper, nunquam cum plebeiis comparati sunt. Qui enim primus Æliorum consulatum est adeptus, collegam Sulpicium habuit, secundus Fabium, tertius Servilium, quartus Valerium, usque ad annum DXXCI. quo quidem anno duo primum e plebe Coss. creati, C. Popillius et P. Ælius: ut in tabulis Capitolinis notatum videmus. Æliorum autem alii Pæti sunt, alii Tuberones, Ligures, Cati et Lamiæ. Lamiæ vero dicti sunt a Lamo Formiarum tyranno. Horatius libro Carminum tertio: 'Æli vetusto nobilis ab Lamo (Quando et priores hinc Lamias ferunt Denominatos, et nepotum Per memores genus omne fastos) Auctore ab illo ducis originem, Qui Formiarum mœnia dicitur Princeps, et innantem Maricæ Littoribus tenuisse Lyrim Late tyrannus.' *Strein.*

EXT. § 1 *Plato*] De Republica lib. X. et Macrobius in Somn. Scipionis.

§ 2 *Eruditissimus*] Plin. Nat. Hist. de memoria lib. VII. cap. 24. 'Nec aliud,' inquit, 'est æque fragile in homine, morborum et casus injurias atque etiam metus sentiens, alias particulatim, alias universa: ictus lapide oblitus est literas tantum, et prælto tecto lapsus matris et affinium propinquorumque cepit oblivionem. Alius ægrotus servorum etiam, sui vero nominis oblitus est Messala Corvinus Orator.'

§ 3 *Mirabilior tamen*] Duo Mss. *Miserabilior tamen.* Non male. Miserabile enim fuerat Atheniensem illum

omni literarum scientia et dulcedine spoliatum fuisse: miserabilius hoc, matrem ad fortuitum istum conspectum plane obmutuisse. Stabilimentum hujus correctionis pendet etiam ab illis verbis: *dirum malignumque vulnus in animo percussi.* Vulgati tamen lectio servari potest. *Coler.*

§ 4 *Ægles*] Aulus Gellius: ‘ Sed et quispiam Samius,’ inquit, ‘ Athleta, nomen illi fuit Αἴγλης, cum antea non loquens fuisset, ob similem dicitur causam loqui cœpisse; nam cum in sacro certamine sortitio inter ipsum et adversarios non bona fide fieret, sed sortem nominis falsam subjici animadvertisset, repente in eum, qui id faciebat, sese videre quid faceret, magnum inclamavit: atque is oris vinculo soluto per omne inde vitæ tempus non turbide neque adhæse locutus est.’ Tale quiddam legitur de filio Crœsi Regis, qui quum mutus vixisset, in salute patris vocem recuperavit, sicut in capitulo de Pietate dicemus. *Oliv.*

Samius] Samos Ionica in Icario mari e regione Ioniæ posita. Quæ Junoni olim sacra. Est et Samos Thracia maris Ægæi, Thraciæ opposita. Tertia maris Ionii Insula est prope Zacynthum. *Ortel.*

Athleta] Pollux Athletarum nomine gymnicos omnes intelligi voluit. Hi autem sunt, παλαισταὶ, δρομεῖς, πύκται, δισκοβόλοι, et ἀλτικοί. Vide Plautum Bacchid. Act. III. Sc. III. de antiqua puerorum Græcorum institutione loquentem. *Budæus.* Aristoteles in primo Rhetoricorum ita disponit: ‘ Quæ corporis virtus attributa est certaminibus, constat magnitudine, robore, celeritate. Qui jactare certo modo crura, porroque movere potest, cursor est, quippe celeritate valens. Qui tum premere, tum continere, is est luctator, qui percutiendo pellere, pugil, qui horum utroque modo, pancratio idoneus: qui ad hæc cuncta aptus, quinquertio.’ Vide et Mercurialem de Gymnast.

Vocalis] De muto factus est vocalis, quia vocem acquisivit; nam vocalis dicitur, qui voce utitur.

§ 5 *Ex ipso genetricis*] Legitur et, *tantum non ex ipso, &c.* id est, ferme. Ergo hoc dicit: ferme ex ipso genitoris rogo vitam et cunas assecutus, quia parum admodum fuit, quin rogo superinjicerctur, antequam puer vagitum ederet.

Sed etiam cunas] Nam matris loculum seu feretrum habuit pro primis cunis.

§ 6 *Pheræo*] Pheræ Peloponnesi civitas ad sinum Messeniacum, Ptolemæo.

Pheræo Jasoni] Sic Cic. de Nat. Deor. lib. I. Sed Plutarchus Prometheum vocat.

Vomicam] Vomica proprie dicitur ulcus lateus, a vomendo, quia ruptum evomit saniem. Vomica, secundum Nonium Marcellum, locus est concavus et vetustate ambesus, secundum alios genus apostematis, per quod emittuntur viscera. *Oliv.*

§ 7 *Æque Diis*] Solinus de memoralibus mundi non intelligit Simonidem, sed Pindarum Poëtam Lyricum, qui in honorem Pollucis et Castoris carmina scripsit. Dicit enim: ‘ Pindarum Lyricum e convivii loco cui imminebat ruina, ne cum cæteris interiret, forinsecus Castor et Pollux vocaverunt, inspectantibus universis; quo effectum est, ut solus impendens periculum evaderet.’ Cicero de Oratore lib. II. ‘ Gratiam,’ inquit, ‘ habeo Simonidi illi Chio, quem primum ferunt artem memoriæ protulisse: dicunt enim, cum cœnaret Cranone in Thessalia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem et nobilem, cecinissetque id carmen quod in eum scripsisset, in quo multa ornandi causa Poëtarum more in Castorem scripta et Pollucem fuissent, nimis illum sordide Simonidi dixisse, Se dimidium

ejus rei, quod pactus esset, pro illo carmine, daturum; reliquum a suis Tyndaridis, quos æque laudasset, peteret, si ei videretur. Paulo post esse ferunt nuntiatum Simonidi, ut prodiret, juvenes ad januam stare duos quosdam, qui eum magnopere evocarent; surrexisse illum, prodisse, vidisse neminem. Hoc interim spatio conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidisse, ea ruina ipsum cum cognatis oppressum interisse.' Sequitur deinde, quod artem memoriæ invenerit. Hoc idem testatur Quintilianus de Institut. Orat. lib. XI. ubi multa alia tradit, et inprimis dissensionem esse inter auctores, cui carmen illud scriptum fuerit, Scopæ, an aliis, quos commemorat, et cujus fuerit domus Pharsali, an Scopæ. Item dicit sibi videri fabulosum de Tyndaridis. Scopas autem, ut Plinius refert, fuit etiam sculptor marmoreus, cujus opera quæ, et ubi Romæ, idem Plinius tradit. *Oliver.*

Simonides] Vide supra c. 7. Ext. § 3.

Cranone] Plinio, Galeno, Stephano, Thessaliæ urbs in campis Pharsalicis. Ephyra ab Homero dici scribit Stephanus.

Triclinium] Locus ubi convivabatur. Quintilianus loquens de hoc Simonide, ait: 'Vix eo limen egresso triclinium illud super convivas corruit.' Cicero vero eundem locum traduxit, conclave dicens.

§ 8 *Daphidam*] Erat Grammaticus, qui mendacii Homerum accusavit, quod bello Trojano militasse Athenienses scripsisset. Suidas: Δαφίδας, Τελμισσεὺς, γραμματικὸς, γεγραφὼς περὶ Ὁμήρου, καὶ τῆς αὐτοῦ ποιήσεως, ὅτι ἐψεύσατο· Ἀθηναῖοι γὰρ οὐκ ἐστράτευσαν ἐπὶ Ἴλιον.

Apollinem Delphis] Vide supra cap. 1. § 19. et cap. 6. § 3.

Equum invenire] Hæc erat calliditas, ut sive responderet inventurum illum equum esse, sive non, Deus omnino delusus esse videretur, nam si respondisset, Invenies, existimabat se decepisse numen, quia non inveniri possit, quod non sit amissum. Si vero dixisset non inventurum, itidem credebat posse irrideri, quod ipse videlicet sciret non posse invenire, quod non amiserit. *Oliver.*

Sortium] Vide supra cap. 1. § 1.

Nomen erat equi] Aliter Strabo lib. XIV. qui montem hunc non Equum, sed Thoraca dictum fuisse scribit. Unde et proverbium extitisse, φυλάττεσθαι τὸν Θώρακα. *Colerus.*

§ 9 *Pausanias*] Hac de causa dicitur Pausanias occidisse Philippum, quod cum interrogasset Hermodem, quo pacto sibi posset gloriosum nomen comparare, respondisse dicitur, si virum nobilissimum occideret. Hoc autem Valerius sentit, sed aliter Justinus; dicit enim quod Philippus Macedonum Rex jam ætate provectiori Regis Attali sororem, vel, ut Plutarchus dicit, filiam Cleopatram virginem Olympiadi superduxit uxorem; quod quidem graviter illa ferens, cum Alexandro filio jam tum dicitur inisse consilium contra Philippum. Forte ita accidit, ut Attalus cum Cleopatra filia convivium celebraret, ad quod Pausaniam adolescentem invitarunt, qui cum vino paulo largius invitatus esset, eo turpiter abusi sunt omnes; adolescens postquam resipuit, et contumeliam, quam per vinolentiam passus erat, recognovit; sæpe de injuria ad Philippum conquestus est; ille jocabundus Pausaniam dimittere; hic vehementius indies de ea re instare, cupere tantam injuriam ulcisci. Sed cum sorte quadam occurrisset Alexander, apud eum conquestus est de hac injuria. Ille dicitur Græce iambicum versum pronuntiasse, eum qui dedit, eum qui accepit, scilicet interfice, quod etiam factum est; nam occupatum angustiis Philippum in transitu obtruncavit. De quo latius dicemus lib. VIII. cap. 14. Sed in eo miraculum fuit, quod gladio oc-

cisus, qui quadrigam impressam habebat in capulo. *Oliver.*

Quadrigam habuit cælatam] Cælata proprie dicuntur vasa aurea vel argentea, in quibus signa vel sigilla intus aut extra eminentia expressa sunt, quæ sola cælo fieri, non torno possunt. Quintilianus sculpturam a cælatura materia tantum distinguit lib. III. cap. 31. his verbis: 'Et Cælatura, quæ auro, argento, ære, ferro opera efficit: nam si sculptura lignum, ebur, marmor, vitrum, gemmas præterea, quæ supra dixi, etiam complectitur.' Sane sculptor marmoris dicitur, non cælator, ut contra cælatura auri et argenti, non sculptura. Et sculptura quidem æque ac cælatura figuras extantes facit, sed in ligno, marmore, ebore, et gemmis operatur, cælatura in auro, argento et ære. Virgil. tamen lignum dixit cælatum pro sculpto, improprie, sed Poëtice. Alii tamen cælata tecta de laquearibus dixere. Gemmas cælatas non legimus apud auctores, sed sculptas aut scalptas. Rursus hic distinguunt sculpturam a scalptura. Quas gemmas sculpi notat Quintilianus, figuras in his extantes fieri et ectypas intelligit, ut in ebore, ligno, et marmore quod sculpitur; at de his, quæ ad signandum cavantur, scalptura proprie ut diceretur, usus loquendi obtinuit; licet origine ac significatione idem sit quod sculptura. *Salmasius.*

§ 10 *Quæ tam pertinax*] Cum Alexander Darium vicisset, et Babylonem subegisset, audivit in India esse, qui ludum Gymnosophistæ exercerent. Dicebantur autem Gymnosophistæ nudi Philosophi; ideo autem nudi vivebant, quia dicerent naturam omnibus rebus humanis providisse, nec quicquam deesse voluisse. Quemadmodum igitur et cætera animalia his contenta essent, quæ sibi natura suppeditasset, ita homines vitam suam informare debere, ut nihil præter quod illis natura dedisset, inquirerent. Hi Philosophi erant, qui summum bonum in voluptate ponebant, summum malum in dolore. Hos igitur videndi magno desiderio captus est Alexander, et inter cæteros Calanus quidam præstare audiebatur; cum hoc maximam familiaritatem inivit Alexander, et eum secum adduxit. Sed cum anno vitæ suæ 68. ad eos dolores forte pervenisset, ut eos ulterius ferre non posset, nam alvo vexabatur; rogum sibi struxit, et aurea lectica superimposita, incubuit stramentis opertus, ut eos dolores aufugeret, in quibus summum malum statuebat. Deinde Macedones obsecravit, ut illum lætitiæ diem cum Rege simul potantes exigerent, quem paucis post diebus Babylone visurum se dixit; atque ita brevi futuram Alexandri mortem prædixit, qui Babylone periit; sicut suo loco dicemus. Alexander vero, mortuo Calano, convivia celebrari jussit, sed antequam moreretur, eum rogavit, si quid vellet, ut diceret; qui nihil aliud respondisse fertur, nisi Te propediem videbo. Cic. de Divin. lib. I. 'Calanus Indus cum descenderet in rogum ardentem, O præclarum, inquit, discessum e vita, cum, ut Herculi contigit, mortali corpore cremato in lucem animus excesserit. Cumque Alexander eum rogaret, quid vellet, ut diceret, Optime, inquit, propediem videbo te. Quod etiam contigit.' Rursus de hoc Calano mentionem facit Tusc. Quæst. lib. II. et Strabo in descriptione Indiæ plurima de his Gymnosophistis atque Calano. *Oliver.*

§ 11 *Quem in hexere Tyriorum sentinam haurientem*] Vulgo, *quem in litore, &c.* Manent adhuc in scriptis Codd. vetustæ lectionis vestigia quædam. In Campensi enim legitur: *quem in dextro latere triere Tyriorum.* In Pulmanniano autem, *in texere Timbrum.* At in Atrebatensi, Cauchiano, et Gemblacensi: *quem in dhexere Tyrio-*

rum. Ex his quidem legi debere colligo: *quem in hexere Tyriorum.* Penteres enim, hexeres, et hepteres appellantur tam Latinis quam Græcis acutoribus naves, a remorum numero vel ordinibus. Hexeris autem meminit et Liv. lib. XXXVII. 'Regia classis septem et triginta majoris formæ navium erat, in quibus tres hepteres, et quatuor hexeres habebat.' Sed et vulgare tolerari potest. *Pighius.*

Tyriorum] Tyrus et pro Insula et pro urbe sumitur. צור, Hebræis *rupes.* Unde nomen accepit. Rupibus autem illa insula cingebatur. Unde Nonnus in Dionysiacis lib. XI. Ἀκινήτοις δὲ θεμέθλοις Αὐτομάτη ζωθεῖσα συνάπτεται ἄζυγι πέτρῃ. Id est: *Fundamine cincta Firmo immota manet saxis radicibus hærens.* Et de Tyro construenda: Πήξατε δ' ἀμφοτέραις ἐπικείμενον ἄστυ κολώναις. Id est: *Extruite in mediis fundatum rupibus urbem.*

§ 12 *Bithyniæ*] Prima Asiæ minoris Bithynia, in Ponti exordio, ad Solis orientis partem adversa Thraciæ jacet, multis antea nominibus appellata; nam prius Beritia (lege 'Bebritia') dicta, deinde Mygdonia: mox a Bithynio Rege, Bithynia appellata, ipsa est et major Phrygia. Val. Flaccus lib. IV. 'Proxima Bebricii raduntur limina regni, Pingue solum, et duris regio non invida tauris.'

Os æqualiter extentum] Os unum tenore continuatum. Solinus: 'Quidam cum dentibus procreantur. Cn. Papyrius Carbo, ut M. Curio, dentatus ob id cognominatus. Quidam etiam vice dentium continui ossis armantur soliditate, qualem habuit Bithynorum Rex Prusias.'

§ 13 *Mithridatis*] Regis Ponti, bostis pop. Rom. ad quem debellandum primo Sylla, deinde Lucullus, postremo Pompeius missus est, qui bellum illud confecit. Hunc igitur post profligatum exercitum fugientem filiam hanc comitatam fuisse Cicero dicit. *Oliver.*

§ 14 *Ne illius quidem parvæ admirationis*] Hunc Solinus Strabonem nominatum fuisse tradit, quem Varronis testimonio centum triginta quinque millia passuum prospexisse dicit. Solitum exeuntem a Carthagine classem Punicam numerumque navium ex Libytana specula manifestissime notare, quod idem testatur Plinius Nat. Hist. lib. VII. Cicero tradit Iliadem omnem ita subtiliter in membranis ab hoc scriptam, ut testa nucis clauderetur. *Oliver.*

Lilybæo] Lilybæum promontorium est Siciliæ, multum autem a Sicilia ad Carthaginem distare dicitur, et, ut tradit Solinus, centum triginta quinque millia passuum intersunt.

Carthaginiensium egredientes classes] Lacedæmonios scribit Plinius lib. II. cap. 37.

§ 15 *Admirabilis Aristomenis*] Athenienses cum Messeuiis bellum grave et longum gessere. Messeniorum dux fuit Aristomenes, qui tanta calliditate fuisse dicitur, ut sæpe Athenienses deciperet, quorum sæpe urbem ingressus, et aliquando captus, atque in vincula conjectus, calliditate sua aufugerat: quod cum semel atque iterum et tertio fecisset, constituerunt Athenienses illum rursus captum interficere, quod etiam fecere: sed admirati versutiam hominis, vulnerunt ejus capti et occisi cor inquirere, quod exsecto corpore pilosum invenerunt. *Oliver.*

Aristomenis Messenii] Sumpsit ex Pausaniæ Messeniacis. De eodem Antipater Antholog. lib. III. περὶ ἀνδρείων. *Colerus.*

Messenii] Messene civitas Peloponnesi, eodemque nomine et regio dicitur Ptolemæo et Stephano.

Quod Athenienses] Imo Lacedæmonii, teste Pausania. Rhodi enim mortuus est. Captus vero a Lacedæmoniis sæpius et elapsus. Videndus

Plinius lib. II. cap. 36. Stephanus in voce ἀνδανία. *Colerus.*

§ 16 *Antipater Sidonius*] Fuit hic quidem Poëta promptissimus, quem in libris de Oratore M. Tullius claruisse ait Cottæ et Crassi temporibus, non multo ante. Sed de hujus Poëtæ ingenio et memoria, non alterius, quam ipsius M. Tullii verbis agendum. 'Quod,' inquit, 'si Autipater ille Sidonius, quem tu probe Catule meministi, solitus est versus Hexametros, aliosque variis modis atque numeris fundere ex tempore, tantumque hominis ingeniosi ac memoris valuit exercitatio, ut cum se mente ac voluntate conjecisset in versum, verba sequerentur,' et reliqua. Valerius vero hic noster et Plinius eum tradunt omnibus annis, uno tantummodo die suo natali, febre corripi solitum, et eodem denique die consumptum esse in ultima ætate. Meminit Antipatri etiam Cornelius Tacitus in Oratoribus, et Fabius Quintilianus. Erant ipsius in præsens quædam, quæ leguntur, epigrammata. *Gyrald.*

§ 17 *Epicuri*] De ejus vita lege Diogenem Laërtium. Cum in voluptate summum bonum constituit, voluptatem intellexisse, quæ ex virtute colligitur, videtur. Diocles eum simplicissimi victus et summæ continentiæ fuisse dicit. Alii aliter scripsere. Unde Horatius: 'Epicuri de grege porcus.'

Concordiæ] Hinc Genethliacorum secta sustineri posset.

§ 18 *Liberis*] Sicut in filia Mithridatis.

Aut in Rege] Scilicet Prusia.

In vate] Scilicet Antipatro.

Viris eruditissimis] Polystrato et Hippoclide.

Homine sortis ignotæ] Scilicet Strabone, qui tam acutam aciem habuit.

Sylvestres capreas] Plinius lib XXV. cervas, non capreas, dicit.

Cretæ] Maris mediterranei insula, Jovis incunabulis, et centum olim urbibus clara. Hodie *Candia* dicitur.

Dictamni] Non ubique, sed in angusto loco duntaxat provenire auctor est Theophrastus, qui lib. IX. cap. 26. historiam hujus plantæ accurate tradidit. Vide et Dioscoridem lib. III. et in eum Matthiolum. De eadem egregie Virgilius Æn. XII. ita cecinit: 'Hic Venus indigno nati concussa dolore, Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida, Puberibus caulem foliis, et flore comantem Purpureo: non illa feris incognita capris Gramina, cum tergo volucres hæsere sagittæ.'

Cephalenia] Ionii maris insula Ptolemæo.

Ex alto] Caput in altum porrigentes, ut ventos commodius capiant.

Crotonæ] Croto urbs Brutiorum celeberrima. Livius: 'Urbs Croto murum in circuitu patentem duodecim millia passuum habuit, ante Pyrrhi in Italiam adventum. Post vastitatem eo bello factam, vix pars dimidia habitabatur.' Fortitudinem et omnium rerum adfluentiam ita prædicat Scholiastes antiquus Theocriti, ut in proverbium abiisse dicat, nihil esse alias urbes, si cum Crotone conferantur. Quæ de ortu Crotonis Urbis prolixe a gravissimis autoribus atque Poëtis traduntur, cum meras sapiant fabulas, nihil iis auctores aliud voluerunt indicare, quam celebratissimæ urbis antiquitatem, locique salubritatem. *Cluver.*

Junonis Laciniæ] Vide supra cap. 1. § 20.

Macedonia] Europæ celebris regio, hanc a Septentrione, a Dalmatia Mœsiaque montana sejungunt: ab occasu mari Adriatico sive Ionio: ab ortu Ægæo abluitur. Meridianam oram Epiroticæ gentes et ipsa Græcia excipit. *Passim.*

In Caleno agro] A Calibus dicto, quod oppidum est in Campania; est enim et in Gallia.

§ 19 *A Tito Livio*] Hoc miraculum Livius narrat in secunda decade primi Punici belli, quam nos amisimus. Aulus Gellius lib. VI. cap. III. 'Tubero,' inquit, 'in historiis scriptum reliquit, bello primo Punico Attilium Regulum Consulem in Africa castris apud Bagradam flumen positis, prælium grande atque acre fecisse adversus serpentem insuitatæ immanitatis, eumque magna totius exercitus conflictatione, ballistis atque catapultis diu oppugnatum, ejusque interfecti longum corium pedes centum et viginti Romam misisse.' Plinius lib. VIII. 'Nota est,' inquit, 'in Punicis bellis ad flumen Bagradam a Regulo Imperatore ballistis tormentisque, ut oppidum aliquod, expugnata serpens centum viginti pedum longitudine: pellis ejus maxillæque usque ad bellum Numantinum duravere in templo.' *Oliver.*

Africa] Vide supra cap. 1. § 2.

Apud Bagradam flumen, &c.] Qui præter Uticam labitur, qui distat triginta millia passuum a Carthagine.

Ballistarum] Formam Ballistæ satis ubertim Ammianus tradidit his verbis: 'Dolantur axes duo querni vel ilicei, curvanturque mediocriter, ut prominere videantur in gibbos: hique in modum serratoriæ machinæ connectuntur, ex utroque latere patentius perforati; quos inter, per cavernas funes colligantur robusti, compagem, ne dissiliat, continentes.' Ab hac medietate restium stylus exsurgens obliquus, et in modum temonis jugalis erectus, ita nervorum modulis implicatur, ut altius tolli possit et inclinari; summitatique ejus unci ferrei copulantur, e quibus pendet stuppea vel ferrea funda: cui ligno fulcimentum prosternitur ingens cilicium, paleis consertum minutis, validis nexibus illigatum, et locatum super congestos cespites, vel latericios aggeres. Nam muro saxeo hujusmodi moles imposita, disjectat quicquid invenerit subter, concussione violenta, non pondere. Cum igitur ad concertationem ventum fuerit, lapide rotundo fundæ imposito, quaterni altrinsecus juvenes repagula, quibus incorporati sunt funes, explicantes, retrorsus stylum penes uncinum incliuant; itaque demum sublimis astans magister, claustrum, quod totius operis continet vincula, reserat malleo forti percussum. Unde absolutus ictu volucri stylus et mollitudine offensus cilicii, saxum contorquet, quidquid incurrerit collisurum. Et omentum quidem appellatur, quod ex eo omnis explicatio torquetur: Scorpio autem, quoniam aculeum desuper habeat erectus. Cui etiam Onagri vocabulum indidit ætas novella, ea re, quod asini feri, cum venatibus agitantur, ita eminus lapides calcitrando post terga emittunt, ut perforent pectora sequentium, aut diffractis ossibus capita ipsa displodant. *Lipsius.*

Crebris et ponderosis] Jaciebant vulgo, et minoribus Ballistis, lapides fere centenum pondo: atque eo sensu Lucilio ipsa ballista centenaria dicitur. At majoribus amplius jaciebant, et vel talenta tria, id est, pondo 300. Nostra ista fulmina hodie non capiunt aut pervehunt hoc pondus. Igitur non solum contundebant, sed diffringebant omnia et disjiciebant. *Lipsius.*

LIBER II.

Cap. 1. Tituli capitum hujus libri plerique perierunt in libris vulgatis, quos suis locis ex V. C. fide restituimus. *Pighius.*

Optimo principe] Tiberio, nec sine adulatione hoc dicit.

Elementa] Principia.

§ 1 *Apud antiquos*] Hoc institutum apud Livium libro primo plane dignosci potest, ubi dicit, non prius regnum acceptum fuisse a Numa Pompilio secundo Romanorum Rege, quam Deos auspiciis ille consuleret. Is enim in loco edito ascendens, lituo spatia descripsit in cœlo, ab oriente, ab occidente, post jam a meridie, a septentrione, prospiciens quantum oculi ferre poterant: et partem ab oriente appellavit anticam, ab occidente posticam, a meridie dextram, a septentrione sinistram. Deinde cum aperto capite stetisset, animo concepit, quæ auspicia, et qua parte mitti vellet; quibus missis continuo Rex creatus est, et in regnum acceptus. *Oliver.*

Nuptiis etiamnum auspices] Sic Tacitus de nuptiis Messalinæ tractans lib. II. et de Neronis cum Pythagora conjugio lib. XV. agens, utrobique auspicum adhibitorum meminit. Plautus etiam in Prologo Casinæ: 'Ultro ibit nuptum, non manebit auspices.' Cicero pro Cluentio: 'Nubit genero socrus, nullis auspicibus, nullis auctoribus, funestis ominibus.' Juvenalis Satyra X. 'Tyriusque palam genialis in hortis Sternitur, et ritu decies centena dabuntur Antiquo: veniet cum signatoribus Auspex.' Symmachus Epistol. lib. II. 'Sororem Pompeiam olim viro maturam te auspice in manus optat accipere.' Servius ad illum versum Æn. I. 'Cui pater intactam dederat, primisque jugarat Ominibus.' Id est, auguriis. Et secundum Romanos locutus est, qui nihil nisi captatis faciebant auguriis, præcipue nuptias. Ac de hujusmodi auspicibus accipiendus est ille Suetonii in Claudio locus, quo Valeriam Messalinam uxorem supplicio adfecisse eum Imperatorem narrat, dote prius inter auspices consignata. Erat autem prosperrimi augurii, nuptialibus negotiis accipitris circi altero pede claudi aspectus, ut Plinius lib. X. c. 8. prodidit. Quinetiam his conjugalibus auspiciis antiquitus Pilumnum et Picumnum Deos deputatos Nonius Marcellus Varronis auctoritate adductus in cap. de Doctorum Indagine scribit. *Brissonius.*

Auspicia] Ab aspiciendis avibus, ut dixi, sive præpetibus, sive oscinibus: nam præpetes erant, quæ volatu suo futura prænuntiabant; oscines vero quæ non volatu tantum, sed etiam garritu significabant, quæ instare viderentur.

Veteris consuetudinis] Quum Auspices adeundi mos desiisset, qui auspicia peterent, hi proxenetæ veteris consuetudinis vestigia ipso nomine usurparunt: quemadmodum hic ex hoc autore colligere licet. Hinc etiam scribit Cic. de Divin. lib. II. 'Nihil fere quondam majoris rei, nisi auspicato, nec privatim quidem, gerebatur: quod etiam nunc auspices nuptiarum declarant, qui re omissa nomen tantum tenent.' Notum est istud Ciceronis pro Cluen. 'Nubit genero socrus, nullis auspicibus, nullis auctoribus.' Qui igitur ad hanc rem adhibebantur proxenetæ, Latine pronubi, et καταχρηστικῶς auspices dicebantur, incipientes et felici omine inchoantes. Qua de caussa in veteri Glossario, utiliter in publicum edito,

auspices pronubi, παρανύμφοι, appellantur: et hi, quod conventum erat, ut rite fieret, tabulisque mandaretur, curabant. Juvenalis: 'Veniet cum signatoribus auspex.' Lucanus de Nuptiis Catonis et Martiæ: 'Junguntur taciti, contentique auspice Bruto.' Tum unus horum, quod erat conventum, proferebat, ceteris audientibus, et, ut ita fieret, postulantibus. Cujus consuetudinis hoc Martianus Capella in fin. lib. II. reliquit vestigium: 'Tunc exurgens,' inquit, 'virginis mater poscit de Jove, superisque cunctis, ut sub adspectu omnium, quidquid sponsalium nomine præparaverat Majugena, traderetur, ac demum dos a virgine non deesset, tuncque tabulas ac Papiam Poppæam legem sinerent recitari.' Ideo Tacitus de Messalina scribit, etiam illam audiisse auspicum verba. Quod confirmat Servius ad Æneid. IV. *Brisson.*

§ 2 *Sedentes*] Viri quidem recubabant strati, mulieres vero sedebant. Legitur in vita Catonis, quod paulo antequam se Uticæ interimeret, sedens cœnaverit, quemadmodum post civile bellum consueverat; nam ante, nisi cum dormiret, semper stabat; vel nunquam jacebat. *Oliver.*

Cœnitabant] Quia, ut refert Servius, et Juvenalis testatur, apud majores prandia non fuerant in usu. Unde Juvenalis: 'Quis fercula septem Secreto cœnavit avus?' Et sunt qui dicant primum, qui prandii consuetudinem in urbem Romanam introduxit, fuisse Marium, propter illud carmen: 'Exul ab octava Marius bibit.' Ego vero ante Marium et Priscum et Arpinatem prandia in usu fuisse legi. Plinius lib. XXXIII. ubi loquitur de Quinto Ælio Tuberone: 'Quintum Ælium,' inquit, 'cum legati Ætolorum in consulatu prandentem in fictilibus adissent, missa ab iis vasa argentea non accepisse.' Constat autem hunc Ælium multo ante fuisse, quam Marium. *Idem.*

Jovis epulo] Epulum Jovis erat, quod alio nomine *Lectisternium* dicebatur. In Capitolio enim stratis tribus lectulis convivium apponebatur tribus Diis; Jovi, Junoni, et Minervæ: vel, ut tradit Livius, sex, ut paulo infra. Jupiter vero, id est, simulacrum Jovis statuebatur in lectulo recubans, Juno et Minerva in sellis considebant; sed appositis epulis, non ipsi Dii, sed septem epulones convivia celebrabant. Quare autem inventa fuerint lectisternia, Livius lib. V. docet. Dicit enim: 'Gravis pestilensque omnibus animalibus æstas excepit [urbem] cujus insanabili pernicie quando nec causa nec finis inveniebatur, libri Sibyllini ex Senatusconsulto aditi sunt. Duumviri sacris faciundis, lectisternio tunc primum in urbe Romana facto, per dies octo Apollinem, Latonamque et Dianam, Herculem, Mercurium atque Neptunum tribus, quam amplissime tum apparari poterat, stratis lectis placavere: privatim quoque id sacrum celebratum est: tota urbe patentibus januis, promiscuoque usu rerum omnium in propatulo posito, notos ignotosque passim advenas in hospitium ductos ferunt, et cum inimicis quoque benigne et comiter sermones habitos, jurgiis et litibus temperatum, vinctis quoque dempta in eos dies vincula; religioni deinde fuisse, quibus eam opem Dii tulissent, vinciri.' Augustinus quoque de Civitate Dei de his mentionem facit. *Oliver.*

Videlicet quia magis ad rem pertinet] Ironice videtur hanc rationem adferre. *Pighius.*

§ 3 *Quæ uno contentæ matrimonio*] Non tantum apud Romanos, sed etiam apud alias gentes odiosæ secundæ nuptiæ. Unde Dido Æneid. IV. 'Sed mihi vel tellus optem prius ima de-

hiscat, Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras, Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam, Ante, pudor, quam te violem, aut tua jura resolvam : Ille meos primus, qui me sibi junxit, amores, Abstulit, ille habeat secum, servetque sepulchro.' D. Hieronymus in Epist. x. ad Furiam de Camillorum gente : 'Habet præterea generis tui grande privilegium, quod exinde a Camillo vel nulla vel rara vestræ familiæ scribitur secundos nosse concubitus; ut non tam laudanda sis, si vidua perseveres, quam execranda, si id Christiana non serves, quod per tanta sæcula Gentiles fœminæ custodierunt.' Chrysostomus Homil. 2. in Epist. ad Titum : 'Nostis profecto omnes quod etsi per leges (Romanas) secundæ nuptiæ permittuntur, multis tamen ea res accusationibus patet.' Nec non quod scribit Plutarchus Problem. 99. his verbis : 'Quid est quod publicis festis, veteri more, virgines non nubunt, viduæ nubunt? an quod virginibus decorum, viduis vero multis præsentibus fædum nubere? felices namque ac sanctæ primæ nuptiæ : secundæ vero tristes et detestandæ. Pudet enim vivis adhuc eis, quibus antea nupserant, alios accipere, mortuos autem lugent.'

Qui depositæ virginitatis cubile pudicum egredi nesciret] Additur vulgo *post*, quod in Mss. non habetur. Atqui mire depravatus est locus, qui tolerabilior erit, si legas ; *qui depositæ virginitatis cubile pudicum egredi nesciret*. Pighius.

Illegitimæ intemperantiæ] Aliter, *legitimæ*. Quia licebat quidem secundas vel tertias agere nuptias, sed tamen non sine suspicione fiebat libidinis cujusdam intemperatæ, et ideo legitimam intemperantiam appellat.

Quasi illegitimæ] Mss. plerique et vetus ille Dan. *quasi legitimæ*. Nil verius. Nam legitima quædam intemperantia, sunt plura matrimonia, quod multis demonstrat eruditissimus Tertullian. legibus enim non prohibentur. Ea ratione Seneca divortia 'legitima adulteria' vocat. Tertullianus apposite : 'Continentia legem nuptiarum honorat; licentia temperat. Illa non cogitur, ista regitur. Illa arbitrium habet, hæc modum.' Martialis : 'Quæ toties nubit, non nubit ; adultera lege est ; Offendar mœcha simpliciore minus.' *Colerus.*

§ 4 *Repudium*] Dicit hoc iustitutum apud antiquos servatum fuisse ad vicesimum et quingentesimum annum. Aulus Gellius dissentit a Valerio lib. IV. cap. 3. Dicit enim : 'Memoriæ traditum est quingentis (Cujacius emendat 'sexcentis') fere annis post Romam conditam nullas rei uxoriæ neque actiones, neque cautiones in urbe Roma, aut in Latio fuisse, quum profecto non desiderabantur, nullis etiam tunc matrimoniis divertentibus.' Servius quoque Sulpit. in lib. quem composuit de Dotibus, tum primum cautiones rei uxoriæ necessarias visas esse scripsit, cum Spurius Carbilius, cui Ruga cognomentum fuit, vir nobilis, divortium cum uxore fecit, quia liberi ex ea corporis vitio non gignerentur, A. U. C. DXXIII. M. Attilio, P. Valerio Coss. atque is Carbilius traditur uxorem quam dimisit egregie dilexisse, carissimamque morum ejus gratia habuisse, et jusjurandi religionem animo atque amori prævertisse, quod jurare a Censoribus coactus erat uxorem se liberorum habendorum gratia habiturum. Alio loco dicit idem Gellius hoc divortium fecisse de amicorum consilio, quod sterilis esset. Dionysius : 'Quod autem lex,' ait, 'hæc de mulieribus pulchre se habuerit, testis fuit diuturnitas : constat enim intra quingentos viginti annos nullum Romæ fuisse divortium. Centesima et

tricesima Olympiade, Consulibus M. Pomponio et C. Papyrio, qui primus uxorem suam dimisisse dicitur, Spurius Carbilius vir non obscurus, jurare coactus a Censoribus liberorum gratia se matrimonium colere: erat autem ei conjunx sterilis, quo tamen facto quoque ob necessitatem populo invisus fuit.' *Oliverius.*

1 *Sp. Carvilius*] Mire variant auctores in hoc nomine. Agellius *Sp. Carbilium Rugam* appellat. Plutarchus in Romulo *Sp. Servilium.* Idem probl. cap. 13. *Carbilium.* In comparatione Numæ et Lycurgi *Sp. Corvinum*, sed legendum ibi, Καρουΐλιον. Plinius *Carvilium* et *Carbilium* promiscue. *Colerus.*

§ 5 *Vocanti*] Scilicet, *viro.* Quamvis nonnulli divortium fecerint, hoc tamen institutum servavere, ut Matronarum corpora, quæ in jus vocarentur, ab obstetricibus non pertractarentur, ut pudicitiæ decus inviolatum maneret. hoc autem fiebat, quia mulier quæ sterilis esse dicebatur, non sua causa hoc fieri dicebat, et ideo adhibebantur obstetrices, quæ illius corpus pertractarent, sed earum quæ in jus vocabantur, non pertractabant. *Oliver.* Potest simpliciter intelligi, ne viro uxorem contrectare licitum esset.

Matronam] Matrona dicta, quæ matrimonio viro est juncta, etsi liberi nondum sint nati. Ita eruditi nonnulli. Isidorus ait: 'Matrona est mater primi pueri, quasi mater nati.' Idem fere affirmat lib. x. cap. ult. cum scribit: 'Matrona est, quæ jam nupsit, et dicta matrona quasi mater nati, vel quia jam mater fieri potest: unde et Matrimonium dictum.' Distinguitur tamen inter matronam, matrem, et matremfamilias. Nam dictæ matronæ, quoniam convenerunt in matrimonium; matres, quia genuerunt: matresfamilias, quia per quandam juris solennitatem in familiam mariti transierunt. Festus Grammaticus tradit appellatas matronas, quibus stolas habendi jus erat. Apud eundem legas matronas a magistratibus non submoveri solitas, ne pulsari, aut contrectari viderentur, et ne gravidæ concuterentur. Sed nec viri earum sedentes cum uxoribus in vehiculo descendere cogebantur. Quod vittatæ incesserint castissimæ matronæ, institia etiam, hoc est, tenuissima fasciola stolam ambiente, indicat illud Ovid. Art. Am. I. 'Este procul vittæ tenues, insigne pudoris, Quæque tegis longos institia longa pedes.'

Inviolata stola] Nolebant nec vestem quidem attingi mulieris in jus vocatæ, ut honor mulieris omnino servaretur. Et est *stola* proprie vestis muliebris ad talos usque demissa.

Stola] Stolam inter vestimenta muliebria annumeratam fuisse, testantur auctores, inter quos fuit Ulpianus: et autorem videtur habere locupletissimum Ciceronem in Antoniana secunda, in hæc verba: 'Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti.' Cui sententiæ videtur accedere Vitruvius lib. I. cum Cariatides Matronas stolatas depingi ab antiquis ait, et pro columnarum ornamentis ad fulcienda ædificia rectas erigi. Nonnulli nulla alia ratione a veste differre putant, quam ea qua vestimentum ab indumento quis differre putaverit. *Bayfius.*

Vini usus] Unde Aulus Gellius de Noctibus Atticis dicit, non minori pœna affici consuevisse mulieres, quæ vinum bibisse deprehenderentur, quam si aut probrum, aut adulterium commisissent; pœna autem capitalis erat. Dionysius quoque lib. I. 'Delinquens,' inquit, 'uxor in aliquo, judicem, et magnitudinis pœnæ dominum sortiebatur eum, qui læsus erat; cognati namque simul cum viro de his judicabant, in quibus erat corporis corruptio, de eo quod peccatorum omnium videtur Græcis minimum, si qua in-

venta esset mulier vinum bibens. Nam utraque hæc multari morte concessit Romulus.' Metellus, quia uxorem vinum bibisse deprehendit, eam interemit. Romæ autem, et in universo Latio, vino, quod prisca lingua 'temetum' appellatur, mulieres abstinebant, unde etiam 'abstemiæ' dictæ sunt: loram, passum, murrhinam pro vino bibebant; cognati eorum osculum afferebant, ut si vinum bibissent, deprehendere possent. *Oliver.*

Vini usus] Præter cæteros lege Arnobium lib. II. Tertullianum Apologet. cap. 6. Huc et illa Varr. fragmenta refer lib. I. de Vita Pop. Rom. Quantopere abstemias mulieres voluerint esse, vel ex uno exemplo potest viderier. Et iterum: 'Antiquæ mulieres majores natu bibebant loram aut sapam, aut defrutum, aut passum, quam murrhinam quidam Plautum appellare putant.' Sarisberiensis Policrat. lib. VIII. *Colerus.*

Auro abundanti] Quorsum igitur illa Tertull. Apolog. cap. 6. Cum aurum nulla norat præter unico digito, quem sponsus oppignorasset pronubo annulo. Sed Tertullianus de ultima antiquitate loquitur. Nam postea præcipuum mulierum gestamen aurum. Varro lib. I. de Vita Pop. Rom. 'Auri pondo duo millia acceperunt ex ædibus sacris et matronarum ornamentis, a quibus postea id aurum et torques aureæ multæ relatæ Romam atque consecratæ.' *Coler.*

Purpura] Purpureus color est, qui nigricantis rosæ splendore sublucet. Cæterorum omnium colorum gratissimus, et tingendis vestibus maxime expetitus, a purpura vocatus. Purpura enim piscis est ex concharum genere, vivit annis septenis, latet circa Canis ortum tricenis diebus. Congregatur verno tempore, mutuoque attritu lentorem quendam veluti ceræ emittit, sed nobilem illum succum ad tingendas vestes in mediis faucibus habet, minimum liquoris est in candida vena, reliquum corporis sterile est. Vivas conantur capere, quia florem illum morientes cum vita evomunt. Majoribus purpuris detracta concha auferunt succum, minores frangunt Tyrii, et ita eorum rorem excipiunt, qui a loco Tyrius dicitur, quanquam in aliis quoque locis id fiat. *Perottus.* Puuicum in purpura cernitur, præcipue Tyria ac rubente. Puniceum autem et Phœniceum colorem differre, ex Libanio ostendit Salmasius, atque eam ob causam Agellium reprehendit. Color enim Puniceus exuperantiam et splendorem ruboris ostendit, Phœnicius autem qualis immaturæ palmulæ. Vide Salmas. ad Solin. pag. 1330. et seq.

Cinere rutilarunt] Plin. l. XXVIII. cap. 1. 'Gallorum hoc inventum rutilandis capillis cinere et sevo. Erant et cinistones, qui calamistris in cinere calefactis capillos crispabant.'

Subsessores] *Subsessor* proprie dicitur, qui delitescit ad alium occidendum per insidias; nam 'subsidere' dicuntur, qui vias obsident, ut per insidias viatores intercipiant. Virgilius: 'Subsedit adulter.' Unde hoc loco pro oppressoribus alieni thori accipitur. *Oliver.*

§ 6 *Deæ Viriplacæ*] Sacelli hujus meminit P. Victor, Regione decima Urbis Romæ, et in eadem Onuphrius Panvinius.

In Palatio] Ædificia publica multa habuit Capitolinus Mons, quorum hodie ne ruinas quidem per vineta, quæ ibi consita, discernere licet. Vide Marlian. lib. II. Topogr. Rom. lib. XXI.

Pari jugo] Conjunctione et pari copula viri et uxoris.

§ 8 *Charistia*] Ovid. Fast. I. 'Proxima cognati dixere Charistia cari, Et venit ad socios turba propinqua Deos.' VIII. Kalendas Martias erant Charistia. Bene Kalendarium Constantini Magni: IX. FERA-

LIA. VIII. CHARISTIA. VII. TERMINALIA. Omittit hæc festa vetus Romanum: miror. In Rurestri, post Parentalia et Lupercalia, legitur, CARA COGNAT. mallem, CARI COGNAT. id est, 'Charistia cognatorum.' Dies ille totus deditus conviviis: hinc eundem 'Festum epularum' dixerunt. Sed mea hæc suspicio; nam hoc nomine diutius dies, quo Petrus Apostolus cathedram in Antiochia erexit, vulgo dictus est: incidit ille in idem tempus, quo celebrata antiqua Charistia. *Neapolis ad Fastos Ovidii.*

Sacra mensæ] Epulas. Nam omnia, quæ mensis apponuntur, sacrata putabantur, quia ex his antequam vescerentur, primitias semper Deo offerebant. *Sacra mensæ*] Mensæ antiquis erant sacræ. Synesius Epist. 57. Τράπεζα μὲν ἱερόν τι χρῆμα, δι' ἧς ὁ θεὸς τιμᾶται φίλιός τε καὶ ξένιος. Id est, *Mensa sacra quædam res est, per quam Deus amicitiæ conciliator atque hospitalis honoratur.* Et Arnobius lib. II. 'Sacras facitis mensas salinorum appositu et simulachris Deorum.' *Thysius.*

§ 9 *Senectuti juventus*] Apud antiquissimos Romanorum neque generi neque pecuniæ præstantior honos tribui quam ætati solitus: majoresque natu a minoribus colebantur, ad Deum prope et parentum vicem: atque in omni loco, inque omni specie honoris, priores potioresque habiti a convivio quoque, ut scriptum est in antiquitatibus, seniores a minoribus domum deducebantur: eumque morem accepisse Romanos a Lacedæmoniis traditum est: apud quos Lycurgi legibus major rerum omnium honos majori ætati habebatur. Sed postquam soboles civitati necessaria visa est, et ad prolem populi frequentandam præmiis atque invitamentis usus fuit: tum antelati, quibusdam in rebus, qui uxorem, quique liberos haberent, senioribus neque liberos, neque uxores habentibus. Sic capite septimo legis Juliæ, priori ex Consulibus fasces sumendi potestas fit, non qui plures annos natus est, sed qui plures liberos quam collega aut in sua potestate habet, aut bello amisit. Sed si par utrique numerus liberorum est, maritus, aut qui in numero maritorum est, præfertur: si vero ambo et mariti, et patres totidem liberorum sunt, tum ille pristinus honos instauratur, et qui major natu est, prior fasces sumit. Super his autem, qui aut cœlibes ambo sunt, aut parem numerum filiorum habent, aut mariti sunt, et liberos non habent, nihil scriptum in lege de ætate est. Solitos tamen audio, qui lege potiores essent, fasces primi mensis collegis concedere, aut longe ætate prioribus, aut nobilioribus multo, aut secundum consulatum ineuntibus. *A. Gellius.*

Aliquem ex patribus] Vixisse etiam majori ex parte adolescentiæ cum senioribus juventutem, indicat Varro apud Nonium, cujus locum vulgo corruptum sic lego: 'Multo præditi pudore et pudicitia adolescentes, vixerunt cum majore parte ejus graduis antequam stipendia facerent.' Vitiose etiam scriptum fuerat, 'Varro lib. II. de Vita Pop. Rom.' pro 'lib. I.' Nam lib. I. de Patribus scripserat; secundo de Victu Pop. Rom. ut ipse profitetur alibi Varro: 'Primo de re familiari, ac patribus, secundo de victuis consuetudine primigenia, tertio de disciplinis priscis.' *Coler.*

Voluntaria statione] Statio pro vigilia sive excubiis μεταφορικῶς. Nam apud Suetonium et alios pro excubiis militaribus accipitur, ut et a JCto lib. III. ff. de re mil. Haud vulgari significatu, Statio hæreditatum dicitur in veteri lapide: PETRONIÆ. SABINÆ. FILIÆ. L. PETRONI. SABINI. PROCVRATOR. AVGG. STATIONIS. HEREDITATVM. *Idem.*

Brevique progressu, &c.] Mire contaminatus est locus. Vulgo: *brevique*

processu morarum claram in lucem virtutum suarum. Mss. libri omnes *claram* omittunt: Susianus *morarum* quoque, cui accedit item Pulmannianus. Quæ sane duo vocabula omitti possunt, nec minus vox *suarum:* ex ineptis enim glossis hæc inserta videntur. In tota quidem hac sententia vix quicquam est quod satisfacit: in cæteris vero quæ sequuntur, Pulmanni codex præferendus vulgatis, ubi sic habet: *verecundia et laboris meditatione ipsi doctiores eunt.* Restaurari itaque potest utcumque sententia, partim ex Coloniensi, partim ex aliis jam dictis codicibus: *brevique progressu morarum in lucem virtutum verecundia, et laboris meditatione ipsi doctiores eunt.* Pigh. Placet magis lectio Lipsiana: *brevique processurarum virtutum verecunda et laboriosa meditatione, ipsi doctiores erant.* Apud Sarisberiensem talis lectio: *brevique processu in lucem virtutum suarum verecunda laboris meditatione, &c.* Coler.

§ 10 *Ad tibias*] Tullius Tusc. Quæst. lib. I. 'Sero igitur Poëtæ nostris vel agniti, vel recepti: quamquam est in Originibus, solitos esse in epulis canere convivas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus.' Item eodem libro Quæst. IV. 'Nam cum carminibus soliti illi esse dicantur et præcepta quædam occultius tradere, et mentes suas a cogitationum intentatione, cantu fidibusque ad tranquillitatem traducere, gravissimus auctor in Originibus dixit Cato, morem apud majores hunc epularum fuisse, ut deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes.' *Ad tibias*] Erat tibia dextra vel recta: et sinistra seu obliqua; dextra erat tota ex osse vel buxo, sinistræ erat codon ex cornu adnexum. Vide Hesychium.

Superiorum opera] Hoc unicum priscorum illorum Italorum Historiarum et Annalium genus: nec canere tantum, sed etiam narrare solebant pueris majorum fortia facta. Servius ad Æneid. I. 'Apud veteres Historiæ hoc genus fuit, ut majores natu anteacta posteris indicarent, quod hic indicat locus.' Lucan. apertius cum esset de Antæo locuturus, ait: 'Cognita per multos docuit rudis incola patres.' Idem Hispanos olim factitasse in procinctu, docet idem Servius ex Sallustio. De Germanis Tacitus. *Colerus.*

Pangebant] Canebant.

Defuncta] Aliter effœta, id est, viribus exhausta.

Camilli, &c.] Notissima Virtutis nomina apud Romanos.

Cœli clarissima pars] Qui in cœlos translati esse putantur.

Cap. II. § 1 *Tertio Punico bello*] Sæpius agitatum est de tertio Punico bello, et tertio dixi, quia fuit primum et secundum. Primum quod confecit C. Luctatius, in quo Marcus Attilius Regulus captus fuit, et gravi supplicio affectus. Secundum, cui finem imposuit Scipio Africanus superior. Tertium P. Scipio Africanus inferior confecit. Constat sæpius agitatam fuisse hanc rem in Senatu, quia duo præstantissimi viri inter se dissentiebant; Cato scilicet et P. Scipio Nasica: nam Cato sentiebat bellum inferendum, et succedente victoria evertendam esse Carthaginem, quæ sæpe fœdera frangeret totiesque rebellaret. At Scipio contra relinquendam esse, ut bellum illud exercitatio quædam foret juventuti Romanæ, quæ bellis assueta, otiosa esse nullo modo posset. Verebatur enim id futurum quod evenit, ne subacta Carthagine, debellatisque exteris gentibus, cum deessent hostes, in se ipsos arma converterent; tamen secundum M. Catonis sententiam factum est Senatusconsultum, ut bellum Carthaginiensibus inferretur, et subacta Carthago everteretur. *Oliver.*

Memor] Dicit quare per impruden-

tiam hoc facerit Fabius: credebat enim hunc in numerum Senatorum electum, quia meminerat triennio ante fuisse Quæstorem, et post Quæsturam patebat aditus ad ordinem Senatorium. *Idem.*

Censoribus] Marcus Varro in satyra Menippea, quæ Ἱπποκύων inscripta est, equites quosdam dicit pedarios appellatos: videturque eos significare, qui nondum a censoribus in senatum lecti erant, senatores quidem non erant; sed quia honoribus populi usi quidem erant, in senatum veniebant et sententiæ jus habebant; nam et curulibus magistratibus functi, qui nondum a censoribus in senatum lecti erant, senatores non erant: et quia in postremis scripti erant, non rogabantur sententias, sed, quas principes dixerant, in eas discedebant. Hoc significabat edictum, quo nunc quoque consules, quum Senatores in curiam vocant, servandæ consuetudinis causa tralatitio utuntur. Verba edicti hæc sunt: SENATORES. QVIBVS. Q. IN SENATV. SENTENTIAM. DICERE. LICET. Versum quoque Laberii, in quo id vocabulum positum est, notari jussimus, quem legimus in mimo, qui 'Scriptura' inscriptus est: 'Caput sine lingua pedaria sententia est.' *A. Gellius.*

Objurgatus] Increpitus. Jurgium inter amicos, lis inter inimicos.

Eumenes] Pergamenorum Rex, quem Florus socium et commilitonem populi Romani vocat, qui Antiochum apud Sardes ingenti prælio superavit. Vide Strabonem lib. XIII.

Perse] Vide supra ad lib. I. cap. 5. Exempl. 3.

Fidum erat et altum reip. pectus curia, silentiique salubritate munitum] Omnes veteres libri, pro *cura, curia* scribunt. Nec male; namque aptissima comparatione, *curiam*, in qua tractantur consilia, pectus reipubl. appellat. Atque ita legendum esse, verba ejus sequentia demonstrant, cum dicit, *cujus limen intrantes.* Pighius.

Munitum et vallatum] Translatio sumpta ab oppidis et castris, quæ muniuntur et vallantur.

§ 2 *Ne Græcis unquam*] Legitur in Verrinis, quod Cicero dicit se accusatum fuisse, quod, cum Syracusis esset, Senatui Syracusano Græce locutus esset.

Ne Græcis unquam] Tiberius etiam princeps hujus moris ita fuit observans, ut in Senatu nescio quid Græce dicturus, veniam petierit, teste Tacito. Simile de Claudio narrat Suetonius. A prætoribus decreta Latine interponi debere ait Tryphonius lib. XLVIII. D. de re jud. adde Cic. Verrin. IV. Tantum omnino suæ linguæ tribuerunt Romani, ut beneficii loco ejus usum alienigenis expensum tulerint, quod de Cumanis apud Livium legimus. *Coler.*

Pallium togæ] Tunicæ toga superinduebatur, vel tunicis potius. Erat autem Romanorum, quemadmodum pallium Græcorum: unde Comœdiæ togatæ dictæ, quæ Romanorum: palliatæ, quæ Græcorum. Solis autem Romanis civibus licuit olim toga uti: et sane fuit tempus cum fex vulgi non temere unquam Romæ toga uteretur, sed sola tunica: Togam Plutarchus τήβεννον, Athenæus τήβενναν vocat cap. 9.

Imperii pondus et auctoritatem domari] V. C. *domari*, pro *donari*, legunt. Optime. *Pighius.*

Domari] Satin' Latine? haud reor. Lego ex lib. Dan. 'Indignum esse existimantes, illecebris et suavitati literarum imperii pondus et auctoritatem donare.' *Coler.*

§ 3 *Damnandus rigoris rustici*] Additur vulgo, *Crimine;* quod superest, nec habetur in Cauch. cod. videturque ab aliquo ludimagistro insertum operi. *Pighius.*

Gemina lauro] Quia triumphantes coronati albis equis junctis in Capi-

tolium, præcedentibus captivis, et subsequente exercitu, et universo fere populo vehebantur.

Numidicis] Nam in Numidia Jugurtham vicit, et provinciam illam Romano subegit imperio.

Germanicis] Quia Gallos, Theutonas, Senones, Cimbros, et Tigurinos, qui inundatione aquarum patria pulsi, cum in Italiam descendissent cum liberis et conjugibus eo animo, ut aut novas sedes impetrarent, aut pulsis Romanis, ipsi regnarent, is virtute sua fudit atque delevit, Theutonas priores aggressus apud Sextias aquas sub ipsis Alpium radicibus; Cimbros deinde in Italia inter Veronam et Tridentum, in campo quem Canidium vocant, sive Sanidium. Plinius lib. de Viris Illustr. 'C. Marius,' inquit, 'septies Consul, Arpinas: loco humili natus, primis honoribus per ordinem functus, legatus Metello in Numidia criminando Consulatum adeptus, Jugurtham ante currum egit; in proximum annum Consul ultro factus, Cimbros in Gallia apud aquas Sextias, Theutonas in Italia in Campo Sanidio vicit, deque his triumphavit.' *Oliver.*

Servus transfuga existeres] Cur, *servus transfuga?* an non transfugiunt et liberi? Bene emendo, *serus transfuga.* Senex, inquit, tu Mari, et post duplices triumphos Græcam linguam discere sprevisti; ne sero velut transfugio te canosque tuos dehonestares. *Lipsius.*

Exsurdantur] Obtunduntur.

Molo] Orator Alabandensis, qui Rhodi claruit Ciceronis ætate, cujus meminit Plutarchus in vita Ciceronis, et Strabo lib. XIV.

Conspicuæ felicitatis] Dicit invenire se Arpinatem summæ felicitatis fuisse, sive illum contemptorem literarum dixeris, sive amatorem: nam uterque de municipio Arpinate fuerant, Cicero scil. et C. Marius. *Oliver.*

Conspicuæ felicitatis Arpinas] Lege *Arpinum.* Municipium enim illud commendat, quod C. Marium, et M. Ciceronem produxerit, illum contemptorem, hunc fontem literarum. *Pighius.*

§ 4 *Maxima autem*] Semper Consules Romanos XXIV. lictores præcedebant, et secures virgarum fasciculis alligatas gestabant.

Q. Fabius Maximus] Fuit is ex Fabiorum familia. Fabii autem fuere Romani nobilissimi simul ac potentissimi, qui bellum adversus Veientes soli cum suis clientibus et servis in se receperunt: cumque ex levibus aliquot præliis sæpius victoriâm reportassent, tandem ad Cremeram fluvium insidiis circumventi, ad unum omnes capti sunt. Ovid. Fast. II. Ex tanta Fabiorum clade unus tantum superfuit: qui nondum armis per ætatem idoneus, in urbe relictus erat: ex cujus sanguine per longam nepotum seriem natus fuit Fabius ille Maximus, qui Dictator adversum Annibalem creatus, cunctabunda quadam prudentia rem Romanam, aliorum Imperatorum temeritate labefactatam, primus restituit, adeo ut verissime de eo Ennius dixisse feratur: 'Unus homo nobis cunctando restituit rem.' Sed, qui primus Fabius, dictus est Allobrox, quod apud flumen Isarum Allobrogum regem cecidisset. *Q. Fabius.*

Maximus] Qui Fabiæ gentis ortum a capite repetunt, ad Aborigines primos Latii populos originem generis, stirpem ad Fabium Herculis filium referunt, ut scribit Plutarchus in Maximo. Habuit hæc gens familias præcipuas quatuor. Prima eorum est, qui Vibulani, altera qui Ambusti, tertia qui Maximi, postrema eorum, qui Pictores nominati sunt. Vibulani a Vibone forsan oppido, quod in Brutiis condidit Hercules. Ambusti, auctore Festo, dicti sunt a Fabio Eburno, quod fulmine ambustus

sit. Maximi a Q. Fabio Rulliano, qui censor cum P. Decio, omnem forensem turbam secretam in quatuor tribus conjecit, Urbanasque appellavit. Quæ res adeo gratis animis accepta est, ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac temperatione ordinum adeptus sit. Livius lib. IX. Pictores autem dicti sunt a Q. Fabio C. F. qui primus ædem Salutis pinxit. Plin. lib. XXXV. cap. 4. Hic libet monumentum Q. Fabii Maximi subjicere: Q. FAB. MAX. DICTATOR. BIS. COS. V. CENSOR. INTERREX II. ÆD. CVR. Q. II. TRIB. MILITVM. PONT. AVGVR. PRIMO CONSVLATV LIGVRES SVBEGIT. EX HIS TRIVMPHAVIT. TERTIO ET QVARTO ANNIBALEM COMPLVRIBVS VICTORIIS FEROCEM SVBSEQVENDO COERCVIT. DICTATOR MAGISTRO EQVITVM MINVCIO, CVIVS POP. IMPERIVM EVM DICTATORIS IMPERIO AEQVARAT, EXERCITVI PROFLIGATO SUBVENIT, ET EO NOMINE AB EXERCITV MINVCIANO PATER APPELLATVS EST. CONSVL QVINTVM TARENTVM CEPIT. TRIVMPHAVIT. DVX ÆTATIS SVÆ CAVTISSIMVS, ET REI MILITARIS PERITISSIMVS HABITVS EST. PRINCEPS IN SENATV DVOBVS LVSTRIS FACTVS EST. Vide Streinium. Fulvius quoque Ursinus Labeones vocat in hac familia; nam in Denariis antiquis videre est: Q. FABIVS LABEO. Prætor anno DLVIII. ex Creta insula navalem egit. Idem anno DLXX. Consul fuit cum M. Claudio Marcello, et anno DLXXIII. Pontifex factus est. Hunc scribit Cicero, Offic. lib. I. et ad Q. Fratrem, arbitrum Nolanis et Neapolitanis datum de finibus a Senatu, agrum de quo lis erat adjudicasse populo Rom. Hæc obiter his adjungere visum fuit.

Idem præstitit] Inter cætera majorum instituta illud quoque memoratu dignum est, quod neminem voluere ad Consulem equo insidentem venire, sed honoris gratia, antequam Consuli appropinquassent, descendere: quod exemplo ejusdem Fabii comprobat, qui, cum legatus ad filium Consulem missus esset, atque illi filius honoris gratia obviam prodisset, nec præmisisset lictorem, qui juberet se quamprimum equo descendere, et filio peditem præsto esse, indignatus noluit sponte descendere; quod ubi animadvertit filius, jussit proximo lictori, patri ut imperaret ad se peditem venire: quod summopere laudavit pater, et simul paruit edicto filii. Aulus Gellius lib. II. c. 2. 'Facti Consules Sempronius Gracchus iterum, Q. Fabius Maximus filius ejus, qui priore anno erat Consul. Ei Consuli pater Procos. obviam in equo vectus venit, neque descendere voluit, quia pater erat; et quia inter eos sciebant maxima concordia convenire, lictores non ausi sunt descendere jubere; ubi juxta venit, tum Consul ait: Descendere jube,' &c. *Oliverius.*

Idem a Senatu legatus missus ad filium Consulem Suessam] Cogor hic rursum conqueri de temeritate ac imperitia librariorum, qui, ut contraherent in angustum historias, duorum Fabiorum, Rulliani et Verrucossi, acta tempore diversissima, errore vel socordia, eidem adscripserunt; atque auctorem nostrum, velut et aliis sparsim locis, frequentissime male multatum mutilarunt, ablatis aliquot verbis, ut de priore Fabio Rulliano intelligerentur, quæ de posteriore Verrucosso haud dubie scripsit, atque ex duobus exemplis unum compingeretur. Campense exemplar nobis utcumque detegit ejus vulneris cicatricem quandam, in quo sic habetur: *Idem præstitit Fabius a Senatu legatus ad filium Cos. missus.* Indicat eandem et manifeste Cauchianus codex, cum dicit: *Idem qui a Senatu legatus ad filium:* ubi particula, *qui*, de alio Fabio loqui Valerium docet. Ex his omnino conjicio, unius vocabuli additione

plenum Valerii sensum restitui posse, si legamus: *Idem præstitit ille Fabius, qui a Senatu legatus ad filium Consulem Suessam missus.* Atque eo modo Valerium de Q. Fabio Verrucosso loqui intelligemus, qui, ut refert item Livius, filio Consuli legatus ad Suessulam in castra venit bello Punico secundo. Prior autem Q. Fabius Rullianus octuaginta circiter annis antea filio Consuli Fabio Gurgiti legatus fuerat bello Samnitico, velut ex Annalibus constat latius. *Pighius.*

Suessam] Infra Teanum versus occasum Solis hiberni est Suessa opidum, cognomine Aurunca sive Auruncorum; ad discrimen Suessæ Pometiæ sive Pometiorum; quæ erat in Volscis. At quia illa Pometia jam inde ab Tarquinio Superbo eversa, plerumque hæc in Auruncis simpliciter auctoribus dicitur Suessa, sine cognomine. Plinius lib. III. cap. 5. 'Intus colonia, Capuæ, Aquinum, Suessa, Venafrum.' Silius lib. VIII. 'Nec, monte nivoso Descendens, Atina aberat: detritaque bellis Suessa; atque a duro Frusino haud imbellis aratro.' Antiquum epigramma: 'Hic nunc Campanas moderator sublevat urbeis, Unde ergo et populi statuam tribuere Suessæ.' Vulgo nunc vocatur *Sessa.* De origine ejus ita Livius lib. VIII. 'C. Sulpicio Longo, P. Ælio Pæto consulibus, inter Sidicinos Auruncosque bellum ortum. Aurunci a T. Manlio Consule in deditionem accepti, nihil deinde moverant: eo petendi auxilii a Romanis causa justior fuit. Sed priusquam Consules ab Urbe exercitum educerent, fama adfertur, Auruncos metu opidum deseruisse; profugosque cum conjugibus ac liberis Suessam communisse, quæ nunc Aurunca adpellata, mœnia antiqua eorum urbemque a Sidicinis deletam.' *Cluver.* Est et Suessula non procul ab Acerris.

Officium suum] Id est, sibi patri exhibendum.

Extra oppidum processisse, indignatus quod ex lictoribus XI. *nemo, &c.*] Ita in Mss. melius. Vulgo: *Extra oppidum processisse, indignatus quoque quod ex lictoribus nemo.* Nam de numero lictorum etiam Livius ita: 'Præter undecim fasces equo prævectus senex, ut Consulem animadvertere proximum lictorem jussit,' &c. Vix quicquam dubito, quin ex Livio Valerius hæc ambo exempla desumpserit, sed prius de Q. Fabio Rulliano temporis injuria cum undecimo libro historiæ Livianæ intercidit. *Pighius.*

Appareret] Præsto adesset; nam 'apparere,' inter alia, 'præsto adesse' quoque significat. Unde 'apparitores' dicti prætorum ministri. *Oliver.*

§ 2 *Relatis fabiorum*] Vulgo: *Relatis Q. Fabii laudibus.*

Tarentum] Florus: 'Tarentus,' inquit, 'etiam Lacedæmoniorum opus, Calabriæ quondam, et Apuliæ totiusque Lucaniæ caput, cum magnitudine et muris portuque nobili, tum mirabilis situ; quippe in ipsis Adriatici maris faucibus posita, in oras nostras, Histriam, Illyricum, Epirum, Achaiam, Africam, Siciliam vela dimittit. Imminet portui ad prospectum maris positum majus theatrum, quod quidem causa miseræ civitati fuit omnium calamitatum. Ludos forte celebrabant, cum adremigantem litori Romanam classem inde vident, atque hostem rati emicant, sine discrimine insultant. Qui enim, aut unde, Romani? Nec satis. Aderat sine mora querelam inferens legatio; hanc quoque fœde per obscœnam turpemque dictu contumeliam violant. Hinc bellum. Sed apparatus horribilis, quum tot simul populi pro Tarentinis consurgerent, omnibusque vehementior Pyrrhus,' &c.

Tarentum] Calabriæ hæc sive mag-

næ Græciæ urbs est. Suidas et Ælianus in Militaribus adscribit Tarentum Siciliæ. Ex quo patet, hujus tempore hanc Italiæ partem, ut nunc quoque, Siciliam appellatam. In regum titulis enim utriusque Siciliæ memoria est. Taras appellatur Straboni et Ptolemæo. Romanam coloniam esse, ex Strabone et Plutarcho discimus. Œbalia a Virg. vocatur, teste Servio. Sed arcem Tarentinam sic voeari annotavit Philargyrus. *Tarento* hodie vocatur. Tarentini aliquando Spurii vocati sunt, ut scribit ex Trogo Justinus lib. xx. Partheniatas vocatos scribit Servius ad Æn. III. idem Phalantiades a Phalanto quodam cive eorundem celeberrimo, ut tradit Stephanus. *Ortel.*

Vide et Strabonem lib. VI. et Plinium III. 10. præcipue vero Cluver. Ital. lib. IV.

Græciæ] Nam illa quondam magna Græcia appellata est.

Insitus pectoribus eorum antiqui moris respectus] Vulgo, *intimis*. In Mss. aliquibus, *Intusque*, legitur. In Campensi rectissime, *Insitusque*, quemadmodum et in Gemblacensi. *Pighius.*

Qui ex contumelia gravissimus] In Wincheliano copiosius, quam vulgo, *gravissimus nascitur et sentitur.*

Finem profecto] Sicut legimus in historia, nullus unquam in urbem pulchrior aut speciosior triumphus intravit. Ante hunc diem nil nisi pecora Volscorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum et fracta Samnium vidisses arma. Tunc si captivos aspiceres, erant Molossi, Thessali, Macedones, Brutius, Appulus, atque Lucanus. Si pompas, aurum, argentum, purpura, signa, tabulæ, Tarentinæque deliciæ, sed nihil libentius pop. Roman. aspexit, quam illas, quas timuerat cum curribus suis belluas, quæ non nisi submissis cervicibus victores equos sequebantur, ut loquitur Florus.

Tarentina civitas] Mollitie nobilis civitas, adeo ut plures festos dies apud eos fuisse dicat Strabo, quam alios. Vide Flor. lib. I. cap. 10.

Virtutis, &c.] Scil. Romanæ. In seipsum connexum ideo dicit, quia nullo extrinsecus adminiculo virtus indiget, sed seipsa contenta est; nam Romani tantas vires habebant, ut per se bellum sine aliorum auxilio gerere possent. Hoc ideo dicit, quia Tarentini multorum populorum et civitatum armis adjuti fuere, nam Molossi, Thessali, Macedones, Brutii, Campani, Appuli, Lucani, atque ipse clarissimus Græciæ Rex Pyrrhus pro Tarentinis incitatissimo animo consurrexerunt, et socia arma junxerunt. Romani suis contenti opibus et armis adversus tot populorum potentiam non solum audacter, sed etiam feliciter bellum gessere. *Oliver.*

§ 6 *Sed ut a luxu*] Valerius, quia videbatur quodammodo ab eo egressus esse quod instituerat, inquit, quia diximus de luxu Tarentinorum, et eorum superfluitate, quæ illos ad eam insaniam deduxerit, ut Romanos irritare auderent, nunc revertar ad rigidissima majorum nostrorum instituta. *Oliver.*

Eo loci] Lego cum lib. Dan. *Eo loci peragebant.* Et paulo post, *hodieque.* Quem porro locum intelligat Valerius mihi non liquet. Nam tria fuisse Romæ Senacula, testatur Festus. Varro de Vita Pop. Rom. lib. II. locutus fuerat opinor de senaculis, unde haud dubie sumsit Valerius, cujus et illa ex eodem libro citantur apud Nonium: 'Itaque propter curam locus quoque, quo suam quisque senator confert, curiam appellant.' Senaculum ergo proprie senum statio, ut Græcis Γερουσία. Glossæ veteres: Γερουσία, *hoc senaculum.* Illud obiter addo, etiam Græcos locum quendam appellasse Σενάτον, præsertim Constantinopolitanos. Codinus:

Ὅτι τὸ Σενάτον, ὡς οἶμαι, λέγουσιν εἶναι τῶν Κοδικέλλων φυλακτήριον· ἐκεῖσε γὰρ οἱ πατρίκιοι ἐλάμβανον αὐτοὺς ἕως Κωνσταντίνου. *Colerus.*

Ambiguæ] Bene dixit *ambiguæ;* quia fortasse, nisi cogerentur, non venirent.

§ 7 *Tribunis plebis curiam intrare*] Quod postea mutatum; nam temporibus Ciceronis poterant tribuni curiam intrare. Tribunorum demum eum in modum crevit auctoritas, ut quicquid Senatus decrevisset, ita demum ratum haberetur, si Tribuni approbavissent. Stabant ergo in vestibulo curiæ, ubi habebatur Senatus, (templum enim ingredi antiquitus non licebat,) et quæcunque Senatus decrevisset, Tribunis animadvertenda perferebantur, ut si e Rep. fore viderentur, approbarent, cætera ad arbitrium rejicerent, tum quæ Senatus consulta approbassent, T. literam in tergo adjiciebant, haud alio quidem pacto rata judicatum iri.

Subselliis] Id est, sedibus minorum magistratuum.

Annulis aureis] Incerta annulorum origo. De iis ita Plinius: 'Majorque vitæ ratio circa hoc instrumentum esse cæpit, incertum a quo tempore. Videmur tamen posse in externis auctoritatem ejus intelligere circa Polycratem Sami tyrannum, cui dilectus ille annulus in mare abjectus.' Idem ait nonnullos fabulæ primordium a rupe Caucasea sumere, Promethei vinculorum interpretatione fatali: primumque saxi hujus fragmentum inclusum ferro, ac digito circumdatum annulum, et hoc gemmam. Atque ab initio quidem, triumphantes tantum, nec hi quidem omnes, aureis utebantur; mox ad equestrem ordinem devenere; vilioribus gestare non licebat. Adeoque proprium hoc equitibus ornamentum erat, ut qui a Principe annulo aureo donarentur, in ordinem equestrem allecti intelligerentur.

Annulis aureis] C. Plinius Secundus annulorum originem post Trojana tempora deducit, quia nulla apud Homerum eorundem mentio. Fabulosi Gygis annuli Plato in Politicis meminit. Sed Sacra Scriptura antiquitatis omnis princeps Pharaonis annuli, quem Josepho tradidit, Genes. cap. 41. meminit. et Thamar a Juda annulum poposcit veluti obsidem, Genes. 38. E Græcia autem demum ad Romanos pervenit. Neque frequens primo ejus usus. Nullam in Capitolio statuam, præter Numæ et Servii Regum, annulis conspicuam fuisse, auctor est Plinius. Frequentior usus ante Cn. Flavium Annii filium non deprehenditur A. U. C. CCCCXLVIII. Qui cum in Ædilem Curulem ad Tribunum pleb. invitis Patribus crearetur, universus ordo Senatorius annulos deposuit. Neque semper annulos aureos habuit Senatus. Ferreis enim tantum utebantur, nisi ii qui legationem obirent, quibus aurei publice dabantur. Scribit Plinius multos prætura functos in ferreo consenuisse annulo. Aureus postmodum annulus Equestri Ordini peculiaris, plebi stante Republica vetitus. Sinistra manu ut plurimum gestatos Plin. autor est. Medio digito, qui κατάπυγος dictus Atheniensibus, Romanis non gestabatur. Ita autem digitis ii conspicui fuere, ut et singuli articuli iis graves essent. Unde Martialis: 'Sardonychas, Smaragdos, Adamantes, Iaspides uno Portat in articulo Stella, Severe, meus.' Et eo vesania profluxit, ut æstivos et leviores, ac hyemales et ponderosiores haberent. Unde Juvenalis: 'Ventilat æstivum digitis sudantibus aurum.' Sicuti autem majori ordini hæc concessa fuit dignitas, ita postmodum promiscua fuit. Vide Dactyliothecam Gorlæi, et Licetum de Annulis.

§ 8 *Immolatarum*] Quia ipsi qui magistratum gerebant, immolabant;

nam quanto dignior persona erat quæ immolabat, tanto dignior Deorum cultus. *Oliver.*

Hostiarum exta] Servius censet dici 'hostias' sacrificia, quæ ab his fiunt, qui in hostem pergunt; 'victimas' quæ post victoriam. Contra legitur apud Gellium, hostiam immolari a quovis sacerdote post cæsos hostes, victimam cadere ejus, qui vicerit. Adstipulatur Ovidius in Fastis: 'Victima quæ cecidit dextra cervice vocatur: Hostibus a victis hostia nomen habet.' Festus putat hostiam ex eo dictam, quod 'hostire' tantundem veteribus fuerit atque ferire. Hostiarum variæ erant species: quædam enim eximiæ vocabantur, quod sacrificiis destinatæ eximerentur ex grege. Quædam præcidaneæ, quæ mactabantur ante sacrificia solennia, quod cæderentur præ aliis. Erant et succidaneæ, quæ, si primis hostiis litatum non erat, cædebantur post illas. Amburvales item et ambarvales, quæ circum terminos urbis, vel circa arva duci solebant. Injuges, quod nunquam fuissent domitæ: aut subditæ jugo, ex Trebatii mente apud Macrobium Sat. III. cap. 5. Erant et caviares hostiæ, quod caviaria, id est, hostiæ pars duceretur cauda tenus, atque adeo in sacrificio collocaretur in Pontificum collegio quinto quoque anno. Erant prodigiæ hostiæ, quæ in totum prodigebantur, id est, consumebantur. Denique Aringam hostiam intelligit Scaliger, cujus adhærentia inspiciebantur exta. *Funger.*

De ritibus in hostiis sacrificandis non opus est multum disserere. Vide passim antiquarios.

Quum sanctas manus] Vulgo, *sacras.* In Mss. omnibus, *quam sanctas manus.* Recte. *Sanctus* enim inter alia significat integer et incorruptus. *Pigh.*

§ 9 *Die Lupercalium*] Id est, die quo Lupercalia celebrabant, id est, die festo, in honorem Panos. Lupercalia ludi erant solennes instituti a Romulo et Remo sub monte Palatino, ubi expositi fuerunt. Nota est historia, quo pacto Romulus et Remus fratres expositi fuerunt ab Amulio, cum in sicco unda illos destituisset ex proximis montibus lupa descendens in pueros incidit, et infantibus mammas adeo mitis præbuit, ut humanum sensum habere videretur. Supervenit interea Faustulus regis pastor, qui pueros Laurentiæ uxori suæ educandos tradidit. Scimus deinde quomodo adulti facti Numitorem avum suum, occiso Amulio, in regnum restituerunt, et factum est, ut in ipsis locis, ubi expositi fuerant, Lupercalia exercerentur; quod ludicrum ab Evandro antea institutum fuerat. His ludis pastores congregabantur, et pellibus immolatarum ovium induti, cibo potuque repleti lascivientes invicem concurrebant, et se mutuis ictibus earum pellium pulsitabant, Lycæum Pana venerantes. Hanc autem opinionem induxerant, ut qui mulier sterilis se ludentibus obtulisset, et eorum ictibus collisa fuisset, fœcunda efficeretur. Unde Juvenalis: 'Nec prodest agili palmas præbere luperco.' Ovid. Fast. II. 'Nupta quid expectas? non tu pollentibus herbis, Nec prece, nec magico carmine mater eris. Excipe fœcundæ patienter verbera dextræ, Jam socer optatum nomen habebit avi. Nam fuit illa dies dura cum sorte maritæ Reddebant uteri pignora rara sui.' Lupercales autem dicti sunt a lupis arcendis; hoc enim sacrificio existimabant lupos ab ovibus arceri. De Lupercalibus alii alia dicunt; sunt enim qui tradunt pastores nudos, modo pellibus cinctos, ejusmodi ludos celebrare consuevisse, lora pro manibus gerentes, quibus quosque cæderent, larvisque tectas facies habentes. Plutarchus in Antonii vita sic breviter inquit: 'Erat solennis Lupercalium dies; Cæsar autem triumphali veste amictus in

Rostris sedebat, currentes lupercos inspecturus: currunt enim et nobilium juvenum, et eorum, qui magistratum gerunt, complures nudi atque cincti loris albis obvios ferientes.' *Oliver.*

Lupercalia] XV. Kalendas Martias erant Lupercalia: his unde initium, ex Historiis patet. nomen vero habuere a Lupercis, quorum plures sodalitates. Una Fabiorum, alia Quintiliorum; et hæ antiquissimæ: addita postea Juliorum a C. illo Cæsare. Cujus institutionis mentio apud Dionem lib. XLIV. verba sunt: 'Ἱεροποιούς τε ἐς τὰς τοῦ Πανὸς γυμνοπαιδίας, τρίτην τινὰ ἑταιρίαν, ἣν Ἰουλίαν ὠνόμασαν. Tria ergo Romæ Lupercorum collegia, quæ sacra quotannis rite facerent, hæc aliquantulum remissa Augusti ævo, sed eodemmet restituta. Suetonius lib. II. 'Nonnulla,' inquit, 'etiam ex antiquis cæremoniis paullatim abolita restituit, ut Salutis augurium, Diale flaminium, sacrum Lupercale.' Mansit hoc postea usque ad Anastasii Imperatoris tempora, Theodorico Amalo in Italia regnante: sic ex quodam antiquo S. R. regesto, quod oculatim vidit, testatur Onuphrius Panvinius, Veronæ suæ decus. Vide et Epistolam Gelasii, P. M. ad Andromachum Tom. II. Concil. *Neapolis ad Fast. Ovidii.*

Monte Palatino] Romuli sedes, unde et 'Romulius' a Tremellio, et a Strabone τῆς ἄκρας nomine, propter primam sedem regiam, appellatur. Ad ortum habet Cœlium, ad meridiem Aventinum, ad occasum Capitolinum, ad septentrionem Forum. Adjacet ex eo latere, quod ortum spectat, arcus Constantini; quod meridiem, Circus maximus; quod occasum, Romuli ædes, et Velabrum; quod septentrionem, templa quæ in ipso foro sunt, et Vespasiani arcus. Hunc Virgilius a Palanteo oppido nominatum vult; Propertius et Ovidius, quod ibi pecudes palari, id est, errare consueverint. Hujus montis pars forum versus, Germali nomen habuit; Cœlium autem versus, Veliæ. Quia autem prima imperii sedes in eo constituta, cujusvis principis aulam, aut splendidi hominis domum, 'Palatium' nominamus. Hodie suffossionibus et subterraneis meatibus totus quasi pensilis, ruinis deformis, aut hortis occupatus. *G. Fabrit.*

Evander Argivus] Id est, Græcus, quia Arcas.

Immolatarum hostiarum] Vide supra ad Exempl. 8.

Feriarum] Festorum: nam 'feriæ' dies festi dicti sunt a feriendis victimis.

Trabeatos] Plinius Junior tradit Q. Fabium Rullum, primum ex ea familia ob virtutem Maximum, instituisse, ut equites Rom. Idibus Quintilibus ab æde Honoris equis insidentes in Capitolium transirent. *Oliver.*

Trabeatos] Trabea veste indutos: nam trabea vestis erat, quam honoratus quisque super tunicam sumebat, nunc prætextam vocant, quæ in extremitate purpuram habebat circumtextam.

Idibus Juliis] Meminere Livius lib. IX. Dionysius Halicarnassæus lib. I. Plinius lib. XV. cap. 4. Auctor de Viris Illustribus.

Transvehi] Diu istud institutum neglectum fuit. Augustus demum reduxit et excoluit. Suetonius: 'Equitum turmas frequenter recognovit, post longam intercapedinem reducto more transvectionis. Sed neque detrahi quenquam in transvehendo ab accusatore passus est, quod fieri solebat.' Factum id aliquando fuisse innuit Plutarchus in Pompeio, et argumento est lib. II. D. de In Jus Voc. *Coler.*

Idem censor] Eundem censorem libertinos tribubus amovisse, Livius lib. IX. testatur: 'Fabius,' inquit, 'concordiæ causa, simul ne humillimorum in manu comitia essent, om-

nem forensem turbam excretam in quatuor tribus conjecit, urbanasque eas appellavit, adeoque eam rem acceptam gratis animis ferunt, ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret.' *Oliver.*

Quam comitia in humillimi cujusque potestatem redacta, &c.] In Mss. omnibus, *accenderant*, pro, *accesserant*, legitur. Pulcherrime, si legas: *quam comitia in humillimi cujusque potestatem redacta accenderant.* De seditione enim loquitur, quam forensis turba plerumque comitiis excitabat. In eadem significatione Virgil. vocabulo utitur: 'Martemque accendere cantu.' *Pighius.*

Bellicis operibus] Nam fuit ille, qui primo remp. calamitoso illo Annibalis tempore afflictam et prope perditam cunctando restituit. *Oliver.*

Cap. III. *Capite censos*] Capite censi dicebantur, qui pro suo nomine æra pendebant, et sine suffragiis erant. Nam horum nihil præter personam censebant, quorum enim res censebantur, in classes conjiciebantur. Totus populus Romanus in quinque classes distinctus erat, ita ut qui centum millia æris, vel eo plus possiderent, primæ classis essent, secundæ classis erant, qui infra centum usque ad quinque et septuaginta millia censum haberent: tertiæ vero, qui quinquaginta millia æris haberent: quartæ ad viginti quinque descendebant censum: quintæ, qui undecim possiderent: reliqua multitudo, qui citra hunc censum possedissent, vel proletarii, vel capite censi dicebantur. Aulus Gell. lib. xvi. cap. 10. 'Qui in plebe Romana tenuissimi pauperrimique erant, neque amplius quam mille quingentum æris in censum deferebant, proletarii appellati sunt; qui vero nullo aut perquam pauco ære censebantur, capite censi vocabantur, et erant immunes a militia.' *Oliver.*

Sacramento] Id est, juramento, quod milites tanquam rem sacram Imperatori præstabant.

Nimia inopia suspecta erat] Quia qui nihil habent, quod amittere timeant domi, non tam viriliter dimicant, et citius pellici possunt saltem pecunia proposita, ut ad hostes transeant, aut suspecti, quod potius rapiuæ quam rei bene gerendæ intenti forent. *Badius.*

§ 1 *Caius Marius*] Dicit C. Marium hanc consuetudinem abrupisse, ut ex verbis Sallustii in Jugurthino legitur, ubi dicit: 'Ipse interea (Marius) milites scribere non ex more majorum, neque ex classibus, sed uti cujusque libido erat, capite censos plerosque. Id factum alii inopia bonorum militum, alii per ambitionem Consulis memorabant; quod ab eo genere celebratus auctusque erat, et homini potentiam quærenti egentissimus quisque opportunissimus erat.' *Oliver.*

Sed novitatis suæ conscientia] Ideo ad militiam capite censos admisit Marius contra consuetudinem et instituta majorum; quia et ipse sibi conscius erat novitatis et inopiæ suæ; nam præter virtutem animi et corporis parvas possedit divitias, adeo ut a maligno virtutis interprete capite census appellari potuerit Imperator. 'Novi' autem 'homines' dicuntur: qui ab humili statu summum dignitatis gradum ascendunt, ut Marius, qui ex municipio Arpinati pauper admodum Romam provectus summos honores adeptus est. *Oliver.*

Vetustati] Id est, nobilibus.

Maligno virtutum interprete] Malignus virtutum interpres dicitur, qui virtutem hominis æstimat non per ipsam, sed per divitias ac fortunæ qualitatem. Ergo maligno, malevolo, et iniquo.

Delectus] Modus delectus fuit tamen: Consules positis Sellis curulibus sedebant, et summæ rei præsidebant:

tribuni administrabant et exequebantur per partes. Ipse delectus fiebat in Capitolio augustissimo loco. In campo delectum habituu tanquam novum notat Dionysius: sed eo factum, quo tribunitiæ intercessiones vitarentur, quibus ibi non erat locus. Eligebantur ex tribubus et classibus ducta sorte, vel ut æmulatio tolleretur, ne hæc illi posthabita videretur, vel querela de onere oriretur, si forte delectus non iret per omnes. Præsidentibus itaque Consulibus, sedentibus tribunis, tribus vocata in centurias suas ivit, exceptis senioribus. Ex singulis tum centuriis, et pro censu ac classe, milites citati nominatim. Itaque tabulæ ad manum, in quibus nomina, ætates, et opes scripta. Aliquando etiam sorte capti, raro tamen, nec nisi in re tumultus. Quin et hoste vicino aut repentino aliquo periculo immiuente, militem confuse ac raptim capiebant et educebant. Contumaces vel in vincula conjiciebantur, vel damno affecti, bona eorum direpta et vendita, nonnunquam in servitutem rapiebantur, imo ad mortem. *Lips.*

§ 2 *Armorum*] Contigit A. U. DCXLVIII. Bello Cimbrico. Vide Annales Pighii in Scauri Ædilitate.

Armorum] Exercitatio et præludium. Dicit autem a P. Rutilio hanc emanasse disciplinam, ut milites simulacra pugnæ quædam instituerent, antequam ad verum pugnandi cum hostibus certamen accederent: discebant autem a magistris gladiatorum artem vitaudi ictus atque inferendi. Legitur de hoc P. Rutilio, quod cum frater ejus Consulatum impetrare non potuisset, dolore perierit. Cicero Tuscul. IV. 'Ægre tulisse P. Rutilium fratris repulsam Consulatus, scriptum apud Lamium est; sed tamen transisse modum videtur, quippe qui ob eam causam a vita recesserit.' Plin. Nat. Hist. libro VII. 'P. Rutilius,' inquit, 'morbo levi impeditus, nuntiata fratris repulsa in Consulatus petitione, illico expiravit.' *Oliver.*

Ex ludo] Id est, schola gladiatoria.

C. Aurelii Scauri] Sc. Lanistæ.

Doctoribus gladiatorum] In urbe plures fuere gladiatorum ludi, nominibus suis noti et discreti: ut ludus Gallicus, Dacicus, Magnus, Mamertinus, Matutinus, Æmilius. Hisce ludis præerant lanistæ; tota autem manus, quæ sub uno lanista, familia appellabatur, et eum dicebant familiæ præesse, atque idem tirones in arte gladiatoria exercebant.

§ 3 *Velitum*] Prisci Velites vere Anippi dicendi sunt, hoc est, equitibus juncti. Ut enim desultores veri equites erant, qui de pedibus pugnabant, ita Velites veri pedites erant, sublati tamen in equos, ut equitibus eadem celeritate adessent, eosque in pugna de pedibus juvarent. Quod hic Valerius subobscure dicit: *equitibus se jungere, et rursus relabi;* Livius explicate scripsit lib. XXVI. 'Ex omnibus legionibus electi sunt juvenes maxime vigore ac levitate corporum veloces, &c. eos singulos in equos suos accipientes equites assuefecerunt, et vehi post se, et desilire perniciter, ubi signum datum esset.' Hactenus Livius. Igitur equites erant ante pugnam, pedites plerumque in pugna: nam et ex equis pugnasse subinde, Vegetius indicat lib. III. cap. 24. 'Velites,' inquit, 'juvenes erant levi armatura, corpore alacri, qui ex equis missilia optime dirigebant.' Auctoritate forsan Dionysii hæc scripsit Vegetius, qui lib. II. cap. 11. scribit, ex equis pugnasse Celeres, ubi campus ad equestre certamen erat commodus. Ita ille. Celeres autem Velitibus multo sunt antiquiores. Velitibus similes Ferentarii nostri, *Dragons*, nisi quod paulo etiam digniores; quippe qui soli propriis equis vectantur, cum illi alienis, et post singulorum equitum terga.

H. Hugo.

Capuam] Urbs hæc Campaniæ in luxuriam semper prona. A Capye dictam Capuam, cum antea Vulturnus diceretur, et Etruscis extinctis a Samnitibus captam autor est Livius lib. IV.

Q. *Nævius*] Locum perplexum, et aliquot modis vitiatum dextre et erudite emaculavit Lipsius: Q. *Nævius Centurio, e peditibus lectos expediti corporis brevibus et infirmis septenis armatos hastis, parmæ tegmine, &c.* Colerus.

Parvo tegmine] Brevi scuto.

Voloci saltu] Quia didicerant milites exercendo se agili saltu in equos conjicere, et deinde pedites in hostes desilire, ita primo impetu equites esse dicebantur. Ergo veloci saltu, quia in equos ascendebant agili saltu, et cum ad pugnam perventum esset, desiliebant, et ita duplici pugna equitatum hostium deludebant. *Oliver.*

Campanæ perfidiæ] Quia defecerant a Romanis: historiam si quis videre velit, legat Titum Livium in Secundo Bello Punico, ubi plurima de Campanis recitantur.

Cap. IV. § 1. *Proximus, &c.*] Dicturus de spectaculis, ita transit, ut non ex abrupto transire videatur, ut dicat non esse dissonum quod in theatris fit, ab eo quod in castris fuerit. Dicit ergo: Diximus de bellis quæ foris geruntur, nunc dicendum est de certaminibus quæ intra urbem fiunt, videlicet in theatro. *Oliver.*

Theatra] Theatrum primum erat Hemicyclus, inde factum est ἀμφιθέατρον, ex duobus veluti theatris constans, quod ex quadrato lapide primus Pompeius Magnus inchoavit, Caligula perfecit, ab Augusto destinatum, a Vespasiano ædificatum, a Tito consecratum, a Nerone insano sumptu deauratum, ut in illo Armeniorum regem exciperet. Celebratur et M. Scauri theatrum, de quo Plinius lib. XXXVI. cap. 15. ubi et duorum theatrorum Curionis meminit. Legitur et L. Mummius, deleta Corintho, erexisse theatrum, sed temporarium. *Funger.*

Animosas acies] Aut quia viriliter in arena decertabant, et ex aspectu animi tyronum ad cædem imbuebantur; aut potissimum, nam id sentit auctor, quia non minore contentione digladiantes in arena contendebant, quam in vera acie. *Badius.*

Cultus Deorum] Venationes Saturno primitus attributas fuisse, refert Lactantius lib. VI. c. 20. Salvianus vero Massiliensis lib. VI. in arenis coli ait Martem; quoniam scilicet ludi quidem ipsi, nempe venationes, ac gladiatorii Saturno sacri, ampitheatrum autem sacrum Marti. Nam venationes, antequam repertum esset amphitheatrum, dabantur in circo. Sic ludi Scenici etiam Romæ usitati prius quam theatrum Veneri dedicatum fuisset a Cn. Pompeio. Qua de re Tertull. lib. de Spectaculis cap. 6. Itaque tametsi theatrum proprie sacrarium esset Veneris, tamen etiam Liberi domum fuisse, inquit Tertullianus loco citato. Cereri vero etiam in theatro locum fuisse declarat Cæcilius Cyprianus Epist. CIII. qui scenicos inquit ludos sacros fuisse Libero et Cereri. Etiam Apollo, Musæ, Minerva, Mercurius in theatro præfecti themelicis, sive, ut inquit Tertullianus lib. de Spectac. cap. 7. iis quæ voce, modis, et organis transiguntur. Saturno autem primitus sacrum munus, utrumque nempe, venatio et gladiatores; quia is Deus apud Romanos antiquissimus. Legendus Tertullianus Apologetici adversus gentes cap. 11. Prudentius adversus Symmachum libro I. Sed alia emergit dubitatio ex Prudentii verbis contra Symmachum, lib. I. qui munus gladiatorium Diti sacrum esse ait: 'Respice terrifici scelerata sacraria Ditis: Cui cadat infausta fusus gladiator arena,' &c. Nec tamen responderim, ut nonnulli, Ditem et Sa-

turnum ejusdem esse Dei numen; sed munus idem etiam alia ratione Diti sacrum esse, quia sanguine gladiatorum profuso placabantur Dii Manes, qua de re copiose Tertullianus lib. de Spectaculis cap. 10. Ad summam igitur hoc dici potest, Saturno, ut antiquissimo Deorum, munus sacrum fuisse principio, Diti autem, quatenus munera fuerunt Deorum Manium; Marti autem munus gladiatorium, Dianæ venationem attribui cœptam esse, cum ab exequiis ad honores viventium, scilicet magistratus, editiones translatæ sunt. Legendus Tertull. lib. de Spectaculis cap. 10. *Marcilius.*

Portentorum] Ita dixit, quia monstrosum quodammodo videtur, quod civis insurgat contra civem sine causa, et tempore pacis.

§ 2 *P. Scipione Nasica*] Plinius libro XXXVI. cap. 15. Florus epit. LXVIII. Augustinus de Civit. Dei lib. I. cap. 31. Tertullianus de Spect. cap. 6. Nam sæpe censores renascentia cum maxime theatra destruebant, moribus consulentes. *Coler.*

Hastæ] Auctioni; figebatur enim hasta in auctionibus publicis.

§ 3 *Ædiles*] Qui ludos edere solebant.

Matri Deum] Pridie Nonas Apriles erant Megalesia festa magnæ matris Idææ. Vetus Kalendarium notat hunc diem hisce literis, LVD. MATRIS MAG. illud Constantini Magni, LVDI MAGALESIACI, et sequentes usque ad natalem Divi Severi. Liv. lib. XXIX. 'Pertulere Deam pridie Idus Aprilis; isque dies festus fuit: populus frequens dona Deæ in Palatium tulit, lectisterniumque et ludi fuere, Megalesia appellata.' Ausim dicere scribendum pro 'Idus,' *Nonas.* His sacris lecticam matris Idææ Galli gestabant, et ante lecticam multa pretiosa. Quin et vicatim Phrygii generis vir et mulier per eos dies mendicabant, quibus Diva per urbem ferebatur. Dionysius lib. II. Ἱεραῖται δὲ αὐτῆς ἀνὴρ Φρὺξ, καὶ γυνὴ Φρυγία· καὶ περιάγουσιν ἀνὰ τὴν πόλιν οὗτοι μητραγυρτοῦντες, ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος, τύπους τὲ περικείμενοι τοῖς στήθεσι, καὶ καταυλούμενοι πρὸς τῶν ἑπομένων τὰ μητρῷα μέλη, καὶ τύμπανα κροτοῦντες. Non audio codices, in quibus μηναγυρτοῦντες· nam erogatio illa semel annua fuit, non menstrua. Μητραγυρτεῖν, inquit Eustathius esse, τὸ μετὰ τυμπάνων καὶ τινῶν τοιούτων περιϊέναι, καὶ ἐπὶ τῇ μητρὶ ἀγείρειν τροφάς. Inde Μητραγύρται, qui stipem cogebant Matri Deorum cum tabella, ut ait Comicus ἐν Ἡνιόχῳ. His mendicantibus, dicere olim solitus Antisthenes: Οὐ τρέφω τὴν μητέρα τῶν θεῶν, ἣν οἱ θεοὶ τρέφουσιν, teste Clemente Alexandrino in Protreptico. Observandum tamen, hujusmodi munus, nunquam ut civis Romanus exerceret, Senatum permisisse. Auctor idem Dionysius: Ῥωμαίων δὲ τῶν αὐθιγενῶν οὔτε μητραγυρτῶν τις, οὔτε καταυλούμενος πορεύεται διὰ τῆς πόλεως, ποικίλην ἐνδεδυκὼς στολὴν, οὔτε ὀργιάζων τὴν θεὸν τοῖς Φρυγίοις ὀργιασμοῖς, κατὰ νόμον ἢ ψήφισμα βουλῆς. Extera hæc et insana sacra respuit urbica gravitas. *Neapolis ad Fastos Ovidii.*

§ 4 *C. Sulpitio Petico*] Lib. Dan. *Betico.* Consules L. Genutium et Q. Servilium.

Compositis carminibus] Id est, hymnis, in quibus Deorum laudes continebantur. Hunc morem Virgilius tetigit, ubi dicit: 'Dant motus incompositos, et carmina dicunt.' *Oliv.*

Quod primus Romulus] Quod quidem spectaculum et ludi sunt primum a Romulo *Consualia* dicti; nam Romulus, cum equestris imago Neptuni in fundamentis urbis reperta fuisset, ei ludos quanto potuit apparatu constituit, et populos vicinos ad hos ludos spectandos invitari jussit. Cæteri frequentes convenere, Sabini etiam passim et uxores cum liberis omnes affluxere, quippe qui propin-

quiores erant. Cum benigne hospitio suscepti essent, novamque urbem tam brevi opibus virisque auctam perlustrati essent, ad ludos convenerunt; ubi cum omnes spectaculo intenti essent, juventus Romana ad virgines rapiendas ex composito discurrit. Eas sibi uxores adjungunt vi, quod aliter obtineri nequierant: nam cum per legationem Romani ad affinitatem vicinas urbes sæpius invitassent, idque semper denegatum sibi fuisset, utpote genti novæ, vi grassandum esse censuerunt. Romulus igitur post raptum Sabinarum, imaginem illam equestrem Neptuni *Consum* appellavit, et ludos *Consualia*, quasi consilium Dei, quia post inventam illam imaginem subito consilium cepisset rapiendarum virginum per ludorum spectaculum. De Consualibus ita tradit Plutarchus: 'Fama diu vulgata, a Romulo cujusdam Dei aram conditam sub terra inventam, eique Deo Conso nomen indiderunt, sive a consilio, quod consiliarius foret, sive Neptunus equestris. Ara est in Circo Maximo posita, quæ reliquum tempus latet: in equestribus autem certaminibus aperitur: hæc condita sub terra est, quum consilium arcanum esse oporteat. Ludi igitur in honorem hujus Dei instituti, a Romulo 'Consualia' dicta.' Dionysius Halicarnassæus de Antiquitatibus Romanis: 'Sacratam,' inquit, 'illam solennitatem nunc etiam Romani perficiunt, 'Consualia' vocantes, in qua etiam ara subterranea constructa juxta Circum Maximum, circumfossa terra, sacrificiis, et missis in ignem libaminibus, colitur, cursuque equorum agitur junctorum et non junctorum. Vocatur autem is Deus, cui hæc perficiuntur, 'Cousus' a Romanis, ac propterea subterranea coli ara eum dicunt, quod hic Deus terram teneat; ego vero alterum quoque sermonem audivi, quod hi quidem dies festi Neptuno agantur, quodque cursus et equites huic etiam Deo fiant; ara vero postea Genio cuidam ignoto constructa fuerit, occultorum consiliorum duci atque custodi. Neptuno enim subterraneo nec domitori terræ, neque a Græcis, neque a Barbaris usquam ara erigitur. Veritas autem ubi lateat, difficile est dicere.' *Oliver.*

Venerabilibus erga Deos verbis juventus] In Mss. fere omnibus: *erga Deos verbis*, pro *obsequiis*, habetur, et postea *gestus adjecit*, non, ut vulgo, *dedit*. Profecto non inepte. Ait enim juventutem addidisse verbis gestus ad imitationem Ludionis Etrusci. Idem dicit Liv. lib. VII. ita: 'Imitari deinde eos juventus simul inconditis inter se jocularia fundentes versibus cœpere; nec absoni a voce motus erant.' *Pigh.*

Rudi atque incomposito, &c.] Carminum Saturnio metro primum compositorum, quod ad Rhythmum solum vulgares componere consueverant, meminit Servius in illud Virgilii: 'Nec non Ausonii Troja gens missa coloni Versibus incomptis ludunt, risuque soluto.' Non multo plus artis habuerunt Fescennini, ipsi quoque temere compositi ac rudes: hæc nempe erant adhuc nascentis Romanæ poëseos primordia, et quæ vocari ab Aristotele αὐτοσχεδιάσματα, observavimus: ubi etiam de Fescenninorum origine, Horatii verba protulimus: 'Fescennina per hunc inventa licentia morem, Versibus alternis opprobria rustica fudit.' *Casaubon.*

Vetusto ex more Curetum] Curetes populi sunt Cretæ, qui hoc canendi saltandique genus primi invenisse dicuntur ad usum militiæ, sive ad cultum Deorum, sive magis ad fabulosam Jovis originem; nam hæc omnia Strabo lib. X. innuit circa medium, ubi de Curetibus diversas autorum sententias referens, dubiam eorum etymologiam his verbis esse ostendit: 'Quo fit, ut multifariam noscendi

nominis rationem et etymologiam Curetes habere facile copioseque videantur. Credibile est et armiferam illam saltationem ab eis prius introductam, qui circa comam atque stolam exercitati fuere, ut Curetes vocarentur: quod quidem negotium occasionem illis præbuisse crediderim, ut fortiores in re militari cæteris evaderent, et versatam inde armis vitam haberent.' Paulo inferius: 'Armisona,' inquit, 'saltatio militari de more, et Pyrrhicha dicitur, et Pyrrhichius ipse indicio est, qui repertor exercitii pro juvenibus, ad militarem peritiam fuisse perhibetur.' Apparet ergo ex his verbis, ad usum militiæ hoc saltationis genus fuisse repertum; sed alio loco dixerat, hac armorum agitatione in Deorum sacris usos fuisse, ubi 'Deorum ministros' illos nominat. 'Tales,' inquit, 'dæmones quosdam, Deorumve ministros Curetas faciunt.' Deinde subjungit: 'Quidam vero res Cretenses ac Phrygias edidere sacrificiis nonnullis implicatas, partim mysticis, partim aliquo pacto contentas tradidere, uti Jovis infantiam in Creta educati, matrisque Deorum cæremonias in Phrygia, et in Idæ Trojanæ locis celebrandas: quibus sane in sermonibus magna varietas est, cum alii eosdem esse Curetas, et Corybantes, et Caberos, et Idæos Dactylos, et Telchinas ostendant: alii cognatos inter se, et pusillas quasdam ipsorum differentias inter eos esse distinguant. In hoc autem universi tradunt, esse quosdam spiritibus afflatos, et Bacchicos, inque armorum agitatione tumultuosæ, et cum strepitu et fragore, cymbalisque, et tympanis, et armis, item etiam tibiis, vociferationibusque inter sacrificandum stupefacientes, inque ministrorum habitu publica modo quodam sacra factitantes.' Rursus ad fabulam Jovis alio loco referens, ait: 'Baccho autem adsunt Satyri, nos Curetas nominamus, adolescentes quosdam, armisonam quandam cum saltibus agilitatem edentes, præferentes quandam de Jovis origine fabulam,' &c. nam ipsam fabulam deinde narrat. Curetes autem fuisse non solum in Creta, sed in Eubœa, Ætolia, et Acarnania, idem auctor cum multis in locis, tum ibi potissimum ostendit, ubi ait: 'Itaque eodem insignitos nomine Curetas ipsos appellari, qui in Eubœa sunt, quique in Ætolia et in Acarnania.' Hinc est quod Lucanus dicit lib. IV. Curetas feroces populos in Dalmatia: 'Quos alit Adriaco tellus circumflua ponto.' Apud quos Marcus Antonius fuit a Pompeianis clausus cum maximo discrimine. *Oliver.*

Lydorumque] A quibus Thusci originem traxerunt. Nam Thusci dicti sunt Lydi, quum ex Lydia coloni venerunt in Thusciam, duce Tyrrheno, Atyos filio. Strabo lib. V. 'Tyrrhenos,' inquit, 'Romani Hetruscos appellant atque Thuscos. Græci vero hoc eos nomine nominarunt, a Tyrrheno Atyos filio, qui ex Lydia colonos hanc in regionem, sicuti traditur, dimisit: Atys enim ex prognatis Herculis et Omphales unus, cum sterilitate et fame populum emittere cogeretur, e duobus filiis, sorte jacta, Lydum quidem successorem tenuit: Tyrrheno autem majorem applicans populum, foras abire jussit. Hanc ille tandem ingressus terram, de suo nomine vocavit Tyrrheniam.' Lydos autem hoc genere saltationis usos, idem auctor multis in locis ostendit. *Oliv.*

Histrio] An verius legam, *Hister?* voce Hetrusca. Ita Livius: sed Plutarchus a quodam Histrio omnes Histriones dictos autumat. Festus et Isidorus Histrionis nomen ex Histria deducunt. Glossarium: *Histrio*, *παντόμιμος*. Pantomimus is, qui non tantum manibus, sed toto corpore gesticulatur. Unde Tertullianus lib. de Idololat. histriones ait non manibus

solis, sed totis membris victum elaborare. *Colerus.*

Satyrarum] Fescenninos excepit Satyra: ut tempore posterior, ita elaborata magis, et quod ad metrorum leges attinet, perfectum jam poëma. Livius lib. VII. de ludorum scenicorum institutione agens, 'Cæterum,' ait, 'parva hæc quoque, (ut ferme principia omnia,) et ea ipsa peregrina res fuit; sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu, ludiones ex Hetruria acciti, ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus more Thusco dabant: imitari deinde eos juventus simul, inconditis inter se jocularia fundentes versibus, cœpere: nec absoni a voce motus erant. Accepta itaque res, sæpiusque usurpando excitata, vernaculis artificibus, quia Hister Tusco verbo Indio vocabatur, nomen histrionibus indictum: qui non sicut ante Fescennino versui similem, compositum temere ac rudem alternis jaciebant: sed impletas modis Satyras descripto jam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant.' Hæc Livius ut anno U. C. CCCXC. Coss. C. Sulpitio Petico, C. Licinio Stolone: quando gravi pestilentia urbs laboravit. Sic ex illis jocularibus dictis, quæ fundi prius temere solebant in Romanorum solennibus, Satyra primum est orta. Satyra hæc carmen fuit, ridicula versibus intexta continens, quæ inter se more antiquo jactitabant, ut mox loquitur ipse Livius: quam fuerit hujusmodi Satyra diversa a Luciliana, dicere nihil attinet; res enim manifesta. A Satyrica vero Græcorum tantum differebat, quantum a cætera poësi distat dramatica: cujus ne nomen quidem norant tum Romani. *Casaubonus.*

Poëta Livius] Lucius Livius, cognomine Andronicus, Poëta Epicus habitus est: Romæ floruit post Urbem conditam annis paulo supra quadringentis, quæ res probis autoribus confirmatur. In Annalibus enim, quos habemus a Græcis; plerunque annorum supputatio falsa est, et historiæ veritas corrupta. Marcus Cicero, et alii veteres, Livium hunc referunt primum dedisse fabulas apud Latinos, eoque maxime tempore præstitisse, quo S.P.Q.R. pacem fecit cum Pœnis. Gellius autem scriptor nobilis, et in perscrutanda omni antiquitate diligens, de Livio Andronico ad hunc modum tradit, quo loco annorum historiam contexit: 'L. Livius Poëta,' inquit, 'fabulas primo in urbe Roma docere cœpit, Cor. Claudio, Appii Cæci filio, et Marco Tuditano Coss. post obitum Sophoclis et Euripidis annis plus fere centum et sexaginta.' Quod et M. Cicero, qui ad Brutum scribens, anno ante natum Ennium refert Livium dedisse fabulas. Porcius vero Licinius cum de poëtica loquitur, ejus studium dicit Romæ cœptum bello Punico secundo. Quod ex his versibus facile colligitur, quos Horatius Flaccus imitatur: 'Punico bello secundo Musa pennata gradu Intulit sese in bellicosam Romuli gentem feram.' Sed hæc satis hoc loco, ne forte videamur nimium detineri in his repetendis. Idem Livius domi ac foris primo docuit utraque lingua, ut Suetonius tradit, non sine magna commendatione sui nominis. Nam vetustissimi illi erant fere semi-Græci, et Græcas disciplinas, atque etiam Hetruscas pari studio discebant, quod ex veterum monumentis intelligitur. Laudatur Livius, et ejus carmen, cum ab aliis multis, tum hic a Val. Max. et T. Livio, qui copiose scribunt, quantum Romæ præstiterit editis carminibus: quæ ter novenæ virgines, data reste per manus, per Urbem euntes decantarunt, ad iram Deorum placandam. Prætereo de his fabulis referre, quas Livius dicitur a Satyris transtulisse, puerumque ad canendum instruxisse ante tibicinem. Præcipue vero com-

mendatus est ab antiquis Grammaticis Livius in Odyssea, in Romanis Annalibus. *P. Crinitus. Poëta Livius*] Quemadmodum apud Græcos usurpationem τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας, ut cum Philosopho loquamur, excepit in scena dramatice, post inventam a Thespide tragœdiam, ab Epicharmo et Cratete comœdiam: sic Satyram veterem secuta est fabularum compositio: quarum auctor primus apud Romanos Andronicus, homo et Græcus, et Græcis literis excultus: qui postea ab hero M. Livio Salinatore, cujus liberos erudiebat, manumissus, Livius Andronicus est dictus. De hoc idem princeps historiæ Romanæ: 'Livius post aliquot annos ab Satyris ausus est primus argumento fabulam serere.' Atque ita nullum dubium, quin universam dramaticen Græcis acceptam ferre debuerint Romani: quod enim in Sicilia Epicharmus, Athenis Thespis et Crates, id Romæ fuit unus Andronicus, qui primus Latinis et tragœdiæ et comœdiæ componendæ præbuit exemplum. Satis constat, primam Livium docuisse fabulam C. Clodio Cæci F. et M. Tuditano Coss. anno post Romam conditam, ut ex Attico suo scribit M. Tullius, quartodecimo et quingentesimo. Unde potest intelligi quam lente Romanorum studia ad poëticen excolendam sint traducta. *Casaub.*

Revocatus] Cum finierat, adeo populo placebat, ut sæpius ad principium revocaretur agendi. Sed cum raucam vocem fecisset, puerum accivit qui caneret voce, et alterum qui tibia; ipse vero motus et cantus agere cœpit motu corporis.

Attellani autem] Attellani erant ludiones, qui ideo sunt acciti ab Attellis, quia peritiores erant quam Romani. Attellæ civitas est Campanorum, quorum luxuria in ejusmodi ludis nimia erat, et ideo apud Campanos inhonestissimi erant, sed a Romanis deinde magna severitate correcti. *Oliver. Attellani*] Livius docet clare, ubi postquam de fabulis Andronici dixisset, et partito officio inter puerum ac tibicinem cantantes, et histrionem, qui Poëtæ successit, canticum agentem, hoc est, ut exponit Valerius Maximus, gesticulationem peragentem, subjicit hæc: 'Postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto joco res avocabatur, et ludus paulatim in artem verterat, juventus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare cœpit: quæ inde Exodia postea appellata, confertaque fabellis potissimum Atellanis sunt.' Appellatione versuum Satyram, cujus paullo ante meminerat, intellexisse heic Livium, nequit ambigi: quamobrem ad honestatem veteris Satyræ referri debet, quod de privilegio actoribus Atellanarum concesso subjicit. Satyram, quæ Atellanis conjuncta, nuncupat Valerius Italicam severitatem: ex quo apparet, totum istud poëmatis genus jocis et ridiculis dictis abundasse potius, quam impuris atque obscœnis. Idem alibi de Satyrica Græcorum observabamus; ac videtur ea non postrema fuisse caussa, cur nonnulli e veteribus criticis cum Atellanis fabulis Satyricas compararint: de quo plura alibi. Fuit et alia caussa, quam potissimum dubio procul iidem spectarunt; nam ut Satyricæ tragicis dramatis adjectæ sunt a Græcis ad temperandam tragœdiæ mœstitiam: sic Satyras, sive exodia, simillimam ob caussam post tragœdias produci solitas, memoriæ quidam prodiderunt. Scholiastes antiquus Juvenalis: 'Exodiarius apud veteres in fine ludorum intrabat, quod ridiculus foret: ut quicquid lacrymarum atque tristitiæ coëgissent ex tragicis affectibus, hujus spectaculi risus detergeret.' Exodiarium vocat poëtam Atellanarum: nam etsi Atellanas hic Grammaticus non nominat: de illis tamen potissi-

mum, quæ scribit, debent accipi: quum non aliis fere fabulis quam Atellanis, adjungi solita fuisse Exodia, et superiora verba Livii doceant, et testimonia veterum: qui Exodia propria faciunt id genus fabularum. Suetonius libro III. capite 45. 'Unde mora (ita scribendum esse, non *nota;* alibi docemus:) in Atellanico exodio proximis ludis assensu maximo excepta, percrebruit: Hircum vetulum capris naturam ligurrire.' Juvenalis Sat. VI. 'Urbicus exodio risum movet Atellanæ Gestibus Antonoës.' Apud Grammaticos, quando Q. Novius, aut Afranius, aut L. Pomponius, aut alii in Exodio laudantur, de fabulis Atellanis, ut arbitror, semper accipiendum. Apud Suetonium in Galba Atellanum canticum de Exodio interpretor; non enim aliud in Atellana canticum, nisi Exodium; quod ita dictum, vel quia singulorum diverbiorum fini subjiciebatur, vel quia extremæ fabulæ semel: sic inter chorica mele Græcorum dramatum, quod ab introëuntibus in scenam cantabatur, εἰσόδιον dicebant: quod ab exeuntibus ἐξόδιον· auctores Pollux et comici interpretes. Etsi autem dubitari non potest ex Livii verbis, Exodia Atellanarum ex antiqua Satyra fuisse primum nata, utut postea nomen fuerit mutatum: servatum tamen etiam a posteris eandem poëseos formam ac modum, neque exemplis ullis potest probari, neque ullius antiquorum testimoniis evinci. *Casaubonus.*

Tribu movetur] Cæteroquin qui artis ludicræ, pronunciandive causa, in scenam prodirent, infamia notabantur, ut est in edicto Prætoris l. I. ff. de His qui notantur infam. Livius: 'Eo institutum manet, ut actores Atellanarum nec tribu moveantur, et stipendia tanquam expertes artis ludicræ faciant.'

§ 5 *Secularibus*] De temporum intervallis, quibus isti ludi referrentur, fides in ambiguo est. Siquidem in carmine seculari Horatii quidem 'undenos decies annos' legunt, quod et commentarii Quindecimvirorum, et divi Augusti edicta, et ipsius denique Sibyllæ, quod adhuc exstat, oraculum confirmaverint. Contra vero centesimum redire post annum, tam Valerius Antias, quam T. Livius, et item M. Varro testari perhibentur. Itaque seculares dictos autumo, quod plerumque semel hominis ætate fierent, ut multa alia, quæ rara sunt, post seculum evenire, loquentium consuetudo usurpat. Instituti autem post exactos reges a P. Valerio Publicola, qui primus consul fuit, existimantur. *Politianus.*

Cujus generis minus certa notitia est] Imo vero secularium ludorum (de iis loquitur) origo certa, melinsque omnino libri prisci, *minus trita.* Satis firma quidem certaque traditio, at non adæque vulgata. *Lipsius.*

Urbs agrique vastarentur] Vulgo, *Urbs antiqua, &c.* Bene Glareanus, *Urbs atque agri*, correxit. Mss. libri omnes fere legunt: *Urbs agrique vastarentur.* Non male. *Pigh.*

Vastarentur] Vasti et vacui cultoribus fierent ingenti pestilentia.

Lares familiares] Lares focis præerant: 'Lar' autem sive 'Lars' est Hetrusca vox, et Principem denotat. Ausonius: 'Tertia opima dedit spoliatus Aremoricus Lars.' Quia autem antiquissimis temporibus in ædibus defuncti sepeliebantur, hinc et pro Diis familiaribus culti. Hinc et Latrones, Larunes, Arunes, et in pejorem postmodum partem latrones. Vide Gesner. Mithridat.

Ditis Patris] Qui et Jupiter Stygius Virgilio. Unus quippe Deus sanioribus Ethnicis credebatur, et pro ratione officiorum varia unius Dei erant cognomina. Autor Servius.

Proserpinæ] Vide supra lib. I. cap. 1. Ext. § 3.

Petita calda] Vulgo: *petita aqua*

calida, quam illi desiderarent, recreasset. In Camp. rectissime: *petita calda recreasset.* Reliqua omittuntur, et videntur e schol. marginalibus inserta ab imperito quopiam; nam in aliis Mss. æque non habentur, sed in his pro, *calda*, supponitur, *aqua;* quæ interpretatio vocabuli vetusti, se insinuavit textui Valeriano. Nobis antiquam atque elegantem illam dictionem Valerio reddere visum est, qua item utuntur veteres auctores frequenter. Ut Martialis: 'Frigida non deerit, non deerit calda petenti.' Oraculi ejusdem verba sic leguntur apud Zosimum Histor. lib. II. *Ἀπάγειν εἰς Τάραντα ἐγκελευομένης τὰ τέκνα, κἀκεῖσε θερμήναντα τοῦ Τιβέρεως ὕδωρ ἐπὶ τῆς Ἅδου καὶ Περσεφόνης ἐσχάρας, τοῖς παισὶ δοῦναι πιεῖν.* *Pighius.*

Propter vicum Sabinæ regionis Eretum] In Atreb. correcte. Vulgo: *prope vicum Sabinæ regionis Eretum.* Sic Ovidius: 'Propter humum volitant.' Et Terentius Adelphis: 'Hic propter hunc assiste.' Ereti meminit Virgilius Æneid. VII. Stephano Ἤρετως dicitur, Dionysio et Straboni Eretum. *Pighius.*

Eretum] Male in libro Dan. *Fretum* scribitur. Servius: 'Eretum oppidum est dictum a Junone, id est, Ἥρας, quæ illic colitur.' *Colerus.*

Lintre] Fluviali nave. *Linter* enim genus est naviculæ brevis, fluminibus trajiciendis aptæ. Virgilius: 'Cavat arbore lintres.'

Ostium] Ostia haud procul est ab Urbe, utpote octo millibus passuum, defluit Tyberis in mare.

Nocte concubia] Vide supra ad lib. I. cap. 5. Exempl. 4.

Martium campum] Qui tunc extra urbem fuit: sicut ostendit Livius. Dicit enim: Tarquiniorum ager, qui inter urbem et Tyberim fuit consecratus Marti, Martius deinde campus fuit, &c.

Terentum] Hoc etiam ostendit Servius. Dicit enim partem aliquam Tyberis in urbe appellari Terentum: quod Ovidius quoque testatur in lib. Fastor. ubi inquit: 'Jamque ratem monitu doctæ Carmentis ad arcem Egerat, et Thuscis obvius ibat aquis. Fluminis illa latus, cui sunt vada juncta Terenti, Aspicit, et sparsas per loca sola casas.' *Oliver.*

Terentum] Lib. Dan. *Tarentum.* Male item. Terentum Ovidius vocat, et Martialis libro X. 'Bis mea Romano spectata est vita Terento.' Eidem Terentos lib. I. 'Cœpit, Maxime, Pana quæ solebat Nunc ostendere Canium Terentos.' Lib. IV. Epigr. 1. 'Et quæ Romuleus sacra Terentus habet.' Ausonius: 'Trina Terentino celebrata trinoctia ludo.' Errat igitur vir magnus Ludovicus Vives, idemque doctissimus et eloquentissimus Hispanorum, qui civitatem *Tarentum* pro *Terento* illo in campo Martio accipit, tersissimis illis commentariis ad Augustinum de Civ. Dei. Festus: 'Terentus locus in campo Martio,' &c. *Coler.*

Solo magis fumante] Locus ille fumabat, nec tamen ulla signa apparebant exhalantis ignis.

Levibus, &c. nutrimentis] Id est, fortis ignis.

Emovit] Id est, elicuit pertinaci spiritu, id est, continuo flatu, flammam.

Vidisse se in somniis, quos nescio Deorum] Libri duo e meis: *in somniis a nescio quo Deorum:* statimque *prætergi, et præcipi.* Recte, ut opinor; certe ad Zosimi mentem, qui lib. II. unum aliquem magnum virum et divinam formam præferentem apparuisse vult, non, ut vulgata Valeriana lectio suadet, plures. *Lipsius.*

Furvæ hostiæ] Nigræ. Antiqui superis immolabant alba animalia, inferis vero nigra. Virgilius Æn. VI. 'Duc nigras pecudes, ea prima piacula sunto.'

Lectisternia] Quia tribus continuis noctibus ea sacrificia fiebant. Dice-

bantur autem lectisternia a struendis lectis, quibus Deorum simulacra superimponebantur: ergo lectisternia, quibus se sternentes tota nocte vigilabant.

Ad solidum] Id est, profundum, ubi solidum solet esse ædificiorum fundamentum.

Ad xx. pedum altitudinem] Alta hæc fossio: verius fuerit, *denum pedum*. Lipsius.

Altitutinem] Scil. profunditatem; nam altitudo tam de fastigio, quam de profundo dicitur. Unde 'cœlumque profundum' dixere Poëtæ, et 'altum mare:' nam 'altum' et superiorem et inferiorem altitudinem significat, teste Servio, quia mensuræ nomen est altitudo: sicut etiam fastigium dicimus plerumque profunditatem. Virgilius: 'Forsitan et scrobibus quæ sint fastigia quæras.' *Oliver*.

Quia totidem filii] Lib. Colmariensis: *totidem liberi*. Rectius, meo animo. Fuerunt enim duo filii et una filia. *Colerus*.

Cujus exemplum] Valesius ludos et solennia secularia fecit liberorum causa. At Valerius Publicola liberandæ civitatis gratia, quæ peste graviter corrupta fuerat. Hic fuit Valerius ille, qui exactis regibus primus in urbe consulatum gessit cum Junio Bruto. Nam Collatinus Lucretiæ conjunx, cum Bruto creatus, ob nomen et genus regium coactus est abdicare se magistratu, et urbe excedere, quoniam de gente Tarquinia foret: hic illi deinde successit. *Oliver*.

Valerius Poplicola] Contigit A. U. CCXLIX.

Publice nuncupatis votis] Solebant veteres vota jam suscepta scriptis subsignatisque tabulis confirmare, atque ipsas sæpe tabulas Deorum, quibus voverant, genibus cera affigere. Juvenalis Satyra x. 'Ergo supervacua, aut perniciosa petuntur, Propter quæ fas est genua incerare Deorum.' Plinius Epistola ad Trajanum: 'Solennia vota pro incolumitate tua, qua publica salus continetur, et suscipimus, Domine, et solvimus, precati Deos, ut velint ea semper solvi, semperque signari.' Adde tot veterum numismatum inscriptiones, VOTA PVBLICA, VOTA SVSCEPTA, VOTA SOLVTA. *Torrent*.

§ 6 *Religionem ludorum crescentibus opibus secuta lautitia est*] Quamvis nulli accedant manuscriptorum librorum calculi, pro *lætitia* tamen repono *lautitia*: vim namque dictionis non intellexerunt scioli, qui illam mutarunt. Non enim solummodo *lautitia* est in epulis, verum etiam in omni cultu atque apparatu vitæ, quam Græci πολυτέλειαν appellant. Sic Q. Hortensius orator apud Nonium: 'Quæcunque sit lautitia, cui victum elegantem magnifice, neque minus quam deceret, colore institnissent.' Sic *lautos* vocat Verris comites Cicero Actione II. hoc est, splendidos ac sumptuosos. Appositissime igitur Valerius noster *lautitiam* dicit *ludorum*; narrare volens breviter ac succincte, quinam Romanorum ludis suis solito majores sumptus, profusioremque magnificentiam adjecerint. Nec aliter ipse postea, ubi de Spartanis lege Lycurgi ab Asia exulantibus. Audierat enim lautitiam inde, et immodicos sumptus, et omnia non necessariæ voluptatis genera fluxisse. Atqui Valerio familiare est vocabulum *lautitia*, item *lautus*. Pigh. Contigit varia Spectaculorum luxuria A. U. DCLXXV. DCLXXXVIII. DCLIV. DCLXXXIV. DCLXXIV. DCXC. CCCCXCV.

Q. Catulus] Plinius lib. XV. 'Primus omnium Catulus linteis in theatro umbram fecit, et byssina vela primus in theatrum duxit.'

Campanam imitatus luxuriam] Quia et ipsi Campani omnium rerum opulentia abundantes ejusmodi apparatibus utebantur.

Consessum] Multitudinem simul sedentium.

Velorum umbraculis] Hoc opus Q. Catuli, cum Capitolium dedicaret, ut scribit Plinius. Servius: 'Scena ἀπὸ τῆς σκιᾶς· apud antiquos enim theatri scena parietem non habebat; sed de frondibus umbracula quærebant.' *Colerus.*

Cneius Pompeius] Noto de hoc Pompeio, quia scriptum alibi haud facile reperias. Hinc etiam Circi irrigatio, de qua Frontinus. *Idem.*

Aquæ, &c. decursu] Aquam rivulis deduxit per theatrum.

Claudius Pulcher scenam varietate] In Atrebatensi, Gemblacensi, et Susiano, *Cl. Pulcher;* in Campensi Cod. *Pulcher.* Recte. Patruus enim fuit P. Clodii, de cujus ornatissima ædilitate vide, quæ nos in magistratuum Annalibus. Et sane duo fuerunt fratres Claudii Pulchri, ludorum magnificentia ambo celebres, quorum meminit Cicero Offic. II. et de Arusp. Respons. *Pighius.*

Vacuis ante] Præfero scripturam lib. Daniel. *vacuis ante picturum tabulis extentis,* id est, vacuis pictura tabulis extentis. *Colerus.*

Auro Petreius] Alexander ab Alexandro lib. XV. cap. 16. hunc locum Valerii describens, legit, *auro Trebonius.* Vetus commentator Valerii annotavit in vett. exemplaribus scriptum fuisse, *P. Cethegus;* et in altero, *P. Reteius.* Mihi placet vulgata lectio. De Antonio Cicero pro Muræna. *Coler.*

Prætexuit] Id est, incrustavit.

Versatilem fecerunt] Duplex erat scena. Versatilis, cum tota machinis quibusdam subito vertebatur, et aliam atque aliam picturæ speciem ostendebat. Ductilis, cum hac atque illac ducta et jacta rota omnis pictura nudabatur interior, et sicut Servius ait in Virg. Georg. III. exponens carmen illud, 'Vel scena ut versis discedat frontibus, utque Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.'

Versatilem fecerunt] Contaminatissimus est locus hic, atque fœde puerilibus interpretamentis conspurcatus, quem nemo tamen quod sciam hactenus emendavit. Nos manuscriptorum librorum auxilio veram lectionem reperisse videmur. In Campensi autem et Gemblacensi legitur: *Versutilem fecerunt Lucani argentatis choragiis, &c.* Cætera omnia quæ in vulgatis habentur in supposititia credenda, atroque stylo conficienda sunt, neque enim in ullis manuscriptis extant. Nam in Wincheliano, Pulmanniano, et Cauchiano sic legitur. *Versatilem fecerunt lucum argentatis, &c.* At in Atrebatensi; *Versatilem fecerunt Lucani, argentatis, &c.* Susianus autem liber hoc nomen velut vitiosum ac incognitum præterit. Ex his colligo restituendum atque legendum esse: *Versatilem fecerunt Luculli, argentatis choragiis P. Lentulus Spinther adornuvit.* Constat enim L. et M. Lucullos fratres simul ædiles fuisse, ludosque magnificentissimos dedisse, ut in annalibus nostris demonstravi latius. Versatiles scenas duas postea fecit C. Curio filius, quas graphice describit Plinius lib. XXXVI. cap. 15. *Pighius.*

Argentutis choragiis] Plinius ait Lentulum carbasina in theatro vela duxisse ludis Apollinaribus. *Coler.*

Choragiis] Choragia dicuntur instrumenta scenarum. Χορήγια, id est, apparatus a multitudine mimorum.

Lentulus Spinther] Qui mimo sibi persimili in suo consulatu viventi cognominatus est. Fuit autem tempore Ciceronis, ut videre possumus in Epistolis ad Atticum.

Translatum antea Pœniceis indutum tunicis] In Manuscriptis, *Punicis.* In Atrebatensi, *Peniceis.* Antique, velut in triumphalibus Romanis: NAVALEM. EGIT. DE. SICVLIS. ET. CLASSE. POENICA. Et Lucretius II. 'Purpura Pœniceusque color.' Translatam ap-

pellare videtur Valerius Ludionum infimam ac vulgarem illam turbam, quæ sæpius per scenam hinc inde transferebantur pro Ludorum occasione. Hinc translatitia, vel translativa dicuntur quæcumque vulgaria, plebeia, ac vilia: ἐγκύκλια καὶ ἀγόραια Græcis, nempe *circumforanea*, vel, ut ita dicam, *circulatoria*. In qua significatione translativa officia vulgaria appellat Plinius in Epistolis, et Cicero Verrina II. translatitium edictum; quippe non novum, sed aliunde translatum, ut auctor Pædianus. *Pighius.*

Translatum] Pighius exponit Ludionum infimam et vulgarem illam turbam. Lipsius legit, *Translaticium*, id est, receptum et crebrum, cui pæne adsentior. Hinc Phædro, fabularum Æsopicarum interpreti, lucem facio, lib. v. Fab. 7. 'Aulæo misso, devolutis tonitribus, Di sunt locuti more translatitio.' More translatitio, id est, more in Fabulis seu Comœdiis recepto. *Coler.*

M. Scaurus] Plurimum hic ad scenæ ornatum contulit. Hinc titulus Varronianus, De Scenicis Originibus, sive Scaurus, quem librum citat Servius ad Æneid. I. *Coler.*

§ 7 *Gladiatorium munus*] Origo Gladiatorum a re funebri: exemplum ab Hetruscis. At fortasse Hetrusci ipsi a Græcis. Undecunque exemplum, causa tamen et origo Funus. Nam quoniam olim animas defunctorum humano sanguine propitiari creditum erat, captivos vel alto ingenio servos mercati in exsequiis immolabant. Postea placuit impietatem voluptate adumbrare: itaque quos paraverant, armis quibus tunc et qualiter poterant eruditos, mox edicto die feriarum, apud tumulos erogabant. Hæc muneris origo. Atque Gladiatores illi a busti cineribus *Bustuarii* dicti. *Lipsius.*

Gladiatorium munus] Vulgo, *gladiatorum*, quod *gladiatorium* Livio aliisque dicitur; non enim gladiatorum munus illud erat, sed ejus qui gladiatores pugnantes populo exhibebat. *Pigh.*

In foro Boario] Vide supra lib. I. cap. 6. § 5.

M. et D. Bruti] Florus tantum 'Decium' nominat, in Epitome: 'Decius Junius Brutus in honorem defuncti patris munus gladiatorium edidit primus.' *Colerus.*

M. et Decius filii Bruti] Malo ex V. C. *M. et D. Junii Bruti;* atque is modus scribendi antiquus. Quo loco et prænomen consulis Fulvii est corrigendum, sicut in Annalibus docui. *Pighius.*

Athletarum] Athletæ sunt, qui lacertis et brachiis inter se luctantur. Vide Mercurialem de Arte Gymnastica.

CAP. V. § 1 *Statuam auratam*] Nam M. Acilius in honorem patris sui Glabrionis statuam erexit, qui Antiochum regem Philippo juvante ex Asia pepulit; idem etiam Ætolos vicit, et ad honorem victoriarum, quas prosecutus erat, nunc pellendo ex Asia Antiochum, nunc Ætolos subigendo, statuam erexit: nec enim aureæ unquam statuæ erectæ fuerant his, qui rem bene gessissent. *Oliver.*

Æde Pietatis] Nunc S. Salvatoris de Pietate. Julius Obsequens ponit in Circo Flaminio, Victor in foro holitorio, Plinius eo loco, ubi postea theatrum Marcelli fuit. Unius loci varia designatio, ab adjacentium locorum vicinitate sumpta. Aliquando eodem in loco carcer plebis fuit, in quo cum filia matrem vinctam suis uberibus alnisset, impunitas illi concessa, et locus Pietatis numini dicatus est. *G. Fabritius.*

M. Bæbio] Contigit A. U. DLXII.

Ipse dedicavit, quia pater compos voti] Hic denuo plagam inflixit Valerio librariorum ignorantia, quam ex Livio, atque Campensis exemplaris scholiolis ita sanandam arbitror: *ipse dedicavit, quia pater compos voti factus.* Sic enim Livius: 'Quæ pri-

ma omnium in Italia est statua aurata, patri Glabrioni posuit. Is erat, qui eam voverat, quo die cum rege Antiocho ad Thermopylas pugnasset.' *Pighius.*

Apud Thermopylas] Thermopylæ sunt angustiæ quædam Œtæ, ut vult Strabo lib. IX. in descriptione montis Œtæ, quæ Græciam eo pacto dividit, quo Apenninus Italiam. Dicit enim: 'Hi vero Œtam montem possidebant: mons ipse ab oriente ac Thermopylis in occidentem usque sinum Ambracium se extendit, quodam etiam modo per lineas rectas mons iste montanam scindit regionem, a Parnasso usque ad Pindum, Barbarosque superjacentes. Istius pars una vergens in Thermopylas Œta vocatur, longitudinis ad stadia CC. asperitatis et celsitudinis non mediocris. Longe autem excellentissimus ad Thermopylarum tractum; ibi ei cacumen attollitur, et in rupes acutas, præruptas, præcipitesque finitur; parvum et angustum viatoribus a littore Locros petentibus, et ex Thessalia derelinquit transitum: pylas, id est, portas, et angustias vocitant atque Thermopylas. Sunt enim ibi prope thermæ, id est, calidæ aquæ magno in honore, ut Herculi consecratæ.' Livius vero lib. V. de Bello Macedonico dicit montem esse longissimum, qui mediam ita Græciam dividit, sicut Apenninus suo dorso scindit Italiam.

§ 2 *Jus civile*] Hoc etiam Livius narrat ab urbe condita lib. IX. dicens: 'Cn. Flavius jus civile in penetralibus repositum vulgavit, Fastos in albo posuit, ut quando cum populo agi liceret, sciri posset.' Gellius ex Pisonis Annalibus: 'Cn. inquit, Flavius, patre libertino natus, scriptum faciebat; isque eo tempore ædili curuli apparebat, quo tempore ædiles surrogabantur, eumque pro tribu ædilem curulem renunciarunt: at ædilis, qui comitia habebat, negat accipere, neque sibi placere, qui scriptum faceret eum ædilem fieri. Cn. Flavius Annii filius dicitur tabulas posuisse; scriptu sese abdicasse: isque ædilis curulis factus est. Idem Cn. Flavius Annii filius dicitur ad collegam venisse visere ægrotum; et, in conclave postquam introivit, adolescentes ibi complures nobiles sedebant, contemnentes eum: assurgere ei nemo voluit. Cn. Flavius Annii filius id arrisisse dicitur, sellamque curulem jussit sibi afferri, eam in limine apposuit, ne quis illorum exire posset, utique ii omnes inviti viderent sese in sella curuli sedentem.' *Oliver.*

Cn. Flavius, &c.] Ita JC. L. II. de Orig. Jur. § 6. Omnium tamen harum et interpretandi scientia et Actiones apud Collegium Pontificum erant: ex quibus constituebantur, quis quoque anno præesset privatus: et populus prope centum annis hac consuetudine usus est. Postea cum Appius Claudius proposuisset, et ad formam redigisset has Actiones, Cn. Flavius scriba ejus, libertini filius, subreptum librum populo tradidit; et adeo gratum fuit id munus populo, ut Tribunus plebis fieret, et Senator, et Ædilis curulis.

Et scriba] An Ædilitius? fortassis; nam et Ædiles suos scribas æque ac Prætores et Consules habebant. Piso in Annalibus Cn. Flavium Annii filium, eumque ait, scriptum fecisse phrasi antiquaria. Scribam Lucillius 'Scriptuarium' appellat apud Nonium, si bene memini. *Coler.*

Fastos] Fasti libri erant, in quibus continebantur dies quibus cum populo agi liceret, et quibus non liceret: sed a potiori denominati sunt, scilicet a fando; nam dies quibus cum populo fari licebat, fasti; quibus vero non, nefasti. Cicero pro Muræna: 'Fastos,' inquit, 'vulgus non habebat: erant in magna potentia, qui consulebantur, a quibus etiam dies tanquam a Chaldæis petebantur:

inventus est scriba Cneus Flavius, qui cornicum oculos confixerit, et singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit.' Plinius lib. XXXIII. 'Frequentior autem usus annulorum non ante Cneum Flavium deprehenditur. Hic namque publicatis diebus fastis, quos populus a paucis principum quotidie petebat, tantam gratiam plebis adeptus est; alioqui libertino patre genitus, et ipse Appii Cæci scriba, cujus hortatu exceperat eos dies consultando assidue sagaci ingenio, promulgaveratque; ut Ædilis curulis crearetur cum Q. Anitio Prænestino, qui paucis ante diebus hostis fuerat, præteritis C. Petilio et Domitio, quorum patres Consules fuerant. Additum Flavio, ut simul tribunus plebis esset, quo facto tanta Senatus indignatione exarsit, ut annulos ab eo abjectos fuisse, in antiquissimis reperiatur annalibus.' *Oliver.*

Sellam curulem] Sella curulis appellatur vel a Curibus civitate Sabinorum, unde hoc genus tractum est a Romanis, sicut et toga prætexta; vel quia sellæ illi rotæ subjectæ essent, ut in quamcumque partem civitatis vehi et impelli posset. Nam quia jurisdictionem habebant, et civitas magna erat, ideo multis in locis jura dare cogebantur. *Idem.*

§ 3 *Veneficii*] Livius quoque lib. VIII. 'Cum primores,' inquit, 'civitatis similibus morbis eodem ferme omnes eventu morerentur, anicilla quædam ad Q. Fabium Maximum Ædilem curulem indicaturam se causam publicæ pestis professa est, si ab eo sibi fides data esset, haud futurum noxæ indicium. Fabius confestim rem ad Consules, Consules ad Senatum referunt; consensuque ordinis fides indici data. Tum patefactum est, muliebri fraude urbem premi, mulieresque ea venena coquere; et si se sequi extemplo velint, manifesto deprehendi posse. Secuti indicem, et coquentes quasdam medicamenta et recondita alia invenerunt. Quibus in forum delatis, et viginti matronis, apud quas deprehensa erant, per viatorem accitis, duæ ex eis Cornelia ac Servilia patritiæ utraque gentis, cum ea medicamenta salubria esse contenderent, ab confutante indice bibere jussæ, ut se falsum commentam arguerent; spatio ad colloquendum sumpto, quum summoto populo in conspectu omnium rem ad cæteras retulissent, haud abnuentibus et illis bibere, epoto medicamento, suamet ipsæ fraude omnes interierunt. Comprehensæ extemplo erant comites, magnum numerum matronarum indicarunt: ex quibus ad centum septuaginta damnatæ; neque de Veneficiis ante eam diem Romæ quæsitum est.' *Oliver.*

Pars capitali] Centum et septuaginta fuerunt capitali supplicio affectæ propter admissum scelus, et hæ potissimum fuere pauperes; aliarum vero pœna permissa fuit earum maritis, propter infamiam et dedecus. *Oliver.*

Centum septuaginta] Orosius ampliorem numerum colligit, nimirum 380. hic quidem duplo major. Augustin. de Civ. Dei lib. III. cap. 17. super fidem multas fuisse scribit. *Colerus.*

§ 4 *Tibicinum quoque collegium*] Livius: 'Tibicines,' inquit, 'quia prohibiti a proximis censoribus erant in æde Jovis vesci, quod traditum antiquitus erat, ægre passi, Tybur uno agmine abierunt, adeo ut nemo in urbe esset, qui sacrificiis præcineret. Ejus rei religio tenuit Senatum, legatos Tybur miserunt, ut darent operam, ut hi homines Romanis restituerentur. Tyburtini benigne polliciti primum accitos eos in curiam, hortati sunt, ut reverterentur Romam. Postquam impelli nequibant, consilio haud abhorrente ab ingeniis hominum eos aggredinutur: die festo, alii alios per

speciem celebrandarum cantu epularum causa invitant, et vino, cujus avidum ferme hoc genus est, oneratos sopiunt: atque ita in plaustra somno vinctos conjiciunt ac Romam deportant: nec prius sensere, quam plaustris in foro relictis, plenos crapulæ eos lux oppressit. Tunc concursus populi factus est, impetratoque ut manerent, datum ut triduum quotannis ornati cum cantu, atque hac quæ minime solennis est licentia, per urbem veherentur: restitutumque in æde vescendi jus iis, qui sacris præcinerent.' De tibicine Ovid. Fast. VI. 'Cur vagus incedit tota tibicen in Urbe? Quid sibi personæ, quid toga longa volunt?' *Oliver.*

Privatasque ferias] Præter publicas ferias, erant quoque privatæ feriæ singularum familiarum. Publicæ autem aut erant statæ, quæ stato tempore redibant; Conceptivæ, quæ quotannis a Magistratibus vel Sacerdotibus concipiebantur, in dies vel certos vel etiam incertos; Imperativæ, quæ pro re nata indicebantur, denique nundinæ, cum mercis causa conveniebant. Vide Macrobium lib. I. cap. 16. Vide Ovid. et ad eum locum Neapolis commentaria.

Tibur] Civitas in Sabinis Stephano, decimo sexto ab Urbe lapide.

Honos pristinus] Ut nimirum tibicines iterum in æde Jovis vescerentur.

§ 5 *Prandere*] Hinc apparet etiam prandia antiquis in usu fuisse.

Mola] Ovidius de Fastis hoc idem ostendit, dicens: 'Ante Deos homini quod conciliare valebat, Far erat, et puri lucida mica salis.'

Mola, quæ vocabatur] Editio Veneta, *quæ vocatur:* melius; nam et Valerii ævo mola dicebatur. Glossarium: *Molæ salsæ, κριθαὶ πεφρυγμέναι.*

Farre] Adorcum juxta Plinium veteres appellavere. Differt ab Halica. Far enim antiquissimis temporibus in usu, Halica recentioris usus, ut testantur Plin. lib. XXII. c. 25. Idem ostendit Galen. lib. II. de Compos. Medic. Aëtius, alii.

Et pullis] Nam in cavea pulli servabantur: et quum bellum cum hostibus committere vellent, primum auspicia capiebant objecta pulte, quam si sumpsissent, ut pars humum caderet, bonum erat auspicium; si respnissent, Diis non placere dicebant id bellum suscipi. *Oliver.*

Libamentis] Libare proprie est partem et primitias Diis fundere. Λείβειν Græce, Latine significat *fundere.* Quia primam partem libantes in ignem quasi primitias fundentes se Diis sacrificare dicebant. *Oliver.*

§ 6 *Febrem*] Ædificia multa habuit Palatinus mons, quorum ne ruinas quidem per vineta, quæ ibi consita sunt, discernere licet: in eo fanum Febris situm fuisse, constat ex Val. Max. et ex Cicerone: 'Illud,' inquit, 'profecto confiteamini, longe aliter rem se habere atque hominum opinio sit; eos enim qui Dii appellantur, rerum naturas esse, non figuras Deorum. Qui tantus error fuit, ut perniciosis etiam rebus non nomen tantum Deorum tribueretur, sed etiam sacra constituerentur. Febris enim fanum in Palatio videmus.' Et Plin. 'Ideoque etiam Febri fanum in Palatio dicatum est.' Aram quoque ejusdem Febris, ædemque Larum, et Curiam Saliorum, in qua cum flagrasset, inventus est lituus Romuli illæsus, in Palatio fuisse, idem Cicero testatur. *Marlianus.*

Area Marianorum monumentorum] Trophæa Marii Cimbrico bello parta, quæ a Sylla disjecta, et a Cæsare Dictatore instaurata esse commemorat Suetonius, a dextra viæ Prænestinæ, propeque D. Juliani ædem extant. Quæ tametsi mutilata, tamen horum in altero thoracem cum clypeis, juvenisque captivi simulacrum brachiis post tergum revinctis, in altero vero varia belli instrumenta

adhuc cernuntur. *Marl.*

Æstus] Corporis et animi.

Cap. vi. § 1 *Spartana civitas*] Adeo Spartani luxuriæ contemptores et laboris patientes fuere, ut etiam virginibus eorum, teste Cicerone lib. ii. Tusc. Quæst. magis palæstræ pulvis, venaticus labor, et militia in studiis fuerit, quam fertilitas filiorum.

Lycurgi] Optimæ et cordatæ fuere illius leges, adeo ut tota Resp. Lacedæmoniorum virtutis exemplar fuerit. Nullæ divitiæ, nisi in quantum natura desiderabat, apud illos in pretio fuerunt, avaritia multorum malorum mater exscindebatur. Usus auri et argenti, qui pessimas ut plurimum artes mortales docuit, lege vetitus. Viles nummi ferrei, quantum utilitas postulabat, cusi sunt. Ita luxuria, omnisque avaritia, et opum et auri furiosa cupido ejecta est Reip. Bene erat iis quibus Deus obtulerat parca quod satis est manu. Plerasque Resp. nimis secunda fortuna, nimiæ divitiæ pessum dedere. Inde cunctæ fere scelerum causæ, inde mollities animum enervavit, præcipiti via in singula fere vitia transcursum, eversa militaris disciplina, leges conculcatæ. Tanta continentia Laconum Respub. octingentos annos stetit. Vide Xenophontem de Rep. Lacedæmon. et Thysii memorabilia, ubi de Republica Lacedæmoniorum agit.

Aliquandiu] Per quingentos annos et amplius se ab Asia abstinuerunt, continenter viventes legibus nunquam mutatis. Cic. in Orat. pro L. Flacco: ‘Lacedæmonii,’ inquit, ‘soli toto orbe terrarum septingentos annos et amplius suis moribus et nunquam mutatis legibus vixerunt.’ *Oliver.*

Ionas] Herodotus lib. viii. Plutarchus in Themist. Ortos autem Ionas ab Atheniensibus, notum ex Herodoto lib. i. et aliis. Iones autem non ab Ione, Xuti filio, sed a Javan nomen accepere: unde et ‘Iaones’ Homero.

Unguenti, coronarumque] Unguento non tantum linebant caput; sed etiam pedes, ut ex Athenæo liquet pluribus locis. De variis idem quoque agit unguentis, adeo ut unicuique parti corporis idonea attribuerentur unguenta. Nardinum præstantissimum habebatur. Unde Tibullus: ‘Illius puro destillent tempora nardo.’ Coronis quoque, quæ constabant variis floribus, unguento delibutis utebantur ad prohibendam ebrietatem. Iis autem coronis utebantur, ut scribit Aristoteles, ἐν τοῖς Συμποσίοις, εὐετηρίαν καὶ ἀφθονίαν αἰνιττόμενοι τροφῶν. Sertis autem caput et colla amplectebantur, pocula cingebant, etiam ipsa triclinia ornabant.

Quod eos non frustra] Corroborat exemplo hanc opinionem; nam Pausanias cum multas magnasque res gessisset, ubi se moribus Asiaticis dedit, ita corruptus est, ut consilia prodendæ patriæ cum rege Persarum iniret. Hic Pausanias, cum adversus Xerxem Persarum regem opulentissimum missus, multas atque præclaras inde victorias retulisset, et plurimum incrementi Lacedæmoniorum adjecisset imperio, sensim vitam suam in mores Asiaticos labi permisit. Deinde eo usque processit res, ut cum Xerxe ita conveniret, se illi imperium Lacedæmoniorum proditurum esse, si filiam sibi in matrimonium dedisset. Id vulgatum cum Lacedæmones rescissent, Pausaniam ad se vocatum inedia mori coëgerunt. *Oliver.*

Maximis operibus editis] Qui Mardonium satrapam natione Medum, et Persarum regis generum, manu fortem et consilii plenum, cum ducentis milibus peditum, et viginti equitum, haud ita magna manu apud Platæam vicit. *Oliver.*

§ 2 *Tibiæ concentu*] Autor historiæ Græcæ gravissimus Thucydides Lacedæmonios summos bellatores non cornuum tubarumve signis, sed tibi-

arum modulis in præliis usos esse refert: non prorsus ex aliquo ritu religionum, neque rei divinæ gratia, neque etiam ut excitarentur, atque evibrarentur animi, quod cornua, et litui moliuntur: sed contra, ut moderatiores, modulatioresque fierent: quod tibicinis numeris temperatur. Nihil adeo in congrediendis hostibus, atque in principiis præliorum ad salutem, virtutemque aptius rati, quam si permulsi sonis mitioribus, non immodice ferocirent. Cum procinctæ igitur classes erant, et instructa acies, cœptumque in hostem progredi, tibicines inter exercitum positi canere incipiebant. Ea tibiæ præcentione tranquilla et venerabili, ad quandam quasi militaris musicæ disciplinam, vis et impetus militum, ne sparsi, dispalatique prorunerent, cohibebatur. *A. Gellius.*

Anapæsti] Anapæstus pes est, qui primas duas syllabas breves habet, et ultimam longam.

§ 3 *Inertia*] Ocii atque inertiæ publicam apud Athenienses mortalium cordatissimos accusationem fuisse memoriæ proditum est. Cleanthes et Menedemus Philosophi ejus rei coram Areopagitis causam dixere. Singulis admodum annis cives coram judicio se sistebant, rationem reddituri, cui arti quis se dedisset, quo quæstu vitam toleraret. Ita enim existimabat sapientissimus populus, vitam in actione consistere, ignavum pecus a civitatis suæ penetralibus arcendum. Nihil æque animum spiritusque obtundit, quam torpida quædam remissio. Ager, qui aratro non sulcatur, spinas et lolia producit, mens humana, quæ non exercetur, vitiorum spinas edit. Sicut mare mortuum nullis agitatur undis, sed vaporibus noxiis continuo aërem inficit, ita qui ocio veluti sepultus est, vitiorum fœtidos eructat vapores, qui ipsam animam ex augusto detrudunt solio, et cœno suo contaminant. Cœlum aspice; in continuo motu est, ideoque nulli mutationi obnoxium. Exercitatione corpus roboratur, nimia quies noxia, viscera obstruit, venas putrido sanguine implet: ingenii quoque exercitatio animum alit: cogitationes fovet: nimia quies rubigine quadam lædit. *Thysius.*

E latebris suis] Quia per otium in occulto vitam agunt; nam proprium inertis est in otio et tenebris delitescere.

§ 4 *Areopagus*] Græce Ἄρειος πάγος, *Martius vicus* vel *Colliculus*, nomen, teste Pausania in Atticis, adeptus suum, quod Mars ibi primus, Halirrhotio interfecto, judicio se sistere fuerit coactus. Hic senatus Areopagitarum, quem velut alteram ancoram populari imperio adhærere voluerat Solon, judicium exercebat de cæde, vulnere de industria facto, de incendio, veneno, si quis eo dato necem attulisset, et parricidio, iis tamen exceptis, qui adulterum deprehensum cum uxore interfecissent, præcipue vero de impietate, sicut apparet ex eo quod de Theodoro illo Atheo narrat Laërtius. Refert idem Socratem ab Areopagitis damnatum, quod non eosdem atque civitas Deos putaret, et nova numina inveheret. Fuit hæc curia judicum Atheniensium sita non procul Acropoli, nempe circiter προπύλαια quæ vocant, ut testatur Pausanias: ideoque Areopagus vocata est, quasi Martium collem dicas; vel quod Marti consecratus esset collis iste, vel quod primus Mars, ut fabulantur, cædis causam in eo judicio dixisset. Antequam actio intenderetur, cogebantur actor et reus gravissimo se jurejurando obstringere, et bis inde caussam orare. Judices autem sedebant in duobus argenteis scabellis, quorum unum, teste Pausania, contumeliæ, alterum Impudentiæ dicebant, atque ita nocte et sub dio summo cum silentio audiebant caussas, adempta conciliando-

rum affectuum facultate, ne judicum animus a norma recti deflecteret, ut est apud Hermogenem. Inter judices, qui numero erant novem, erat et Regi locus, qui corona, ut ait Pollux, deposita, judicabat. Athenæus prodit ex Hyperidis sententia libro XIII. si quem in caupona cœnasse comperissent, prohibuisse eum ascendere in Areopagum. Eosdem puerum damnasse, qui oculos coturnicibus eruerat, scribit Quinctilianus. Diligenter etiam inquirebant, quid ageret Atheniensium unusquisque, vel quo quæstu se sustentaret, auctore Valerio. In numerum eorum cooptabatur nemo, nisi et stemmate nobilis, et perspecta virtute dignus censeretur Græciæ totius judex, sicut Areopagitico Isocrates prodit. Utrum Solon Senatum hunc instituerit, dubitant eruditi. Etsi enim Plutarchus affirmet, ex Isocrate tamen colligi non potest. Neque Laërtius illam institutionis mentionem facit in ejus vita. Sunt qui ante Solonem fuisse produnt, sicut intelligi potest ex illis, quæ de Marte, fabulose tamen, prodita leguntur memoriæ. *Funger.*

§ 5 *Periclis*] Perieles Orator maximus et Philosophus doctissimus fuit, qui rempublicam Atheniensium quadraginta annis mira quadam prudentia gubernavit, et illi habitus est honos, ut suo loco dicemus. *Oliver.*

§ 6 *Convictus a patrono libertus*] Ex antiquis Grammaticis patet, quod Actio Ἀποστασίου patronis esset adversus libertos, qui patronos non coluissent, aut alios adoptavissent, eaque, quæ legibus imperantur, non præstitissent. Convicti autem liberti in servitutem revocabantur: sin autem secundum libertos pronunciatum esset, perfecte liberi erant. Judicabantur autem servorum actiones in Dominos, Patronorum in liberos, Ἀποστασίου a contribulibus Patroni, sive Domini. Ita Harpocration et Suidas testantur. Ita se habere veteres Oratores Græci commemorant, Lysias πρὸς Ἀριστόδημον, et Hyperides κατὰ Δημητρίας Ἀποστασίου. *Thysius.*

Civem] Errat hic Valerius, qui servos simul cum libertate civitatem accepisse existimat.

§ 7 *Inde Massilienses*] Hi maxima fuerunt amicitia pop. Rom. devincti, adeo ut cum cæteræ civitates a pop. Rom. defecissent, hi soli in fide et officio permanerent; quod et tempore belli civilis fecerunt. Unde Strabo lib. IV. 'Massilienses,' inquit, 'Romani populi amicitiam conciliarunt, qui cum illis permultum utiles essent, magnum ex ipsis suscepernnt incrementum.' *Oliver.*

Massilienses] Massilia, quæ et Μασαλία Ptolemæo et Eustathio, perantiqua urbs, et non parum olim fortunata, in littore Galliæ ad mare mediterraneum posita, origine Græca, a profugis ex Ionia Phocæensibus dominatum Persarum aversantibus inter barbaros Salyas condita, cum Cyrus rerum in Asia potiretur.

Severitatis custos] Magna Massiliensium laus, ob quam merito ipsis gloriari liceat. Nec parcius eos Cicero laudat, imo vero aliquanto etiam luculentius, Orat. pro L. Flacco: 'Neque vero te Massilia prætereo, quæ L. Flaccum militem Quæstoremque cognosti; cujus ego civitatis disciplinam atque gravitatem non solum Græciæ, sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam jure dicam, quæ tam procul a Græcorum omnium regionibus, disciplinis linguaque divisa, cum in ultimis terris cincta Gallorum gentibus barbariæ fluctibus alluatur, sic optimatum consilio gubernatur, ut omnes ejus instituta laudare facilius possint, quam æmulari.' Strabo etiam inter alia præcipue frugalitatem et temperantiam Massiliensium commendat, lib. III. Justinus lib. XLIV. 'Illic bene instituta non temporum necessitate, sed recte

faciendi consuetudine servantur.' Tacitus in Agricola: 'Parvulus sedem ac magistram studiorum habuerat, locum Græca comitate et provinciali parcimonia mistum.' Miror itaque vehementer de tanta tamque sancta civitate Proverbia sublata πλεύσαις εἰς Μασσιλίαν. A Plauto etiam 'Mores Massilienses' in ipsis Romanæ urbis theatris fuere. Quid Athenæus? Μασσιλιῶται, inquit, ἐθηλύνθησαν, οἱ τὸν αὐτὸν τοῖς Ἴβερσι τῆς ἐσθῆτος φοροῦντες κόσμον· ἀσχημονοῦσι γὰρ διὰ τὴν ἐν ψυχαῖς μαλακίαν, διὰ τρυφὴν γυναικοπαθοῦντες. *Coler.*

In scenam] Ne vero probati illorum mores inquirarentur, prospexere quoque cordatissimi mortales. Itaque comœdiam omnesque adeo scenicos ludos Republ. sua ejecerunt. Videbant enim, eam esse lasciviæ matrem, nequitiæ magistram, omniumque malarum artium administram. Ubi quis assuescit audiendis sceleribus, sceleratus tandem evadit. Facillime in mortalium animos irrepunt vitia, etiam ea quæ quis antea deriserit. Quia enim eorum imago diu menti inhæret, tandem ipsam arcem rationis offuscat, denique etiam superat. Maxima quidem apud Romanos Græcosque illorum fuit licentia, Romæ tamen etiam actores infames habitos constat. Utique Augustinus de Civit. Dei lib. II. cap. 13. artem ludicram scenicamque non tantum probro habitam docet, sed genus id hominum non modo civium numero, sed et tribu motos a Censoribus tradidit. Profecto histriones perditissimis fuisse moribus deploratæque nequitiæ necesse est, cum in ea civitate pro civibus non haberentur, cujus tam multa millia hominum flagitiosorum cives erant. Etiam in Jure civili expressæ de infamia scenicorum leges in tit. ff. de his qui not. infam. *Thysius.*

Quorum] Scilicet mimorum, hoc est, histrionum mores hominum gestu corporis imitantium.

Alimenta] Æruscatores etiam apud Romanos vetiti, qui offuciis quibusdam æs ex vulgo corradebant.

Sine lamentatione, sine planctu, luctus funeris die] In Manuscript. quasi omnibus sic legitur: *sine planctu luctus funeris dies.* In Campensi autem: *luctus ac funeris dies.* Quæ tolerabilis est lectio; attamen præfero Cauchianam: *sine planctu luctus funeris die.* Pigh.

Sine planctu luctus, funeris die] Confusa leviter et leniter ordino: *sine planctu, luctus, funeris die, domestico sacrificio, adjectoque necessariorum convivio finitur.* Hæc mens, luctum non produci, sed finiri ipso illo funebri die. *Lipsius.*

Venenum cicuta temperatum] Cicuta venenosa herba est, teste Plin. Nat. Hist. lib. XXV. 'Quod Cicuta,' inquit, 'quoque venenum est publica Atheniensium pœna invisa: ad multa usus non omittendi, semen habet noxium,' &c.

Sexcentis] Usi fuere Massilienses Republ. Aristocratica, quam Optimatum Latini dicunt, optimis legibus descripta, in quo concilium (συνέδριον Strabo nuncupat) erat virorum 600. qui quamdiu in vita, tamdiu in honore manebant. Hos Τιμούχους vocabant. Concilio huic præerant viri quindecim quorum munus erat negocia obvia et minoris momenti expedire: et his rursum præsidebant tres, qui plurimum poterant. In ordinem Timuchorum nemo allegebatur, cui liberi non essent, cujusve pater, avus, proavus cives non fuissent. Legibus vivebant Ionicis, unde oriundi erant, in publico propositis, ut cognitionibus omnium paterent. Vide Strabonem.

§ 8 *Quod illam etiam in insula Ceo servari animadverti*] Vulgo, *Cara.* In Mss. correctioribus *Coeo* vel *Ceo* legitur, in aliis *Chio* vel *Coo.* Diversas autem insulas esse *Ceos*, vel *Coeos*,

Chios et *Cos*, Cosmographorum omnium consensu et demonstratione manifestum est. Ex his Ceon malim tetrapolim fuisse: postea duabus urbibus Coressa Pœessaque mari devoratis, in duas reliquas Julida, Carthæamque habitatores earum migrasse, Strabo et Plinius tradunt. Sed temere confunduntur apud auctores tam Græcos quam Latinos dictarum insularum nomina, idque librariorum negligentia; ut in Stephano de Urbibus: Ἰουλὶς, πόλις ἐν Κῷ τῇ νήσῳ. Et rursus, Καρθαία, μία τῆς ἐν Κῷ τετραπόλεως· cum utrobique legi debeat ἐν Κήῳ, quemadmodum recte nominant Κηΐους populos Menandriani versus legem seu consuetudinem hanc properandæ mortis prædicantes. Quos ipsos, quia ad intellectum Valerianæ hujus historiæ faciunt, non prætermittam. Leguntur autem in Stephano et Strabone hoc modo: Καλὸν τὸ Κήων νόμιμόν ἐστι Φανία, Ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς οὐ ζῇ κακῶς. Permittebat autem illa lex Ceiensum majores annis sexaginta natos ἀκωνίζεσθαι, hoc est, *aconito vitam finire*. Sic legendum, non ἀγωνίζεσθαι, ut habetur in Stephano. *Pighius.*

Iulida] Est hoc oppidum Insulæ Ceæ.

Tibi quidem, inquit, Sex. Pompei] In Mss. ita legitur. De hoc Sex. Pompeio Asiæ Procos. vide nostros Annales. *Pighius.*

Duas filias et septem nepotum gregem superstitem relictura, permuto] Ita in Winchel. Cauch. et Campens. Vulgo: *duas filias et unum nepotum gregem superstitem relictura permuto.* Priorem lectionem approbo. In Atrebatensi quidem et Susiano legitur, *uno.* Pulmanni, et Colonienses codices numeralem notam 7. habent, quæ perperam a librariis in *uno* vel *unum* mutata est. *Pighius.*

Sacrisque domesticis] Ut Diis Penatibus sacrificia faceret.

Mercurio] Ideo Mercurio libavit, quia dicitur animabus præesse. Virgilius lib. IV. ‘Animas ille evocat orco Pallentes, alias sub tristia tartara mittit.’ Est autem Deorum nuntius, qui non solum Diis superis, sed inferis quoque ministrat.

Meliorem sedis] In Elysium campum, qui in Fortunatis Insulis ponitur. idem autem est, atque si locum voluptatis quis dicat, quod et Eustath. recte observavit, qui ab ἀλύω, χαίρω, id est, *gaudeo*, derivat. Quo et alludit princeps Poëtarum, cum Æneid. VI. ita loquitur: ‘Devenere locos lætos, et amœna vireta Fortunatorum nemorum, sedesque beatas.’ Item: ‘Exinde per amplum Mittimur Elysium, et pauci læta arva tenemus.’

Opprimendorum oculorum] Claudendorum oculorum. Virgilius: ‘Pressive oculos, et vulnera lavi.’ Consuetudo enim erat, ut propinquiores lumina clauderent.

§ 10 *Pecunias mutuas*] Mela lib. III. cap. 2. ubi de Druydibus: ‘Docent multa nobilissimos gentis clam et diu, vicenis annis in specu aut in abditis saltibus. Unum ex iis quæ præcipiunt in vulgus effluit, videlicet ut forent ad bella meliores, æternas esse animas vitamque alteram sequi. Itaque cum mortuos cremant ac defodiunt, apta viventibus olim negotiorum ratio etiam et exactio crediti deferebatur.’ De istac exactione nusquam legi, præter apud Valerium et Melam. De reliquis Braccatorum sive Druydarum Placitis convenienter tradunt Strabo lib. IV. Diodorus, Ammianus, alii. De Pythagora, nulli nota magis domus est sua, ut ait Juvenalis. *Coler.*

Braccati] Galli. Tota olim Gallia in tres partes divisa, Togatam, quæ et Cisalpina, et Alpibus Italiæque antiquo limite Rubicone flumine terminatur; Comatam, quæ omnis Transalpina Gallia, et iterum in Belgicam, Celticam, Aquitanicam dividitur; Braccatam denique, quæ erat Narbo-

nensis Romanorum Provincia.

Braccati] Intelligit Druydas, penes quos omnis sapientia eruditioque Gallorum consistebat.

Palliatus] Græcus, quia, ut supra diximus, pallio utebantur Græci.

Pythagoras] Qui credebat animas hominum immortales esse, sed ex uno corpore in alia corpora transire, nec uspiam inferos esse.

Pythagoras] Ex Samo Philosophus, idem magus et pictor, olim Semneserteo regnante in Ægypto versatus, inventor nominum, rerum amplificator, μετεμψυχώσεως institutor, φιλόσοφος primus non σοφὸς appellari voluit; apud discipulos tantæ auctoritatis, ut in controversiis sufficeret ipsis τὸ αὐτὸς ἔφα: habitus etiam Apollo, Dei et Jovis filius, Crotoniatis θεῖος, qui denique in magna Græcia vocata Italiæ regione diu philosophatus omnia sua symbolis involvit, extra urbanos strepitus in remotissimis locis vitam fiuiens. Obiit Metaponti, atque ejus domus in templum mutata. Vide Jamblichum de Vita Pythagoræ, et de numeris, quibus omnia constare dixit Pythagoras, Plat. copiose agit lib. de Univ.

§ 11 *Cimbrorum*] Ptolemæus et Pomponius Cimbrorum ac Teutonorum maritimarum nationum in descriptione Germaniæ meminerunt. Etiam eorundem, ne cæteros nominem, D. Hieronymus, eodem modo in Epistola ad Gerontiam meminit.

Cimbrorum] Cimbri autem et Cimmerii a Gomer nomen accepisse putantur. Festus tamen ita scribit: 'Cimbri lingua Gallica latrones dicuntur.' Quod a vero profecto non alienum videtur. *Kemper* enim nostrati lingua 'pugnatorem' denotat. Sic et 'Sicambros' quasi 'pro victoria dimicantes' appellatos fuisse, Aventinus observavit. *Sych* enim nostratibus 'victoriam' denotat, quin etiam ipsis hodieque Cimbris. Quod autem 'Cimbros' Gallis 'latrones' dictos affirmat, idem est, atque si dixisset, 'viros militares,' 'bellatores.' Ita apud Nonium Gracchus: 'qui apud regem in latrocinio fuisti, et stipendia acceptasti.' Itaque non in totum admittendus est Scaliger, cum dicit: 'Cimbri λῃστρικοὶ καὶ πλάνητες fuerunt; sed non magis Cimber latronem significat, quam Isaurus pyratam, Ambro dissolutum ac voracem, Opicus obscænum. Sed quia tales fuerunt eæ nationes, de earum nomine vocamus qui tales sunt.' Vide Scal. in Festum. *Joh. Is. Pontanus.*

Celtiberorum] Est hic populus Hispaniæ Tarraconensis.

Celtiberi] Prosequitur aliud institutum eorum fuisse, ut cum milites ducem suum amisissent mortuo duce, se interfici mallent: quod legitur in vita Sertorii, pro cujus salute spiritum devoverant, quia in bellum proficiscentes, jurabant in manes Imperatoris se pro salute illius fortiter pugnaturos.

Pro cujus salute spiritum] Ita et Galli 'soldurios' habuere. Cæsar de B. G. lib. III. 'Adcantuannus cum sexcentis devotis, quos illi soldurios appellant: quorum hæc est conditio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum se amicitiæ dediderunt: si quid iis per vim accidat, aut eundem casum una ferant, aut sibi mortem consciscant. Neque adhuc hominum memoria repertus est quispiam, qui eo interfecto, cujus se amicitiæ devovisset, mori recusaret.'

§ 12 *Thraciæ vero*] Thracibus hoc commune cum Agathyrsis, Cæsiis, Heniochis, Indis. Herodotus lib. v. Xenodotus in Collect. Proverb. Pompon. Mela lib. II. cap. 1. Idem de Causianis scripsit Nicolaus apud Stobæum: Καυσιανοὶ τοὺς μὲν γενομένους θρηνοῦσι, τοὺς δὲ τελευτήσαντας μακαρίζουσιν. Sed profecto videtur illo loco legendum esse Καυκασιανοί. Sic enim de Albanis Strabo libro II. Ὑπερβαλ-

λόντως δὲ καὶ τὸ γῆρας τιμῶσιν Ἀλβανοὶ, καὶ τὸ τῶν ἄλλων, οὐ τὸ τῶν γονέων μόνων. τεθνηκότων δὲ οὐχ' ὅσιον φροντίζειν οὐ δὲ μεμνῆσθαι. *Colerus.*

Si ejus aliquanto felicior ac beatior finis reperietur] Vulgo additur *Ea mortua;* quod insertum videtur e Gloss. alicujus eorum, qui de vita spiritus ac morte carnis indies disserunt. Et in Wincheliano exemplari hæc verba omittuntur; in quo sic: *si ejus aliquanto felicior ac beatior finis reperietur.* Quam lectionem minime spernendam arbitror. *Pigh.*

§ 13 *Lycii*] Lycia provincia est in minori Asia, ab oriente juxta Pamphiliam, ab occidente Cariam, vel, ut Solinus tradit, Ciliciæ confinis. In ea civitas est nomine Patera, in qua Apollinis oraculum erat, cæteris claritate præstantius. Unde Virgilius 'Lycias sortes' appellat Apollinis oracula, quæ in Lycia responsa dabant. *Oliv.*

§ 14 *Indorum fœminæ*] De Thracibus hoc narrat Herodot. lib. v.

Indorum fœminæ] Solinus de India: 'Apud eos vero, quibus ad vivendi rationem propensior cura est, multæ uxores in ejusdem viri coëunt matrimonium: et quum maritus decesserit, apud gravissimos judices suam quæque de meritis agunt causam; et quæ officiosior cæteris sententia vicerit judicantium, hoc palmæ refert præmium, ut arbitrio suo accendat rogum conjugis, et supremis ejus semetipsam det inferias, cæteræ notatæ vivant.' De Indis quoque idem Solinus: 'Quietum ibi eminentissimæ sapientiæ genus est, vita repletos incensis rogis mortem accersere.'

Genialis tori] Quo generationi prolis a conjugibus opera dari solet.

§ 15 *Siccæ*] Vocatur et hæc Sicca Venerea, atque eo quidam referunt Succoth Benoth Assyriorum, fuit enim eorumdem in Africa colonia, trium illa dierum itinere, sive mille pass. plus minus CXX. a Carthagine dissita. Non Succoth autem solummodo, sed et Siccuth, quod propius a Sicca abest, tabernacula sonat Ebraice, et probabile satis est idem sonasse Punice, atque eidem Deæ, id est, Veneri, eisdem sacris, seu simillimis, ex Phœnicia in Africam translatis, coloniam ipsam postea deductam, nomen suum debuisse. Nam Phœnices hunc cultum, hos ritus, et τὸ Succoth Benoth a Babyloniis etiam accepisse facile persuasum habeas: et consules, si placet, B. Athanasii adversus Gentes Orationem, et Sozomen. Hist. Eccles. lib. I. cap. 5. et lib. v. cap. 9. Ut autem Latinæ et Græcæ vocabulorum terminationes in adscitis barbaris servarentur, Siccuth Benoth in Siccam Veneream mutari oportuit. Σίκκα Οὐενερία dicitur Ptolemæo, et Procopio lib. II. Vandalic. Sicca Veneria Antonino in Itinerario, Veneria tantum Solino, et Sicca tantum Plinio lib. v. cap. 3. sicuti et hic Valerio. Urbs quoque Punica cum *y* Syca appellata fuit. Quod adhuc propius accedit ad propositum. *Seldenus.*

Sicca] Siccam Veneriam Ptolemæus lib. IV. et Antoninus appellant: quod autem quidam scribunt, fuisse in Africa alteram Siccam Syphacis regiam, minime id verum est. Siga enim, non Sicca Syphacis regia appellabatur, de qua Strabo lib. XVII. Ptolemæus lib. IX. Plinius lib. v. cap. 2. et Pomponius Mela lib. I. cap. 5.

Atque inde procedentes ad quæstum, dotes corporis injuria contrahebant] Ita elegantius in Manuscriptis. Vulgo: *Atque inde procedentes quæstum dotis corporis injuria contrahebant.* Pigh.

§ 16 *Septimum implessent annum*] Herodotus lib. II. sed quinque annos scribit.

§ 17 *Osculum*] Oscula varie usurpata vulgo, et in omni fere corporis parte. Primum in facie, ibique os, genas, oculos suaviabantur: in itu,

reditu, gratulatione, imo in salutatione et cottidiano occursu. Qui mos invaluit maxime, ut opinor, sub Augusto, ideoque Tiberius ut novitium conatus pellere, et oscula cottidiana, ait Suetonius, prohibuit edicto. Sed hæsit nihilominus, et creberrima oscula iterum sub Principibus secutis. Unum Martialem mihi lege, cui benigna materia jocorum, ista. Quin ipsi Principes (certe qui magis moderati) osculo excipere soliti cives digniores. Plinius Laudatione Trajani: 'Gratum erat cunctis, quod Senatum osculo exciperes, sicut dimissus osculo fueras.' Latinus Pacatus de Theodosio: 'Ille cohonestatus affatu, ille mensa beatus, ille osculo consecratus est.' Suetonius in Othone: 'Mane Galbam salutavit, utque consueverat, osculo exceptus, etiam sacrificanti interfuit.' Et reprehendit idem Scriptor Neronem, quod neque adveniens, neque proficiscens, quenquam osculo impertiret. Et hæc illa oscula, quæ vulgabant vulgo, et spargebant in obvios omnes modice saltem notos. Nec enim tam amoris ista, quam officii urbani cujusdam cultus. *Lipsius.*

Cap. vii. § 1 *P. Cornelius Scipio*] Non temere, si fateri licet, ullius causa belli injustior. Sedigenses, socios et consanguineos, Romanorum manibus elapsos exceperant: habita pro eis deprecatio nihil valuit; quum se ab omni bellorum contagione removerent, in legitimi fœderis pretium jussi arma depouere. Hoc sic a barbaris acceptum, quasi manus abscinderentur. Itaque statim, Megara fortissimo duce, ad arma conversi, Pompeium prælio aggressi, fœdus tamen maluerunt, quum debellare potuissent Hostilium, deinde Mancinum. Hunc quoque assiduis cædibus ita subegerunt, ut ne oculos quidem aut vocem Numantini viri quisquam sustineret. Tamen cum hoc quoque fœdus malucre, contenti armorum manubiis, quum ad internecionem sævire potuissent. Sed non minus Numantini, quam Caudini illius fœderis flagrans ignominia ac pudore populus Romanus, dedecus quidem præsentis flagitii, deditione Mancini expiavit: cæterum duce Scipione, Carthaginis incendiis ad excidia urbium imbuto, tandem etiam in ultionem excanduit. Sed tunc acrius in castris, quam in campo, nostro cum milite, quam cum Numantino, prœliandum fuit. Quippe assiduis et injustis et servilibus maxime operibus attriti, ferre plenius vallum, qui arma nescirent; luto inquinari, qui sanguine nollent, jubebantur. Ad hoc scorta, calones, sarcinæ nisi ad usum necessariæ, amputantur. Tanti esse exercitum, quanti imperatorem, vere proditum est. Sic redacto in disciplinam milite, commissa acies: quodque nemo visurum se unquam speraverat, factum est, ut fugientes Numantinos quisquam videret. Dedere etiam sese volebant, si toleranda viris imperarentur. Sed quum Scipio veram vellet et sine exceptione victoriam, eo necessitatum compulsi, ut destinata morte in prœlium ruerent, quum sese prius epulis, quasi inferiis, implevissent, carnis crudæ, et celiæ: sic vocant indigenam ex frumento potionem. Intellectum ab imperatore consilium: itaque non est permissa pugna morituris. Quum fossa, atque lorica, quatuorque castris circundatos, fames premeret; ab duce orantes prœlium, ut tanquam viros occideret, ubi non impetrabant, placuit eruptio: sic conserta manu plurimi occisi; et quum urgeret fames, aliquantisper inde vixere: novissime consilium fugæ sedit; sed hoc quoque, ruptis equorum cingulis, uxores ademere, summo scelere, per amorem. Itaque deplorato exitu, in ultimam rabiem, furoremque conversi, postremo mori hoc genere destinarunt: duces suos, sequc, patriam-

que, ferro et veneno, subjectoque undique igne peremerunt. Macte fortissimam, et meo judicio beatissimam in ipsis malis civitatem: asseruit cum fide socios, populum orbis terrarum viribus fultum, sua manu, ætate tam longa, sustinuit. Novissime, maximo duce oppressa civitas, nullum de se gaudium hosti reliquit. Unus enim vir Numantinus non fuit, qui in catenis duceretur. Præda, ut de pauperibus nulla, arma ipsi cremaverant. Triumphus fuit tantum de nomine. Ita Florus lib. II. c. 18.

Numantinæ] Fuit hæc urbs Celtiberorum in Hispania, obsidione sua celeberrima.

Institorum] Institores dicuntur, qui jumenta, quibus venalia vehuntur, agunt: erant enim negotiatores qui res esculentas a loco ad locum trahebant: dicti sunt institores, eo quod instant jumentis, quæ mercibus suis onerata impellunt ad locum, ubi merces emere seu vendere consueverunt. *Oliv.*

Lixarum] Lixæ dicuntur mercenarii, qui exercitus in expeditione sequuntur, proprie autem dicuntur ministri militum, qui aquam militibus afferunt: nam antiqui 'lixam' aquam dixere: unde 'elixum' aqua coctum, et 'elixare,' aqua mollire. *Oliver.*

Scortorum] Scorta dicuntur meretrices, a scorteis, quas pelliculas appellabant antiqui, quibus incubare solebant, et quia meretrices non aliter viris subjiciuntur ac pelliculæ, propterea scorta appellarunt. *Idem.*

Deformi se fœderis ictu] Quia turpe fœdus ictum fuerat inter Mancinum et Numantinos, quod pop. Rom. improbavit, quod ejus injussu factum fuisset.

Mancini] Cum ille fœdus cum Numantinis turpe et ignominiosum percussisset, quia id pop. Rom. non probaverat, ipse autor hostibus deditus est, ut omni religione populus solveretur.

§ 2 *Jugurthino bello*] Bello quod gestum fuit contra Jugurtham: solent enim bella a devictis hostibus denominari.

Spurii Albini] Primus fuit, qui Consul et Imperator missus a Senatu contra Jugurtham, molliter nimis et licenter exercitum habuerat, ut apud Sallustium videre licet.

Trophæo] Tropæa, et rectius scribunt antiqui lapides; a Græco enim τρέπω nomen accepit. Itaque proprie dicitur Tropæum monumentum a victore erectum, eo in loco, ubi hostes in fugam convertit. Antiquitus autem arbores spoliis hostium decorabant. Deinde cœpta sunt fieri tropæa etiam ex lapide. Romæ quoque in arcibus figebantur, ex marmore ædificatis. Quinam apud Romanos primi hujus rei fuerint usurpatores, indicat L. Florus lib. III. cap. 2. 'Domitius,' inquit, 'Ahenobarbus, et Fabius Maximus ipsis quibus dimicaverant locis saxeas erexere turres, et desuper exornata armis hostilibus tropæa fixere, quum hic mos insuitatus fuerit nostris. Nunquam enim populus Romanus hostibus domitis suam victoriam exprobravit. Hæc ille. Græcos etiam tropæa figere solitos fuisse, cum aliunde, tum ex Plutarchi Pelopida, et Æmilii Probi Datame certissimum est.

Ambitioso Imperatore] Spurio Albino, qui videlicet quæreret se tantummodo militibus gratum facere, ut cupiditati et libidini militum obsequeretur.

§ 3 *In Sicilia cum fugitivis gessit*] Imperio per diversa terrarum occupato, quis crederet Siciliam multo cruentius servili, quam Punico bello esse vastatam? Terra frugum ferax, et quodammodo suburbana provincia, latifundiis civium Romanorum tenebatur. Hic ad cultum agri, frequentia ergastula, catenatique cultores, materiam bello præbuere. Syrus quidam nomine Eunus, (magnitudo cla-

dium fecit, ut meminerimus,) fanatico furore simulato, dum Syriæ Deæ comas jactat, ad libertatem et arma servos, quasi numinis imperio concitavit; idque ut divinitus fieri probaret, in ore abdita nuce, quam sulphure et igne stipaverat, leniter inspirans, flammam inter verba fundebat. Hoc miraculum primum duo millia ex obviis, mox jure belli refractis ergastulis, sexaginta amplius millium fecit exercitum: regiisque, ne quid malis deesset, decoratus insignibus, castella, opida, vicos, miserabili direptione vastavit. Quin illud quoque (ultimum belli dedecus) capta sunt castra Prætorum; nec nominare ipsos pudebit, castra Manilii, Lentuli, Pisonis, Hypsæi. Itaque qui per fugitivarios distrahi debuissent, prætorios duces, profugos prælio, ipsi sequebantur. Tandem Perpenna Imperatore supplicium de eis sumptum est. Hic enim victos, et apud Ennam novissime obsessos, quum fame quasi pestilentia consumpsisset, reliquias latronum compedibus et catenis religavit, crucibusque punivit: fuitque de servis ovatione contentus, ne dignitatem triumphi violaret. Ita Florus lib. III. c. 19.

Tauromenitanam arcem] Taurominium mons est Siciliæ, et supra illam civitas, quam Romanorum coloniam esse dixit Ptolemæus. At Strabo urbem, non montem esse ostendit lib. VII. cum dicit: 'Urbes vero extant ad latus Euripum efficiens primum Messana, deinde Taurominium et Catana et Syracusæ,' &c. Coloniam autem Romanam fuisse, alio loco ostendit eodem lib. ubi dicit: 'Civitas autem frequentiores habet accolas, quam Catana, nam et habitatores admisit Romanos plurimos, pauciores autem quum utraque habet Taurominium.' Fuisse autem occupatam a fugitivis, alibi ostendit his verbis: 'Eunus cum fugitivis obsidione pressus, illam, (scil. Ætnam, de qua loquitur,) præcipuis affecit cladibus, vixque tandem a Romanis evulsi sunt; eadem mala perpessi Catanenses et Taurominitani, aliique complures.' *Oliver.*

§ 4 *Jam, &c.*] Contigit A. U. DL.

C. Cotta, &c.] C. Cotta Consul cum Liparitanam Insulam obsideret, animadvertit non recte tabernaculum captum esse: igitur cum ad restauranda auspicia iturus esset, P. Aurelium sanguine sibi conjunctum obsidioni præfecit: qui cum negligentius milites in armis habuisset, per eruptionem oppidani vallum incendio consumpserunt, et pene castra ceperunt, et ob hanc causam Consul reversus, re cognita, P. Aurelium virgis cæsum inter pedites militares coëgit. *Oliv.*

Liparitanæ] Lipare una est ex Insulis Æoliis, cujus Solinus una cum reliquis mentionem facit, et omnes, sunt autem septem, suo nomine describit.

Messanam] Est hæc urbs Siciliæ Peloro proxima, a Messeniis Achaiæ populis condita, et a nomine relictæ illis Urbis ita denominata. Vide Cluveri Siciliam.

Quod ejus culpa agger incensus] In Campens. Atreb. ac Pulmannian. *agger*, non, *ager:* multo rectius. Aggere enim et vallo muniebantur castra, quibus incensis pene capta fuerant. Atqui ex quavis materia aggesta fiebant aggeres; sive terra, lapides, trabes, fasces essent, sive hæc simul coacervata. Quid idem noster Valerius? anne Julium Cæsarem, cum armis Mundam clausisset, in alterius materiæ inopia ex cadaveribus aggerem extruxisse scribit? lib. VII. cap. 7. Astipulatur huic nostræ correctioni item Julius Frontinus Strategematum lib. IV. et quia hoc ipsum exemplum disciplinæ militaris ex isto Valerii loco iisdem pene verbis transtulisse videtur, non incongruum erit hic adjungere: 'Idem [Cotta,']

inquit, 'P. Aurelium sanguine sibi junctum, quem obsidioni Liparanum ipse, ad auspicia repetenda Messanam transiturus præfecerat, cum agger incensus, et capta castra essent, virgis cæsum in numerum gregalium peditum referri et muneribus fungi jussit.' Atque hic quidem Frontini locus non solum Valerii verba declarat, sed etiam in iis aliquid deesse, videtur indicare. Nam ubi ait, *militiæ munere inter pedites fungi coëgit*, profecto minus hiulcus et obscurus erit, si locum ex Frontino suppleamus ita, *gregalis militiæ munere inter pedites fungi coëgit.* Vilissimi enim gregales milites erant ad quæcunque opera militiæ supplenda subjecti, et ex centuriarum ultimis decuriis, in quas minoris precii et animi milites conscribebantur, quemadmodum etiam Cicero in Orationibus suis indicat, per contemptum Catilinæ, Clodii, ac Antonii seditiosos ac viles asseclas eorum gregales appellans. Inter quos per ignominiam rejiciebantur etiam illi milites, qui ob culpam aliquam ex ordinibus suis expungebantur. *Pigh.*

Quod ejus culpa agger incensus, et pene castra fuerant capta] E terra plurimum agger: potuitne accendi? Tu sedulo velas, mi Pighi: sed velim (puto te non nolente) *agger inscensus.* Inscendi et conscendi aggerem, vallum, crebra et trita lectio. *Lips.*

§ 5 *Q. etiam, &c.*] Contigit A. U. DLXXIX. et DLXXIII.

Fulvius Flaccus] Hoc factum est bello servili, quod in Sicilia gestum est.

Cohortem] Cohors habuit tres Manipulos, Hastatos, Principes, Triarios; adde et Velites, qui manipulos solebant comitari. Fuit igitur justa et plena Cohors legionaria, homines 420. Si pleniores Manipuli et Legiones, plenior et ipsa; et inde Cohortes quingenarias, et sexcenarias legimus. Græci Cohortem vulgo vocant σπεῖραν, ut et Ennius usurpavit. Suidas *spiras* interpretatur numeros. Cohortes omnes in legionibus erant numero æquales, quia et manipuli tales. Sed quia primæ dignitas aliqua attribuitur, id non a numero, sed a splendore et primatu fuit, quod primi in ea Centuriones generis cujusque, et forsan flos aliquis et electio virorum. *Lips.*

Tribunus militum, &c.] Tribuni seni in quaque legione erant. Creavit eos primo Romulus, ejusque exemplo Reges et Consules, donec et Populus in hunc honorem jus et suffragium sibi sumpsit; quod factum primo circa annum U. C. 393. Cum vero minus idonei crearentur per ambitum et gratiam, populus exclusus. Id autem non diuturnum; Populus jus repetiit, ita ut parem numerum Tribunorum Consules et Populus crearent. Qui a Populo creabantur, digniores habiti, et dicti Comitiati, quia Romæ in Comitiis designabantur: qui a Consulibus in exercitu creabantur, dicti Rutili, postea Rufuli, Prætores, aut Consules, aut qui pro iis, sæpe in provinciis creabant Tribunos; et isti in annos mutabantur. Tribunorum duplex genus: Equites, et Plebei. Plures ex equitibus, etiam non raro ex Senatoribus, præsertim graviore bello; alioquin contra, gradus hic ad senatorium ordinem erat. Atque hinc discrimen Tribunorum, ut quidam Laticlavii, quidam Angusticlavii: illi, qui ex Senatu; isti, qui ex Equite nati. Laticlaviorum præstantior ordo. Utrumque genus ambitiose petitum, et datum; et quo pluribus gratificari possent, factum semestre. Hinc 'semestre aurum,' dixit Juvenalis, quia etiam annulo aureo utebantur Tribuni. *Idem.*

Senatu movit] Duplex erat censoria nota in equites; illi autem Senatu movebantur, si erant inter Senatores, aut equo publico privabantur, ne videlicet stipendium de publico darent.

Supercilium] Austeritas, severitas

a præcedente quod sequitur: nam in superciliorum torvo motu, quædam tristitia et severitas ostenditur.

Distringere] Minari vel exercere: est translatio a gladiatoribus, qui gladium in concertatorem suum nudant.

Dentur hæc] Si, inquit, civitates, quæ rerum potitæ sunt, singulæ unum exemplar haberent eorum, quæ ostendimus, tamen abunde viderentur observasse morem militarem.

§ 6 *At nostra urbs*] Contigit A. U. CCCXXII.

Proprio sanguine] Scilicet filiorum.

Incerta gratulandi prius, an alloquendi officio fungeretur] Ita sex Mss. libri habent. Vulgo: *An lugendi officio fungeretur*. Prior ipsissima lectio antiqua est, quam scioli vim ejus verbi non intelligentes mutarunt. Alioqui enim non προσφωνεῖν, hoc est, ad aliquem loqui tantum significat, verum etiam cum affectu ac humilitate affari, et consolari, quod Græci παραμυθεῖσθαι dicunt. Docet hoc M. Varro de Ling. Lat. lib. v. cujus sunt hæc verba: 'Hinc allocutum mulieres aiunt, cum eunt aliquam locutum consolandi caussa.' Quam Varronis lectionem ex vetustis codicibus eruit vir nostro sæculo summus Antonius Augustinus. In eadem significatione postea Valerius hoc vocabulo utitur lib. IV. cap. 6. de Minyis: 'Velut allocuturæ perituros maritos,' id est, consolaturæ. *Pighius.*

Tu namque Posthumi dictator] Ab hac opinione dissentit Livius: dicit enim non duos fuisse, qui filios occidi jusserunt, sed unum, nec Posthumium, sed Manlium Torquatum. Hoc autem in conjecturam adducit, cur Manlius non Posthumius existimandus sit, qui filium virgis cædi et securi percuti jussit, quia Manliana non Posthumiana imperia sunt appellata: nam in consuetudinem venit, ut cum aliquis nimia severitate uteretur, diceretur, 'En Manlianum imperium:' quem crudelitatis titulum Posthumius prior occupaturus fuit: nam multis ante annis Posthumius fuit, quam Manlius. Sed de hac re nonnihil dubitare videtur Livius, quia nonnulli sic tradidere scriptores, duos sc. fuisse, qui filios occidi jusserint, sed existimare se dicit, scriptores, quod Posthumii fuerat, ascripsisse Torquato, vel contra potius. Et quia nonnulli Historici ita retulerunt, se quoque tacitum præterire noluisse Posthumium filium. Hoc contigit teste Gellio, anno ab Urbe condita CCCXXII. bello Fidenati. *Oliver.*

Penetraliumque sacrorum] Mos erat antiquitus, ut domesticis sacris ex filiis majores natu præficerentur.

Propagandam] Amplificandam, translatio sumpta a vitibus; nam propagari dicuntur vites, cum ab arbore subterranea flagella deducuntur.

Hostes] Scil. Fidenates.

Tenebris offusos] Hoc dicit, ne videretur is omnem affectum paternum exuisse.

Tu item, Manli Torquate] Id contigit Volscorum Æquorumque bello, ut vult Livius. Gellius vero nitidissimus Latinitatis autor, dicit hoc contigisse bello Latino. Cato tamen apud Sallustium in Oratione contra conjuratos dicit hoc contigisse bello Gallico, et appellat hunc Aulum Manlium Torquatum. Huic Torquato post cædem filii in patriam cum victoria redeunti nemo juniorum processit obviam; fuit autem Patribus charus, juvenibus et tunc et semper invisus, sicut in cap. de Ira et Odio dicemus, ubi de hac historia plenius tractabitur. *Oliver.*

Te ignaro] Imo plus quam ignaro, qui prohibuerat quicquam se absente in hostem moliri.

§ 7 *Quinctium Cincinnatum*] De hoc viro dicemus in cap. de Moderatione et Paupertate: quod vero ad disciplinam militarem pertinet, cum pervastatis agris subito Æquorum et